IOANNIS ANTONII SCOPOLI

S. C. R. ET APOST. MAIEST. IN MONTANISTICIS ET MONETARIIS CONSILIARII, SVPREMI HVNGARIAE INFER. CAMERGRAFIATVS OFFICII ASSESSORIS, MINERALOGIAE PROFESSORIS, CAES. REG. AGRARIAE SOCIET. STYRIAE CARNIOLIAE GORIZIAE ET GRATISCAE, OECONOMICAE BERNENSIS, ET APIARIAE LVSATIAE SVPER. SOCII.

FLORA CARNIOLICA


EXHIBENS

PLANTAS CARNIOLIAE INDIGENAS

ET DISTRIBVTAS

IN CLASSES, GENERA, SPECIES, VARIETATES,

ORDINE LINNAEANO.



TOM. I.

EDITIO SECVNDA AVCTA ET REFORMATA.

IMPENSIS IOANNIS PAVLI KRAVSS,
BIBLIOPOLAE VINDOBONENSIS.
1772.

VIRO

ILLVSTRI ET CELEBERRIMO

D. D.

ALBERTO VON HALLER,

DOMINO IN GOVOMENS LE IVX
ET ECLAGENS

SOCIETATIS REGIAE SCIENTIARVM GÖTTINGENSIS
ET OECONOMICAE BERNENSIS PRAESIDI,
ACADEMIAE REGIAE SCIENTIARVM PARISINAE
ET CHIRVRGICAE,
SVEC. BEROLIN. ACADEM. IMPERIALIS,
BAVARIAE, ARCADIAE;
SOCIETATIS REG. BRITANNICAE, BELGICAE,
VPSALIENSIS, HELVETICAE, FLORENTI-
NAE, EDINBVRGENSIS, ALTISI-
DIOCENSIS, CELLENSIS
SODALI;
IN SENATV SVPREMO REIPVBLICAE BERNENSIS
DVCENTVMVIRO. etc. etc.

FLORAE SVAE CARNIOLICAE

EDITIONEM ALTERAM

D. D.

IOANNES SCOPOLI.

PRAEFATIO.

CARNIOLIAE DUCATUM, partem veteris *Illyrici*, et antiquae *Pannoniae*, ambiunt ad Occidentem *Forum Iulii*, et pars aliqua *Maris Adriatici*, ad Septentrionem *Carinthia* et *Styria*, ad Occidentem *Croatia*, ad Meridiem autem *Iſtria* et *Sinus Flanaticus*. Differentia Meridianorum inter *Ferri Inſulam* et *Labacum*.

In tempore.	*In partibus Aequat.*
H. M. S.	V. I. II.
2. 9. 20.	32. 20. 0.

Latitudo vero, ſeu elevatio Poli, noviſſimis obſervationibus D. FLORIANTSCHITSCH. poſt editam Mappam Chronographicam *Carnioliae* ſuſceptis, firmata.

V. I. II.
46. 1. 50.

Regionis huius Incola factus Ao. 1754. Eandem percurrere eo fine decrevi, ut Res Naturales, cimmeriis tenebris ante hac sepultae, in lucem educantur.

Peragravi itaque

Anno 1755. Montes et Sylvas *Districtus Idriensis.*

1756. Paludes et *Agrum Labacensem.*

1757. Montem *Nanas.*

1758. Agrum *Lokopolitanum. Cramburgensem*, Montem *Storschetz* et totam eam Montium catenam, quae usque ad *Kanker*, continua serie protenditur.

1759. Partem illam *Carnioliae*, quae *Gottschedio* et *Labaco* interiacet, nec non asperrimum, inter mille vitae pericula, Montem *Grindovitz*, cum adiacentibus *Kotschna* et *Greben.*

1760. *Planinae* prata, et *Zirchizensem* Lacum, cum finitimis locis.

1761. Denuo M. *Nanas*, *Schenoschetzii* montes, et *Kartschiae* asper-

asperrimos colles una cum *Agro Tergestino.*

Anno 1762. *Carnioliam superiorem* et *Alpes Vochinenses.*

1764. *Goriziensem Agrum*, *Duinum*, eique vicinos Montes, ac *Littora Maris.*

Sic una cum Animalibus et Lapidibus, collegi Plantas, easque evulgavi Ao. 1759. sub titulo FLORAE CARNIOLICAE. Cum vero multa Species Plantarum postea detexerim, eaque Editio Correctoris incuria plurimis erroribus foeda prodierit, novam dare volui, simulque Ordine Naturali relicto, amplecti Methodum ILL. et CELEB. EQUITIS CAROLI LINNAEI. Nam 1. Florista quaesiturus Classes Naturales, enormes saltus faciat necesse est. 2. Unicum Genus integram Familiam constituere quandoque deberet. 3. Pleraque Herbaria Ordine Linnaeano disposita sunt. 4. Floristae cura praecipua non est eligere Classes, sed Plantas suas bene describere, et probe determinatas referre ad Genera propria. Genera Plantarum, quae magnus TOURNEFORTIUS primus

 sta-

ſtabilivit, quaeque naturalia ſunt, ubique retinui. Nomina a PATRIBUS impoſita, et aevi huius arbitrio male relicta revocavi; characteres vero Generum, paſſim reformavi, cum in his potiſſimum dubios ſaepe viderim iuniores Botanicos, imo etiam in errorem inductos circa Genera. Difficultates haſce genuit negligens examen Floris et Fructus; in qualibet Planta, unde Species diverſae ad unum Genus reductae, contra datum characterem, ex quo lites hoc aevo plurimae natae ſunt, in perniciem ſtudii Botanici. Neque minus Botanicen intricarunt Differentiae ſpecificae, fallacibus notis ſaepenumero inaedificatae et hinc toties mutatae, ut iam memoria nulla tantum Chaos capere aut retinere poſſit. *Cognitio Specierum eſt finis Primarius ſcientiae Naturalis* et ſtudii Botanici; conveniant ergo in unum Genus omnia illa individua, quae numero, ſitu et proportione partium floris et fructus, inter ſe ſimilia ſunt; hoc facto adſignetur cuilibet Speciei diſcrimen certum, facile, conſtans, ſive demum a ſtructura floris et fructus, ſive a foliis, caule, radice, habitu, vita deſumatur, dum-

dummodo tale ſit, quod datum Individuum certo ac facile oſtendat; Labore hoc, in qualibet Regione, per annos aliquot patienter ſuſcepto, parabitur Poſteris via ad Regnum Veritatis et veram cognitionem Naturae creatae.

Nomina Trivialia Ill. LINNAEI in hoc opere retinui, etſi plurima arbitraria, multa obſcura, pauca vero inſtructiva ſint. Nihil tamen hic innovare volui, etſi facile potuiſſem, ut demonſtravi in *Dubiis Botanicis.*

Plantas novas, aut obſcuras delineavi minus ecquidem pictoria, ſed fida manu; cum vero icones omnes naturalem ſtirpium magnitudinem exprimerent, ne Operis editio pretioſior, absque neceſſitate, reddatur, primae formam retinere, eique figuras, quae eandem excederent, accommodare volui, in quo Opere auxiliatricem manum praeſtitit egregius Iuvenis *Maximil. Zugsbratl.*

Plantarum *Carnioliae* vix aliqua mentio fit a Scriptoribus Botanicis. MATTHIOLUS in ſuis ad DIOSCORIDEM Commentariis, habet loca natalia plantarum fere triginta, quas in *Agro Gorizienſi*, aut circa *Tergeſtum* ſe vidiſſe teſtatur. Sed, ut erat

Vir ille commodae vitae addictus, ita non mirum, quod adeo paucas in amoeno illo Paradiſo viderit Plantas, vulgatiſſimas autem ab Amicis petierit; exemplo LYSIMACHIAE, POEONIAE, DIANTHI, aliarumque. AGERIUS Bernenſis, magno GESNERO coaetaneus, ex Itinere Italico redux, an *Carnioliam* attigerit, dubito; quidquid SATUREIAE ſuae *Gorizienſis* ramulum AGERII dono datum proferat I. BAUHINUS, et eodem tempore DAMASONII *alpini* Specimen ex his terris, in *Helvetiam* tranſiiſſe, idem affirmet.

Eximia in Floram noſtram merita ſunt R. P. *Franciſci Xaverii* WULFEN. e S.I. qui indefeſſa induſtria collectas circa *Goriziam* plurimas plantas benevole communicavit.

Ridiculus Catalogus octo Plantarum exſtat apud VALVASORIUM, in deſcriptione *Thermarum Rudolphsbergenſium*, a BURCHARDO Medico datus, in quo mentio fit LUNARIAE, PETASITIDIS, NAPELLI, CARYOPHYLLATAE, ARCHANGELICAE, VALERIANAE, GENTIANAE, quas

forte

forte Author ipſe non novit, cum ARCHANGELICA circa *Goriziam* unice, GEUM vero montanum rariſſime occurrat.

De CLUSIO etiam credibile eſt, *Carnioliam* nunquam attigiſſe, qui *Auſtriae* et *Styriae* Plantas ſibi elegerat illuſtrandas et Illyricae Linguae ignarus erat, *etſi aliarum eſſet peritiſſimus.* TOURNEFORT. *Iſag.*

Sed neque mihi licuit omnes *Carnioliae* latebras perluſtrare; Reſtat adhuc *Iſtria* fere tota *Aquileiae* ſolum inſalubre, *Carnioliae* inferioris aliqua pars. Tunc Medici officium, infirma ſaepe valetudo, frequentes in *Iſtria Auſtriaca* latronum inſidiae, ac millenae calamitates quas *Idriae* tuli, non conceſſerunt ut totam hanc Provinciam peragrarem. Poſteri itaque inceptum opus augeant, emendent.

Synonyma ſuppeditarunt LINNAEUS incomparabilis. HALLERUS iudicioſiſſimus, IACQUINIUS indefeſſus, MICHELIUS oculatus, CLUSIUS diligentiſſimus, DILLENIUS nitidiſſimus, SCHEUCHZERUS veriſſimus, VAILLANTIUS perſpicaciſſimus, BAUHINI immortales, nec non TOURNEFORTIUS,

TIUS, PONTEDERA, KRAMERUS, MORISONIUS, GLEDITSCHIUS, BOEHMERUS, ZANNICHELLIUS, TILLIUS et alii. In primis vero LINNAEUM et HALLERUM (cuius novam Floram iam abſoluto hoc Opere Ill. Viri dono demum obtinui,) ubique citavi Principes in hoc Studio Viros, quibus addidi MATTHIOLUM ob primitias Florae noſtrae ab eo datas, nec non I. BAUHINUM, qui poſt CLUSIUM, optimas Plantarum deſcriptiones nobis conſignavit.

Reliqua praeloquio non indigent, veritas obſervationum ipſa loquitur, nec velari queunt errores in Scientia Naturae.

PLANTARUM
CARNIOLIAE
CLASSES, GENERA, SPECIES.

SPECIES PLANTARUM in SYST. NAT. III. LINNAEI non numeratae, Afterifco (*) notantur *Fungis* exceptis.

CLASSIS I.
MONANDRIA.
MONOGYNIA.

1. SALICORNIA.	TOURN.	1. *Europaea.*
2. LIMNOPEUCE.	CORD.	2. *Vulgaris.*

DIGYNIA.

3. MOROCARPUS.	RUP.	3. *Capitatus.*

CLASSIS II.
DIANDRIA.
MONOGYNIA.

4. LIGUSTRUM.	BOTAN.	4. *Vulgare.*
5. OLEA.	THEOPH.	5. *Europaea.*
6. CIRCAEA.	TOURN.	6. *Lutetiana.*
		7. *Alpina.*
7. VERONICA.	TOURN.	8. *Aphylla.*
	*	9. *Saxatilis.*
		10. *Serpillifolia.*
		11. *Beccabunga.*
		12. *Anagallis.*
		13. *Latifolia.*
		14. *Chamaedris.*
		15. *Multifida.*
		16. *Spicata.*

7. VE-

Genus	Auctor	Species
7. VERONICA.		17. *Romana.*
		18. *Arvensis.*
		19. *Alpina.*
		* 20. *Frutescens.*
		21. *Officinalis.*
		22. *Scutellata.*
		23. *Agrestis.*
		24. *Hederifolia.*
		25. *Triphyllos.*
8. BONAROTA.	MICH.	26. *Chamaedrifolia.*
9. GRATIOLA.	RAI.	27. *Officinalis.*
10. PINGUICULA.	GESN.	28. *Alpina.*
11. LYCOPUS.	FUCHS.	29. *Europaeus.*
12. ROSMARINUS.	BRUNF.	30. *Officinalis.*
13. SALVIA.	TOURN.	31. *Officinalis.*
		32. *Sylvestris.*
		33. *Glutinosa.*
		34. *Verticillata.*
		35. *Hispanica.*
		36. *Haematodes.*
		37. *Pratensis.*

DIGYNIA.

Genus	Auctor	Species
14. ANTHOXANTHUM.	DALECH.	38. *Odoratum.*

CLASSIS III.

T R I A N D R I A.

MONOGYNIA.

Genus	Auctor	Species
15. VALERIANA.	LINN.	39. *Officinalis.*
		40. *Dioica.*
		41. *Tripteris.*
		42. *Montana.*
		43. *Saxatilis.*
		44. *Elongata.*
		45. *Celtica.*
		46. *Locusta.*
16. CROCUS.	THEOPH.	47. *Sativus.*

17. GLA-

Genera		Species
17. Gladiolus.	PLIN.	48. *Communis.*
18. Iris.	LINN.	49. *Pſeudacorus.*
		50. *Graminea.*
		51. *Germanica.*
19. Schoenus.	LINN.	52. *Albus.*
20. Cyperus.	PLIN.	53. *Flaveſcens.*
		54. *Fuſcus.*
		55. *Longus.*
21. Scirpus.	LINN.	56. *Paluſtris.*
		57. *Maritimus.*
		58. *Sylvaticus.*
		59. *Lacuſtris.*
		60. *Mucronatus.*
		61. *Holoſchoenus.*
		62. *Setaceus.*
		* 63. *Glomeratus.*
22. Linagrostis.	TOURN.	64. *Vaginata.*
		65. *Alpina.*
		66. *Polyſtachia.*
23. Nardus.	LINN.	67. *Stricta.*

DIGYNIA.

Genera		Species
24. Panicum.	PLIN.	68. *Cynoſuroides.*
		69. *Vagum.*
		70. *Crus Galli.*
		71. *Crus Corvi.*
25. Digitaria.	HEIST.	72. *Sanguinalis.*
		73. *Dactylon.*
26. Phleum.		74. *Pratenſe.*
		75. *Alpinum.*
		76. *Nodoſum.*
		* 77. *Flavum.*
		78. *Aegylops.*
		* 79. *Capitatum.*
		* 80. *Autumnale.*
		81. *Criſtatum.*
27. Alopecurus.	LINN.	82. *Geniculatus.*
28. Milium.	TOURN.	83. *Paradoxum.*
29. Agrostis.		84. *Spica venti.*

Genus			Species
29. Agrostis.			85. *Interrupta.*
		*	86. *Alpina.*
			87. *Capillaris.*
			88. *Incurva.*
			89. *Aculeata.*
30. Sesleria.			90. *Coerulea.*
31. Aira.			91. *Caerulea.*
			92. *Criſtata.*
			93. *Ceſpitoſa.*
			94. *Aquatica.*
32. Melica.	LINN.		95. *Nutans.*
			96. *Ciliata.*
33. Cynosurus.	LINN.		97. *Echinatus.*
34. Poa.			98. *Decumbens.*
			99. *Trivialis.*
			100. *Pratenſis.*
			101. *Dura.*
			102. *Annua.*
			103. *Bulboſa.*
			104. *Compreſſa.*
			105. *Aquatica.*
			106. *Fluitans.*
		*	107. *Phoenix.*
			108. *Nemoralis.*
35. Briza.	LINN.		109. *Media.*
			110. *Eragroſtis.*
36. Bromus.			111. *Glomeratus.*
			112. *Ovinus.*
			113. *Sterilis.*
		*	114. *Strictus.*
			115. *Polymorphus.*
			116. *Giganteus.*
		*	117. *Montanus.*
			118. *Pinnatus.*
			119. *Villoſus.*
			120. *Glaber.*
		*	121. *Truncatus.*
37. Stipa.	LINN.		122. *Pennata.*
			123. *Iuncea.*

38. AVENA.	LINN.	124. *Pilofa.*
39. ARUNDO.	SCHEUCHZ.	125. *Epigeios.*
		126. *Agroftis.*
		127. *Donax.*
		128. *Phragmites.*
40. LOLIUM.	LINN.	129. *Perenne.*
		130. *Temulentum.*

TRGYNIA.

41. POLYCARPUM.	LINN.	131. *Tetraphyllum.*

CLASSIS IV.
TETRANDRIA.
MONOGYNIA.

42. GLOBULARIA.	TOURN.	132. *Vulgaris.*
		133. *Cordifolia.*
		134. *Nudicaulis.*
43. SCABIOSA.	TOURN.	135. *Arvenfis.*
		136. *Sylvatica.*
		137. *Leucantha.*
		138. *Succifa.*
		139 *Graminifolia.*
		140. *Columbaria.*
44. DIPSACUS.	TOURN.	141. *Fullonum.*
		142. *Laciniatus.*
45. SHERARDIA.	LINN.	143. *Arvenfis.*
46. GALLIUM.	*	144. *Vernum.*
		145. *Cruciata.*
		146. *Rubioides.*
		147. *Cynanchicum.*
		148. *Taurinum.*
		149. *Tinctorium.*
		150. *Rotundifolium.*
		151. *Boreale.*
		152. *Glaucum.*
		153. *Verum.*
		154. *Rubrum.*

46. GALLIUM.		155. *Mollugo.*
		156. *Sylvestre.*
		157. *Aparine.*
		158. *Odoratum.*
47. ASPERULA.		159. *Arvensis.*
48. RUBIA.	TOURN.	160. *Tinctorum.*
49. PLANTAGO.	TOURN.	161. *Maior.*
		162. *Media.*
		163. *Lanceolata.*
		164. *Holosteum.*
		165. *Psylium.*
50. SANGUISORBA.	LUDW.	166. *Officinalis.*
	*	167. *Auriculata.*
		168. *Minor.*
51. EPIMEDIUM.	DODON.	169. *Alpinum.*
52. CORNUS.	PLIN.	170. *Mascula.*
		171. *Sanguinea.*
53. THESIUM.	LINN.	172. *Linophyllum.*
		173. *Alpinum.*
54. ALCHEMILLA.	TOURN.	174. *Vulgaris.*
		175. *Arvensis.*

DIGYNIA.

55. CUSCUTA.	TOURN.	176. *Europaea.*

TETRAGYNIA.

56. AQUIFOLIUM.	PLIN.	177. *Ilex.*
57. POTAMOGETON.	TOURN.	178. *Serratum.*
		179. *Perfoliatum.*
		180. *Setaceum.*
		181. *Crispum.*
		182. *Pusillum.*
58. SAGINA.	LINN.	183. *Procumbens.*

CLAS-

CLASSIS V.
P E N T A N D R I A.
MONOGYNIA.

Genus	Auctor	Species
59. HELIOTROPIUM.	DIOSC.	184. *Europaeum.*
60. MYOSOTIS.	DILLEN.	185. *Scorpioides.*
61. LITHOSPERMUM.	LINN.	186. *Officinale.*
		187. *Arvense.*
		188. *Purpur.-Caerul.*
62. ANCHUSA.	LINN.	189. *Officinalis.*
63. CYNOGLOSSUM.	TOURN.	190. *Omphalodes.*
		191. *Officinale.*
		192. *Lappula.*
		193. *Cheirifolium.*
64. PULMONARIA.	TOURN.	194. *Officinalis.*
65. SYMPHYTUM.	TOURN.	195. *Officinale.*
		196. *Tuberosum.*
66. CERINTHE.	TOURN.	197. *Echinoides.*
		198. *Glabra.*
67. ASPERUGO.	TOURN.	199. *Procumbens.*
68. ECHIUM.	TOURM.	200. *Vulgare.*
69. ANDROSACE.	LINN.	201. *Maxima.*
		202. *Villosa.*
		203. *Lactea.*
70. PRIMULA.	LINN. *	204. *Sylvestris.*
		205. *Officinalis.*
		206. *Farinosa.*
		207. *Auricula.*
		208. *Integrifolia.*
		209. *Minima.*
71. SOLDANELLA.	GESN.	210. *Alpina.*
72. CYCLAMINUS.	DIOSC.	211. *Europaeum.*
73. MENYANTHES.	TOURN.	212. *Trifoliata.*
74. HOTTONIA.	BOERH.	213. *Palustris.*
75. LYSIMACHIA.	TOURN.	214. *Vulgaris.*
		215. *Punctata.*
		216. *Numularia.*
76. ANAGALLIS.	TOURN.	217. *Phoenicea.*

77. AZALEA.	LINN.	218. *Procumbens.*
78. CONVOLVULUS.	TOURN.	219. *Arvensis.*
		220. *Sepium.*
		221. *Cantabrica.*
		222. *Soldanella.*
79. CAMPANULA.	TOURN.	223. *Pulla.*
		224. *Rotundifolia.*
		* 225. *Cespitosa.*
		* 226. *Linifolia.*
		227. *Patula.*
		228. *Persicifolia.*
		229. *Pyramidalis.*
		230. *Rhomboidalis.*
		231. *Rapunculus.*
		232. *Bonenienfis.*
		233. *Thyrsoidea.*
		234. *Trachelium.*
		235. *Glomerata.*
		236. *Medium.*
		337. *Speculum.*
80. RAPUNCULUS.	TOURN.	238. *Spicatus.*
		239. *Orbicularis.*
		240. *Comosus.*
		241. *Pauciflorus.*
81. LONICERA.	LINN.	242. *Caprifolium.*
		243. *Periclymenum.*
		244. *Xylosteum.*
		245. *Alpigena.*
		246. *Caerulea.*
82. VERBASCUM.	LINN.	247. *Thapsus.*
		248. *Lychnitis.*
		249. *Nigrum.*
		250. *Phoeniceum.*
		251. *Blattaria.*
83. STRAMONIUM.	TOURN.	252. *Foetidum.*
84. HYOSCIAMUS.	TOURN.	253. *Niger.*
		254. *Scopolia.*
85. BELLADONNA.	CLUS.	255. *Trichotoma.*
86. PHYSALIS.	DIOSC.	256. *Halicacabum.*

87. SOLANUM.	TOURN.	257. *Dulcamara.*
		258. *Nigrum.*
88. RHAMNUS.	LINN.	259. *Catharcticus.*
	*	260. *Lycium.*
		261. *Alpinus.*
	*	262. *Rupestris.*
		263. *Frangula.*
		264. *Paliurus.*
		265. *Ziziphus.*
89. EVONYMUS.	THEOPH. *	266. *Latifolius.*
		267. *Vulgaris.*
	*	268. *Verrucosus.*
90. GROSSULARIA.	TOURN.	269. *Rubra.*
		270. *Uva.*
91. HEDERA.	TOURN.	271. *Helix.*
92. VITIS.	TOURN.	272. *Labrusca.*
93. PERVINCA.	TOURN.	273. *Minor.*
		274. *Maior.*

DIGYNIA.

94. ASCLEPIAS.	LINN.	275. *Vincetoxicum.*
95. HERNIARA.	TOURN.	276. *Glabra.*
		277. *Hirsuta.*
96. CHENOPODIUM.	TOURN.	278. *Bonus Henr.*
		279. *Polyspermum.*
		280. *Viride.*
		281. *Vulvaria.*
		282. *Scoparia.*
		283. *Maritimum.*
97. KALI.	TOURN.	284. *Tragus.*
		285. *Soda.*
98. ULMUS.	TOURN.	286. *Campestris.*
99. GENTIANA.	LINN.	287. *Ciliata.*
		288. *Cruciata.*
		289. *Campestris.*
		290. *Pumila.*
		291. *Verna.*
		292. *Utriculosa.*
		293. *Centaurium.*

Genus	Auctor	Species
99. GENTIANA.		294. *Acaulis.*
		295. *Pneumonanthe.*
		296. *Asclepiadea.*
		* 297. *Pannonica.*
		298. *Lutea.*
		299. *Perfoliata.*
100. ERYNGIUM.	TOURN.	300. *Alpinum.*
		301. *Campestre.*
		302. *Maritimum.*
101. ASTRANTIA.		303. *Epipactis.*
		304. *Diapensia.*
		305. *Minor.*
		306. *Nigra.*
102. DAUCUS.	TOURN.	307. *Carota.*
		308. *Grandiflorus.*
		309. *Leptophyllus.*
		310. *Platicarpos.*
103. CAUCALIS.	RIVIN.	311. *Anthriscus.*
		312. *Scandix.*
		313. *Nodosa.*
104. LIBANOTIS.	RIVIN.	314. *Cretensis.*
		* 315. *Rupestris.*
		316. *Riviniana.*
		* 317. *Daucoides.*
105. TORDYLIUM.	TOURN.	* 318. *Siifolium.*
		319. *Maximum.*
106. LASERPITIUM.	TOURN.	320. *Latifolium.*
		321. *Gallicum.*
		322. *Siler.*
		323. *Angustifolium.*
		324. *Chironium.*
		325. *Selinoides.*
107. ANGELICA.	LINN.	326. *Archangelica.*
		327. *Sylvestris.*
108. IMPERATORIA.	LINN.	328. *Ostruthium.*
109. SELINUM.		329. *Austriacum.*
		330. *Oreoselinum.*
		331. *Cervaria.*
		332. *Palustre.*

110. PASTINACA.	TOURN.	333. *Sativa.*
		334. *Glauca.*
111. SPHONDYLIUM.	TOURN.	335. *Branca.*
		336. *Austriacum.*
112. FERULA.	TOURN.	337. *Nodiflora.*
113. LIGUSTICUM.	TOURN.	338. *Peloponesiacum.*
114. AETHUSA.	LINN.	339. *Cynapium.*
115. CONIUM.	THEOPH.	340. *Maculatum.*
116. MYRHIS.	TOURN.	341. *Odorata.*
117. AMMI.	TOURN.*	342. *Daucifolium.*
		343. *Maius.*
118. PIMPINELLA.	MATTH.	344. *Rotundifolia.*
		345. *Saxifraga.*
119. BUPLEURUM.	TOURN.	346. *Rotundifolium.*
		347. *Falcatum.*
		348. *Odontites.*
120. SCANDIX.	TOURN.	349. *Pecten.*
		350. *Hirsuta.*
	*	351. *Tinctoria.*
121. SESELI.		352. *Meum.*
		353. *Nodiflorum.*
		354. *Falcaria.*
		355. *Amomum.*
		356. *Annuum.*
		357. *Glaucum.*
		358. *Hippomarathrum.*
		359. *Aegopodium.*
		360. *Graveolens.*
		361. *Carum.*
122. PHELLANDRIUM.	TOURN.	362. *Mutellina.*
		363. *Aquaticum.*
123. OENANTHE.	TOURN.	364. *Pimpinelloides.*
124. SILER.	MORIS.	365. *Trilobum.*
125. CHAEROPHYLLUM.		366. *Sylvestre.*
126. CRITHMUM.	TOURN.	367. *Maritimum.*

TRIGYNIA.

127. COTINUS.	TOURN.	368. *Coggygria.*
128. VIBURNUM.	LINN.	369. *Lantana.*

128. VIBURNUM.		370. *Opulus.*
129. SAMBUCUS.	TOURN.	371. *Ebulus.*
		372. *Nigra.*
		373. *Racemoſa.*
130. STAPHYLLODENDRON.	PLIN.	374. *Pinnatum.*
131. TAMARISCUS.	TOURN.	375. *Germanicus.*
132. ALSINE.	LINN.	376. *Media.*
133. DRYPIS.	MICH.	377. *Spinoſa.*

TETRAGYNIA.

134. PARNASSIA.	TOURN.	378. *Paluſtris.*

PENTAGYNIA.

135. STATICE.	LINN.	379. *Armeria.*
		380. *Limonium.*
136. LINUM.	TOURN.	381. *Uſitaſiſſimum*
		382. *Hirſutum.*
		* 383. *Sylveſtre.*
		384. *Flavum.*
		* 385. *Liburnicum.*
		386. *Tenuifolium.*
		* 387. *Laeve.*
		388. *Auſtriacum.*
		389. *Catharcticum.*
137. ROSSOLIS.	DODON.	390. *Septentrionalis.*

CLASSIS VI.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

138. GALANTHUS.	LINN.	391. *Nivalis.*
139. LEUCOIUM.	LINN.	392. *Vernum.*
		393. *Aeſtivum.*
140. NARCISSUS.	TOURN.	394. *Poeticus.*
		395. *Pſeudo-Narciſſus.*
141. ALLIUM.	HALL.	396. *Scorodopraſum.*
		397. *Carinatum.*
		398. *Paniculatum.*

Genera		Species
141. Allium.		399. *Paniculatum.*
		400. *Narciſſifolium.*
		401. *Urſinum.*
142. Lilium.	TOURN.	402. *Martagon.*
		403. *Chalcedonicum.*
		404. *Bulbiferum.*
143. Fritillaria.	LOBEL.	405. *Meleagris.*
144. Erythronium.	LINN.	406. *Dens canis.*
145. Tulipa.	GESN.	407. *Sylveſtris.*
146. Ornithogalum.	DIOSC.	408. *Umbellatum.*
		409. *Pyrenaicum.*
		410. *Luteum.*
147. Asphodelus.	DIOSC. *	411. *Liburnicus.*
		412. *Ramoſus.*
148. Anthericum.	LINN.	413. *Ramoſum.*
		414. *Bifolium.*
		415. *Autumnale.*
149. Asparagus.	TOURN.	416. *Officinalis.*
		417. *Corruda.*
150. Convallaria.	LINN.	418. *Maialis.*
		419. *Verticillata.*
		420. *Polygonatum.*
		421. *Multiflora.*
		422. *Bifolia.*
151. Hyacinthus.	LINN.	423. *Comoſus.*
		424. *Botryoides.*
152. Hemerocallis.	THEOPH.	425. *Lilio-Aſphodel.*
153. Acorus.	DIOSC.	426. *Calamus.*
154. Iuncus.	PLIN.	427. *Conglomeratus.*
		428. *Effuſus.*
		429. *Inflexus.*
		430. *Acutus.*
		431. *Articulatus.*
		432. *Trifidus.*
		433. *Bufonius.*
		434. *Campeſtris.*
		435. *Piloſus.*
		436. *Niveus.*
155. Berberis.	BRUNF.	437. *Vulgaris.*

TRIGYNIA.

156. LAPATHUM.	HIPP.	438. *Acetosa.*
		439. *Acetosella.*
		* 440. *Alpestre.*
		441. *Crispum.*
		* 442. *Hydrolapathum.*
		443. *Acutum.*
		444. *Aquaticum.*
157. SCHEUCHZERIA.	LINN.	445. *Pseudo Asph.*
158. TRIGLOCHIN.	C. BAUH.	446. *Palustre.*
		447. *Maritimum.*
159. COLCHICUM.	PLIN.	448. *Autumnale.*

POLYGYNIA.

160. ALISMA.	DIOSC.	449. *Plantago.*

CLASSIS VII.
HEPTANDRIA.
MONOGYNIA.

161. AESCULUS.	LINN.	450. *Hippocastanum.*

CLASSIS VIII.
OCTANDRIA.
MONOGYNIA.

162. ONAGRA.	DIOSC.	451. *Biennis.*
163. CHAMAENERION.	GESN.	452. *Hirsutum.*
		453. *Montanum.*
		454. *Tetragonum.*
		455. *Angustifolium.*
		456. *Palustre.*
164. VACCINIUM.	GAL.	457. *Oxycoccos.*
		458. *Myrtillus.*
		459. *Vidis idea.*
165. ERICA.	PLIN.	460. *Vulgaris.*
		461. *Carnea.*

166. THY-

166. THYMELAEA.	MESU.	462. *Mezereum.*
		463. *Laureola.*
		464. *Cneorum.*
		* 465. *Candida.*

DIGYNIA.

167. MOEHRINGIA.	LINN.	466. *Muſcoſa.*

TRIGYNIA.

168. POLYGONUM.	LINN.	467. *Hydropiper.*
		468. *Perſicaria.*
		469. *Convolvulus.*
		470. *Viviparum.*
		471. *Aviculare.*

TETRAGYNIA.

169. PARIS.	LON.	472. *Quadrifolia.*
170. MOSCHATELLA.	CORD.	473. *Adoxa.*

CLASSIS IX.
ENNEANDRIA.
MONOGYNIA.

171. LAURUS.	GAL.	474. *Nobilis.*

HEXAGYNIA.

172. BUTOMUS.	LINN.	475. *Umbellatus.*

CLASSIS X.
DECANDRIA.
MONOGYNIA.

173. DICTAMNUS.	BRUNF.	476. *Albus.*
174. RUTA.	PLIN.	477. *Graveolens.*
175. HYPOPITHYS.	C. BAUH.	478. *Multiflora.*
176. RHODODENDRON.		479. *Ferrugineum.*
		480. *Hirſutum.*

176. RHO-

Genus	Auctor	Species
176. RHODODENDRON.		481. *Chamaeciſtus.*
		482. *Polifolium.*
177. ARBUTUS.	LINN.	483. *Uva urſi.*
178. PYROLA.	ERUNF.	484. *Minor.*
		485. *Secunda.*
		486. *Uniflora.*

DIGYNIA.

Genus	Auctor	Species
179. CHRYSOSPLENIUM.	TOURN.	487. *Alternifolium.*
180. SAXIFRAGA.	BOERH.	488. *Rotundifolia.*
		489. *Cotyledon.*
		490. *Cuneifolia.*
		491. *Geum.*
		492. *Stellaris.*
		493. *Autumnalis.*
		494. *Ceſpitoſa.*
		495. *Caeſia.*
		* 496. *Trichodes.*
		497. *Bryoides.*
		498. *Pyrenaica.*
		499. *Hypnoides.*
		500. *Tridactylites.*
181. KNAVEL.	RAI.	501. *Annuum.*
182. TUNICA.	LONIC.	502. *Barbata.*
		503. *Prolifera.*
		504. *Cartuſianorum.*
		505. *Plumaria.*
		506. *Saxifraga.*
		507. *Caryophyllus.*
		508. *Arenaria.*
		509. *Virginea.*
183. LYCHNIS.	HALL.	510. *Officinalis.*
		511. *Vaccaria.*
		512. *Orientalis.*
		513. *Pumilio.*
		514. *Behen.*
		515. *Otites.*
		516. *Acaulis.*
		517. *Baccifera.*

183. LY

183. LYCHNIS.
518. *Viscosa.*
519. *Quadrifida.*
520. *Saxifraga.*
521. *Conica.*
522. *Cerastoides.*
523. *Inaperta.*
524. *Vulnerata.*
525. *Nutans.*
* 526. *Armoraria.*
527. *Githago.*
528. *Flos Cuculi.*
529. *Viscaria.*
530. *Dioica.*

184. CHERLERIA. HALL. 531. *Sedioides.*

185. STELLARIA.
532. *Nemorum.*
533. *Dichotoma.*
534. *Holostea.*
535. *Graminea.*
* 536. *Ciliata*
537. *Aculeata.*
538. *Rubra.*
539. *Saxatilis.*
* 540. *Rupestris.*
541. *Laricifolia.*
542. *Arvensis.*
543. *Pentandra.*
544. *Serpillifolia.*
545. *Nodosa.*
546. *Aquatica.*
547. *Repens.*

PENTAGYNIA.

186. CENTUNCULUS. PLIN.
548. *Arvensis.*
549. *Semidecander.*
550. *Alpinus.*
* 551. *Angustifolius.*
* 552. *Rigidus.*

187. SEDUM. HALL.
553. *Telephium.*
* 554. *Haematodes.*

187. SE-

187. SEDUM.		555. *Dasiphyllum.*
		556. *Album.*
		557. *Rupestre.*
		558. *Sexangulare.*
		559. *Tectorum.*
		560. *Roseum.*
188. OXYS.	PLIN.	561. *Acetosella.*
		562. *Corniculata.*

CLASSIS XI.
DODECANDRIA.
MONOGYNIA.

189. ASARUM.	LINN.	563. *Europaeum.*
190. PORTULACA.	TOURN.	564. *Oleracea.*
191. LYTHRUM.	LINN.	565. *Salicaria.*
		566. *Hyssopifolia.*

DIGYNIA.

192. AGRIMONIA.	BRUNF.	567. *Eupatoria.*
		568. *Agrimonoides.*

TRIGYNIA.

193. RESEDA.	LINN.	569. *Lutea.*
		570. *Phyteuma.*
194. TITHYMALUS.	DIOSC.	571. *Lathyris.*
		572. *Sylvaticus.*
		573. *Dulcis.*
		* 574. *Seguierii.*
		575. *Pithyusa.*
		576. *Pilosus.*
		577. *Verrucosus.*
		578. *Platyphyllos.*
		579. *Helioscopius.*
		580. *Esula.*
		581. *Paralias.*
		582. *Cyparisias.*
		583. *Peplis.*

CLAS-

CLASSIS XII.

ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

195. Myrtus.	LATIN.	584. *Communis.*
196. Punica.	PLIN.	585. *Granatum.*
197. Prunus.	LINN.	586. *Spinosa.*
		587. *Cerasus.*
		588. *Mahalep.*
		589. *Padus.*

DI- et PENTAGYNIA.

198. Mespilus.		590. *Oxyacantha.*
		591. *Aria.*
		592. *Chamaemespilus.*
		593. *Aucuparia.*
		594. *Cotoneaster.*
		595. *Amalanchier.*
		596. *Pyracantha.*
199. Pyrus.	LINN.	597. *Azarolus.*
		598. *Communis.*
		599. *Malus.*
200. Spiraea.	LINN.	600. *Ulmifolia.*
		601. *Aruncus.*
		602. *Filipendula.*
		603. *Ulmaria.*

POLYGYNIA.

201. Rosa.	THEOPH.	604. *Canina.*
		605. *Simplex.*
		606. *Spinosissima.*
		607. *Pumila.*
		608. *Odoratissima.*
		609. *Candida.*
		610. *Repens.*
202. Rubus.	PLIN.	611. *Idaeus.*
		612. *Caesius.*
		613. *Fruticosus.*

202. RUBUS.		614. *Saxatilis.*
203. POTENTILLA.	LUDW.	615. *Anserina.*
		616. *Rupestris.*
		617. *Palustris.*
		618. *Recta.*
		619. *Argentea.*
		620. *Tormentilla.*
		621. *Verna.*
		622. *Reptans.*
		623. *Caulescens.*
		624. *Nitida.*
		625. *Vesca.*
	*	626. *Grandiflora.*
		627. *Subacaulis.*
204. CARYOPHILLATA.	FUCHS.	628. *Urbana.*
		629. *Rivalis.*
		630. *Montana.*
205. DRYAS.	LINN.	631. *Octopetala.*

CLASSIS XIII.
POLYANDRIA.
MONOGYNIA.

206. CAPPARIS.	DIOSC.	632. *Spinosa.*
207. ACTAEA.	PLIN.	633. *Spicata.*
208. CHELIDONIUM.	DIOSC.	634. *Maius.*
209. GLAUCIUM.	TOURN.	635. *Luteum.*
210. PAPAVER.	LATIN.	636. *Argemone.*
		637. *Alpinum.*
		638. *Rhaeas.*
211. NYMPHAEA.	LINN.	639. *Lutea.*
		640. *Alba.*
212. TILIA.	PLIN.	641. *Platyphyllos.*
		642. *Ulmifolia.*
213. CISTUS.	LINN.	643. *Salvifolia.*
		644. *Fumana.*
	*	645. *Alpestris.*
	*	646. *Tomentosus.*

213. CISTUS.		647. *Canus.*
		* 648. *Grandiflorus.*
		649. *Helianthemum.*

DIGYNIA.

214. POEONIA.	PLIN.	650. *Officinalis.*

TRIGYNIA.

215. DELPHINIUM.	DIOSC.	651. *Consolida.*
		652. *Staphisagria.*
216. ACONITUM.	DIOSC.	653. *Lycoctonum.*
		654. *Napellus.*
		655. *Anthora.*

PENTAGYNIA.

217. AQUILEGIA.	TRAG.	656. *Vulgaris.*
218. NIGELLA.	PLIN.	657. *Arvensis.*

POLYGYNIA.

219. ANEMONE.	LINN.	658. *Hepatica.*
		659. *Trifolia.*
		660. *Nemorosa.*
		661. *Ranunculoides.*
		* 662. *Alpina.*
		* 663. *Apiifolia.*
		664. *Burseriana.*
		665. *Pulsatilla.*
220. ATRAGENE.	LINN.	666. *Austriaca.*
221. CLEMATIS.	DIOSC.	667. *Recta.*
		668. *Inclinata.*
		669. *Vitalba.*
		670. *Viticella.*
		* 671. *Cespitosa.*
222. THALICTRUM.	DIOSC.	672. *Aquilegifolium.*
		673. *Flavum.*
		674. *Minus.*
		* 675. *Nigricans.*
		676. *Angustifolium.*

223. ADONIS.	MATTH.	677. *Autumnalis.*
		678. *Vernalis.*
224. RANUNCULUS.	LINN.	679. *Alpeſtris.*
		680. *Aconitifolius.*
		681 *Aquatilis.*
		682. *Flammula.*
		683. *Lingua.*
		684. *Ficaria.*
		685. *Thora.*
		686. *Nivalis.*
		687. *Auricomus.*
		688. *Sceleratus.*
		689. *Repens.*
		690. *Aeris.*
		691. *Lanuginoſus.*
		692. *Bulboſus.*
		693. *Arvenſis.*
225. TROLLIUS.	GESN.	694. *Europaeus.*
226. ISOPYRUM.	LINN.	695. *Thalictroides.*
227. HELLEBORUS.	TOURN.	696. *Niger.*
		697. *Viridis.*
228. POPULAGO.	TABERN.	698. *Paluſtris.*

CLASSIS XIV.
D I D Y N A M I A.
GYMNOSPERMIA.

229. LAMIUM.	TOURN.	699. *Pannonicum.*
		700. *Album.*
		701. *Purpureum.*
		702. *Amplexicaule.*
230. LEONURUS.		703. *Cardiaca.*
		704. *Marrubiaſtrum.*
		705. *Galeobdolon.*
231. STACHYS.	LINN.	706. *Sylvatica.*
		707. *Paluſtris.*
		708. *Betonica.*
		709. *Alpina.*

231. STA-

231. STACHYS.		710. *Germanica.*
232. SIDERITIS.	LINN.	711. *Alopecuros.*
333. MARRUBIUM.	TOURN.	712. *Vulgare.*
		713. *Supinum.*
234. BALLOTE.	MATTH.	714. *Nigra.*
235. BRUNELLA.	BRUNF.	715. *Vulgaris.*
236. BUGULA.	DODON.	716. *Reptans.*
		717. *Genevensis.*
		718. *Chamaepitys.*
237. TEUCRIUM.	LINN.	719. *Scordium.*
		720. *Chamaedrys.*
		721. *Scorodonia.*
		722 *Flavum.*
		723. *Montanum.*
		724. *Polium.*
		725. *Botrys.*
238. MELLITIS.	LINN.	726. *Melissophyllum.*
239. GALEOPSIS.	LINN.	727. *Ladanum.*
		728. *Tetrahit.*
240. BETONICA.	LINN.	729. *Officinalis.*
241. CALAMINTHA.	TOURN.	730, *Hederacea.*
242. CLINOPODIUM.	TOURN.	731. *Vulgare.*
243. THYMUS.	LINN.	732. *Grandiflorus.*
		733. *Calamintha.*
		734. *Alpinus.*
		735. *Acinos.*
		736. *Serpillum.*
244. SATUREIA.	LINN. *	737. *Thymifolia.*
		738. *Montana.*
245. MELISSA.	PLIN.	739. *Officinalis.*
246. ORIGANUM.	TOURN.	740. *Vulgare.*
247. CASSIDA.	COLUM.	741. *Galericulata.*
		742. *Hastifolia.*
248. NEPETA.	TRAG.	743. *Cataria.*
		744. *Violacea.*
249. MENTHA.	TOURN.	745. *Spicata.*
		746. *Arvensis.*
		747. *Pulegium.*

249. MENTHA.		748. *Aquatica.*
250. VERBENA.	PLIN.	749. *Officinalis.*

ANGIOSPERMIA.

251. BARTSIA.	LINN.	750. *Alpina.*
252. MIMULUS.	PLIN.	751. *Crista Galli.*
	*	752. *Alectorolophus.*
253. EUPHRASIA.	COLUM.	753. *Officinalis.*
		754. *Odontites.*
		755. *Lutea.*
254. MELAMPYRUM.	DIOSC.	756. *Nemorosum.*
		757. *Cristatum.*
		758. *Pratense.*
		759. *Sylvaticum.*
255. SQUAMARIA.	LONIC.	760. *Orobanche.*
256. PEDICULARIS.	TOURN.*	761. *Acaulis.*
		762. *Palustris.*
		763. *Tuberosa.*
		764. *Rostrata.*
		765. *Comosa.*
		766. *Verticillata.*
257. ANTIRRHINUM.	LINN.	767. *Alpinum.*
		768. *Linaria.*
		769. *Minus.*
		770. *Cymballaria.*
		771. *Spurium.*
		772. *Elatine.*
		773. *Maius.*
		774. *Orontium.*
258. SCROPHULARIA.	BRUNF.	775. *Nodosa.*
		776. *Aquatica.*
		777. *Auriculata.*
		778. *Canina.*
259. DIGITALIS.	GESN.	779. *Lutea.*
		780. *Purpurea.*
		781. *Ferruginea.*
260. OROBANCHE.	DIOSC.	782. *Maior.*
261. VITEX.	TRAG.	783. *A. castus.*

CLAS-

CLASSIS XV.

TETRADYNAMIA.

SILICULOSAE.

262. PELTARIA.	IACQU.	784. *Alliacea.*
263. LUNARIA.	GESN.	785. *Rediviva.*
264. DRABA.	DILLEN.	786. *Alpina.*
	*	787. *Ciliata.*
	*	788. *Carnica.*
	*	789. *Mollis.*
		790. *Pyrenaica.*
		791. *Nasturtiolum.*
		792. *Verna.*
265. ALYSSUM.	HALL.	793. *Alpinum.*
		794. *Sativum.*
266. MYAGRUM.	DIOSC.	795. *Perenne.*
		796. *Rugosum.*
	*	797. *Rostratum.*
		798. *Paniculatum.*
	*	799. *Littorale.*
267. COCHLEARIA.	MATTH.	800. *Coronopus.*
268. NASTURTIUM.	TOURN.	801. *Ruderale.*
269. ADYSETON.	ADANS.	802. *Calycinum.*
		803. *Montanum.*
270. BISCUTELLA.	LINN.	804. *Didyma.*
271. IBERIS.	LINN.	805. *Rotundifolia.*
		806. *Amara.*
272. THLASPI.	LINN.	807. *Campestre.*
		808. *Bursa. Pastor.*
		809. *Peregrinum.*
		810. *Arvense.*
		811. *Montanum.*

SILIQUOSAE.

273. DENTARIA.	CLUS.	812. *Enneaphyllos.*
		813. *Bulbifera.*
		814. *Pentaphyllos.*

274. CAR-

274. CARDAMINE.	LINN.		815. *Trifolia.*
			816. *Impatiens.*
			817. *Hirſuta.*
		*	818. *Stolonifera.*
			819. *Pratenſis.*
275. SISYMBRIUM.	LINN.		820. *Naſturtium.*
			821. *Sophia.*
			822. *Sylveſtre.*
			823. *Roripa.*
			824. *Officinale.*
			825. *Alliaria.*
			826. *Barbarea.*
276. ERYSIMUM.	LINN.		827. *Campeſtre.*
			828. *Erucaſtrum.*
			829. *Heſperis.*
		*	830. *Sylveſtre.*
			831. *Cheiranthoides.*
277. HESPERIS.	PLIN.		832. *Matronalis.*
278. ARABIS.	LINN.		833. *Alpina.*
			834. *Turrita.*
			835. *Hirſuta.*
			836. *Bellidifolia.*
			837. *Arenoſa.*
		*	838. *Sylveſtris.*
279. TURRITIS.	TOURN.		839. *Glabra.*
280. BRASSICA.	LINN.		840. *Oleracea.*
			841. *Rapa.*
281. SINAPIS.	TOURN.		842. *Arvenſis.*
			843. *Alba.*
282. CAKILE.	SERAP.		844. *Maritima.*

CLASSIS XVI.

MONADELPHIA.

DECANDRIA.

283. GERANIUM.	DIOSC.	845. *Robertianum.*
		846. *Rotundifolium.*

283. GERANIUM. * 847. *Malvaefolium.*
848. *Disectum.*
849. *Columbinum.*
850. *Molle.*
851. *Sylvaticum.*
852. *Pratense.*
853. *Cicutarium.*
854. *Moschatum.*

POLYANDRIA.

284. ALTHAEA. LINN. 855. *Officinalis.*
856. *Cannabina.*
857. *Hirsuta.*
285. MALVA. PREST. 858. *Rotundifolia.*
859. *Sylvestris.*
860. *Alcea.*
861. *Moschata.*
286. KETMIA. TOURN. 862. *Trionum.*
863. *Syriaca.*

CLASSIS XVII.
D I A D E L P H I A.
HEXANDRIA.

287. FUMARIA. LINN. 864. *Bulbosa.*
865. *Capnoides.*
866. *Officinalis.*
288. POLYGALA. LINN. 867. *Vulgaris.*
868. *Amara.*
869. *Chamaebuxus.*

DECANDRIA.

289. GENISTA. TOURN. 870. *Iuncea.*
871. *Radiata.*
872. *Sagittalis.*
873. *Tinctoria.*
874. *Pilosa.*

289. GENISTA.		*	875. *Sylveſtris.*
			876. *Germanica.*
290. ANONIS.	TOURN.		877. *Spinoſa.*
			878. *Natrix.*
291. VULNERARIA.	GESN.		879. *Anthyllis.*
			880. *Montana.*
292. COLUTEA.	THEOPH.		881. *Arboreſcens.*
293. OROBUS.	HIPP.		882. *Vernus.*
			883. *Tuberoſus.*
			884. *Niger.*
			885. *Pyrenaicus.*
		*	886. *Montanus.*
294. LATHYRUS.	LINN.		887. *Aphaca.*
			888. *Niſſolia.*
			889. *Sativus.*
			890. *Angulatus.*
			891. *Cicera.*
			892. *Sylveſtris.*
			893. *Pratenſis.*
		*	894. *Sepium.*
295. VICIA.	PLIN.		895. *Sativa.*
			896. *Grandiflora.*
			897. *Sepium.*
			898. *Sylvatica.*
			899. *Cracca.*
296. ERVUM.	LINN.		900. *Lens.*
			901. *Hirſutum.*
			902. *Tetraſpermum.*
297. CYTISUS.	DIOSC.		903. *Laburnum.*
			904. *Nigricans.*
		*	905. *Purpureus.*
			906. *Capitatus.*
			907. *Hirſutus.*
			908. *Proſtratus.*
			909. *Supinus.*
			910. *Argenteus.*
298. CORONILLA.	LINN.		911. *Emerus.*
			912. *Montana.*
			913. *Varia.*

299. OR-

Genus	Auctor	Species
299. ORNITHOPODIUM.	GESN.	914. *Scorpioides.*
300. HIPPOCREPIS.	LINN.	915. *Comosa.*
301. SCORPIURUS.	LINN.	916. *Vermiculata.*
		917. *Muricata.*
302. ONOBRYCHIS.	TOURN.	918. *Viciae folia.*
303. ASTRAGALUS.	TOURN.	919 *Glyciphyllos.*
		920. *Onobrychis.*
		921. *Monspessulanus.*
		922. *Montanus.*
304. TRIFOLIUM.	LINN.	923. *Pratense.*
		* 924. *Alpestre.*
		925. *Rubens.*
		926. *Stellatum.*
		927. *Scabrum.*
		928. *Striatum.*
		929. *Angustifolium.*
		930. *Arvense.*
		931. *Agrarium.*
		932. *Montanum.*
		933. *Fragiferum.*
		934. *Repens.*
		935. *Officinale.*
305. LOTUS.	TOURN.	936. *Maior.*
		937. *Corniculatus.*
306. TETRAGONOLOBUS.	CAMER.	938. *Scandalida.*
307. DORYCNIUM.	TOURN.	939. *Pentaphyllum.*
308. MEDICA.	DIOSC.	940. *Lupulina.*
		941. *Falcata.*
		942. *Polymorpha.*

CLASSIS XVIII.

POLYADELPHIA.

POLYANDRIA.

Genus	Auctor	Species
309. HYPERICUM.	DIOSC.	943. *Quadrangulum.*
		944. *Perforatum.*
		945. *Hirsutum.*

CLASSIS XIX.

SYNGENESIA.

POLYGAMIA.

Genus	Auctor		Species
310. TRAGOPOGON.	DIOSC.		946. *Pratense.*
		*	947. *Dubium.*
311. SCORZONERA.	MATTH.		948. *Humilis.*
			949. *Purpurea.*
			950. *Angustifolia.*
			951. *Hispanica.*
		*	952. *Villosa.*
312. PICRIS.	LINN.		953. *Hieracioides.*
313. CREPIS.	LINN.		954. *Tectorum.*
			955. *Pulchra.*
		*	956. *Stricta.*
314. HEDYPNOIS.			957. *Taraxacum.*
		*	958. *Paludosa.*
315. LACTUCA.	PLIN.		959. *Prenanthoides.*
			960. *Virosa.*
			961. *Saligna.*
			962. *Perennis.*
316. PRENANTHES.	VAILL.		963. *Purpurea.*
			964. *Muralis.*
317. HIERACIUM.	ADANS.		965. *Aureum.*
			966. *Pilosella.*
			967. *Alpinum.*
		*	968. *Montanum.*
			969. *Porrifolium.*
			970. *Murorum.*
			971. *Cerinthoides.*
			972. *Sabaudum.*
			973. *Paludosum.*
			974. *Arvense.*
			975. *Oleraceum.*
			976. *Coeruleum.*
318. LEONTODON.			977. *Hispidum.*
			978. *Hirtum.*

318. Leontodon.		*	979 *Chondrillaefolium.*
		*	980. *Ciliatum.*
			981. *Autumnale.*
319. Apargia.			982. *Incana.*
			983. *Danubialis.*
		*	984. *Hirta.*
320. Andryala.	LINN.	*	985. *Chondrilloides.*
321. Achyrophorus.	VAILL.		986. *Maculatus.*
			987. *Radicatus.*
322. Lampsana.	DIOSC.		988. *Communis.*
			989. *Foetida.*
			990. *Rhagadiolus.*
323. Cichorium.	THEOPH.		991. *Intybus.*
324. Scolymus.	DIOSC.		992. *Maculatus.*
325. Echinopus.	GESN.		993. *Sphaerocephalus.*
			994. *Ritro.*
326. Arctium.	DIOSC.		995. *Lappa.*
327. Cirsium.	VAILL.	*	996. *Pigmaeum.*
			997. *Arctioides.*
			998. *Oleraceum.*
		*	999. *Erisithales.*
			1000. *Molle.*
			1001. *Arvense.*
			1002. *Serratuloides.*
			1003. *Defloratum.*
			1004. *Palustre.*
		*	1005. *Carniolicum.*
			1006. *Spinosissimum.*
			1007. *Lanceolatum.*
			1008. *Eriophorum.*
			1009. *Maculatum.*
			1010. *Acaulos.*
328. Carduus.	VAILL.		1011. *Nutans.*
			1012. *Tinctorius.*
329. Acanos.	THEOPH.		1013. *Spina.*
330. Carlina.	CLUS.		1014. *Acaulis.*
			1015. *Corymbosa.*
331. Atractylis.	THEOPH.		1016. *Lanata.*

332. RHAPONTICUM.	VAILL.		1017. *Iacea.*
		*	1018. *Eriophorum.*
			1019. *Calcitrapa.*
		*	1020. *Paniculatum.*
333. CENTAUREA.	LINN.		1021. *Phrygia.*
			1022. *Montana.*
			1023. *Cyanus.*
			1024. *Paniculata.*
			1025. *Argentea.*
			1026. *Scabiosa.*
		*	1027. *Kartschiana.*
			1028. *Solstitialis.*
			1029. *Collina.*
334. CARPESIUM.	ALP.		1030. *Cernuum.*
335. TANACETUM.	PLIN.		1031. *Vulgare.*
336. ARTEMISIA.	LINN.		1032. *Dracunculus.*
			1033. *Vulgaris.*
			1034. *Abrotanum.*
			1035. *Absynthium.*
			1036. *Caerulescens.*
			1037. *Campestris.*
			1038. *Rupestris.*
337. BELLIS.	PLIN.		1039. *Perennis.*
338. CALTHA.	PLIN.		1040. *Officinalis.*
339. MATRICARIA.	HALL.		1041. *Leucanthemum.*
			1042. *Chamomilla.*
340. PYRETHRUM.	HALL.		1043. *Corymbosum.*
341. GNAPHALIUM.	LUDW.		1044. *Dioicum.*
			1045. *Leontopodium.*
			1046. *Sylvaticum.*
			1047. *Alpinum.*
		*	1048. *Fuscum.*
			1049. *Uliginosum.*
			1050. *Germanicum.*
			1051. *Arvense.*
			1052. *Stoechas.*
342. CONYZA.	PLIN.		1053. *Squarrosa.*
343. EUPATORIUM.	TOURN.		1054. *Cannabinum.*
344. TUSSILAGO.	LINN.		1055. *Cacalia.*

344. Tussilaco.		*	1056. *Alpina.*
			1057. *Sylveſtris.*
			1058. *Petaſites.*
			1059. *Farfara.*
345. Erigeron.	LINN.		1060. *Canadenſe.*
			1061. *Alpinum.*
			1062. *Polymorphum.*
346. Senecio.	LINN.		1063. *Vulgaris.*
		*	1064. *Littoralis.*
			1065. *Paludoſus.*
			1066. *Crithmifolius.*
			1067. *Doronicum.*
			1068. *Alpinus.*
		*	1069. *Lanatus.*
			1070. *Sarracenicus.*
			1071. *Incanus.*
			1072. *Iacobaea.*
			1073. *Abrotanifolius.*
347. Aster.	TOURN.		1074. *Bellidaſtrum.*
			1075. *Scorpioides.*
			1076. *Tripolium.*
			1077. *Amellus.*
			1078. *Helenium.*
			1079. *Dyſentericus.*
			1080. *Pulicarius.*
			1081. *Salicinus.*
			1082. *Hirtus.*
		*	1083. *Bubonium.*
			1084. *Enſifolius.*
348. Doronicum.	HALL.		1085. *Pardelianches.*
349. Arnica.	FEHR.		1086. *Montana.*
350. Doria.	RAI.		1087. *Virgaurea.*
351. Buphthalmum.	LINN.		1088. *Salicifolium.*
352. Bidens.	CAESAL.		1089. *Cernua.*
			1090. *Tripartita.*
353. Anthemis.	LINN.		1091. *Arvenſis.*
			1092. *Cotula.*
354. Achillea.	DIOSC.		1093. *Clavenae.*
			1094. *Atrata.*

354. ACHILLEA. 1095. *Millefolium.*
355. XERANTHEMUM. HERM. 1096. *Annuum.*

MONOGAMIA.

356. VIOLA. PLIN. 1097. *Odorata.*
1098. *Canina.*
1099. *Biflora.*
1100. *Tricolor.*
357. BALSAMINA. GALEN. 1101. *Noli tangere.*

CLASSIS XX.
GYNANDRIA.
DIANDRIA.

358. ORCHIS. HALL. 1102. *Bifolia.*
1103. *Papilionacea.*
1104. *Lingua.*
1105. *Pyramidalis.*
1106. *Globosa.*
1107. *Coriophora.*
1108. *Ustulata.*
* 1109. *Tridentata.*
1110. *Morio.*
1111. *Mascula.*
1112. *Militaris.*
1113. *Hircina.*
1114. *Muscaria.*
1115. *Arachnites.*
1116. *Monorchis.*
1117. *Alpina.*
1118. *Latifolia.*
1119. *Maculata.*
* 1120. *Comosa.*
1121. *Conopsea.*
1122. *Virens.*
1123. *Nigra.*
1124. *Albida.*

359. SERAPIAS.		1125. *Spiralis.*
		1126. *Longifolia.*
		1127. *Grandiflora.*
		1128. *Latifolia.*
		1129. *Paluſtris.*
		1130. *Abortiva.*
360. OPHRYS.		1131. *Nidus avis.*
		1132. *Ovata.*
		1133. *Cordata.*
* 361. NEOTIA.		1134. *Corallorhiza.*

HEXANDRIA.

362. ARISTOLOCHIA.	DIOSC.	1135. *Rotunda.*
		1136. *Longa.*
		1137. *Clematitis.*

POLYANDRIA.

363. ARUM.	DIOSC.	1138. *Maculatum.*
		1139. *Dracunculus.*
364. ZOSTERA.	LINN.	1140. *Marina.*

CLASSIS XXI.
MONOECIA.
MONANDRIA.

365. ZANNICHELLIA.	MICH.	1141. *Paluſtris.*

DIANDRIA.

366. LENTICULA.	BRUNF.	1142. *Minor.*
		1143. *Triſulcalia.*

TRIANDRIA.

367. TYPHA.	DIOSC.	1144. *Latifolia.*
		1145. *Anguſtifolia.*
368. SPARGANIUM.	DIOSC.	1146. *Erectum.*

369. CA-

369. CAREX.	TRAG.		1147. *Pulicaris.*
		*	1148. *Alba.*
			1149. *Digitata.*
			1150. *Diſtans.*
			1151. *Montana.*
			1152. *Capillaris.*
			1153. *Palleſcens.*
		*	1154. *Saxatilis.*
			1155. *Atrata.*
			1156. *Limoſa.*
			1157. *Glauca.*
			1158. *Acuta.*
		*	1159. *Ferruginea.*
		*	1160. *Patula.*
			1161. *Flava.*
		*	1162. *Piloſa.*
			1163. *Iuncea.*
			1164. *Veſicaria.*
			1165. *Remota.*
		*	1166. *Maxima.*
			1167. *Arenaria.*
			1168. *Muricata.*
			1169. *Vulpina.*
		*	1170. *Pulchella.*
370. BETULA.	TRAG.		1171. *Alba.*
			1172. *Alnus.*
371. BUXUS.	BRUNF.		1173. *Sempervirens.*
372. URTICA.	PLIN.		1174. *Urens.*
			1175. *Dioica.*
373. MORUS.	BRUNF.		1176. *Alba.*
374. XANTHIUM.	LINN.		1177. *Strumarium.*
375. BLITUM.	DIOSC.		1178. *Maius.*

POLYANDRIA.

376. CERATOPHYLLUM.	LINN.	1179. *Demerſum.*
377. MYRIOPHYLLUM.	VAILL.	1180. *Spicatum.*
378. SAGITTA.	PLIN.	1181. *Maior.*

379. QUER-

379. QUERCUS.	LINN.	1182. *Ilex.*
		1183. *Coccifera.*
		1184. *Robur.*
		1185. *Aegilops.*
380. IUGLANS.	FUCHS.	1186. *Regia.*
381. CASTANEA.	GRAEC.	1187. *Sativa.*
		1188. *Fagus.*
382. CARPINUS.	RUEL.	1189. *Betulus.*
	*	1190. *Duinenſis.*
383. OSTRYA.	MICH.	1191. *Carpinifolia.*
384. CORYLUS.	GALEN.	1192. *Avellana.*

MONADELPHIA.

385. PINUS.	LINN.	1193. *Picea.*
		1194. *Abies.*
	*	1195. *Mughus.*
		1196. *Sylveſtris.*
		1197. *Pinea.*
		1198. *Larix.*
386. CUPRESSUS.	PLIN.	1199. *Sempervirens.*

SYNGENESIA.

387. BRYONIA.	THEOPH.	1200. *Alba.*

CLASSIS XXII.
D I O E C I A.

MONANDRIA.

388. CALLITRICHE.	PLIN.	1201. *Fontana.*
		1202. *Stagnalis.*

DIANDRIA.

389. SALIX.	PLIN.	1203. *Pratenſis.*
		1204. *Hybrida.*
		1205. *Caprea.*
		1206. *Glabra.*
	*	1207. *Serpillifolia.*
		1208. *Alpina.*

389. SALIX.		1209. *Purpurea.*
		1210. *Eleagnos.*
		1211. *Viminalis.*
		1212. *Alba.*
		1213. *Repens.*
		1214. *Triandra.*

TRIANDRIA.

390. OSYRIS.	PLIN.	1215. *Alba.*
		1216. *Rhamnoides.*

TETRANDRIA.

391. VISCUM.	PLIN.	1217. *Album.*

PENTANDRIA.

392. PISTAICA.	LINN.	1218. *Terebinthus.*
393. CANNABIS.	ADANS.	1219. *Lupulus.*

HEXANDRIA.

394. TAMUS.	GESN.	1220. *Communis.*
395. SMILAX.	DIOSC.	1221. *Aſpera.*

OCTANDRIA.

396. POPULUS.	PLIN.	1222. *Alba.*
		1223. *Nigra.*
		1224. *Tremula.*

ENNEANDRIA.

397. MERCURIALIS.	PLIN.	1225. *Cynocrambe.*
		1226. *Annua.*

MONADELPHIA.

398. IUNIPERUS.	PLIN.	1227. *Oxycedrus.*
		1228. *Sabina.*
		1229. *Communis.*

SYN-

SYNGENESIA.

399. Ruscus.	PLIN.		1230. *Aculeatus.*
			1231. *Hyppoglossum.*

CLASSIS XXIII.
P O L Y G A M I A.

MONOECIA.

400. Celtis.	PLIN.		1232. *Australis.*
401. Veratrum.	DODON.		1233. *Album.*
			1234. *Nigrum.*
402. Andropogon.	LINN.		1235. *Gryllus.*
		*	1236. *Arundinaceum.*
			1237. *Ischoemum.*
403. Holcus.	LINN.		1238. *Lanatus.*
			1239. *Avenaceus.*
		*	1240. *Liburnicus.*
404. Hordeum.	LINN.		1241. *Murinum.*
405. Parietaria.	PLIN.		1242. *Officinalis.*
406. Atriplex.	PLIN.		1243. *Portulacoides.*
			1244. *Laciniata.*
			1245. *Patula.*
407. Acer.	PLIN.		1246. *Monspessulanum.*
			1247. *Campestre.*
			1248. *Platanoides.*

DIOECIA.

408. Fraxinus.	PLIN.		1249. *Ornus.*
			1250. *Florifera.*

POLYOECIA.

409. Ficus.	LINN.		1251. *Carica.*

CLASSIS XXIV.
CRYPTOGAMIA.
I. FILICES.

410. EQUISETUM.	TOURN.		1252. *Sylvaticum.*
			1253. *Arvenſe.*
			1254. *Paluſtre.*
			1255. *Fluviatile.*
411. OPHIOGLOSSUM.	DIOSC.		1256. *Vulgatum.*
412. OSMUNDA.	HALL.		1257. *Lunaria.*
413. SRUTHIOPTERIS.	CORD.		1258. *Spicant.*
414. ACROSTICHUM.	LINN.		1259. *Septentrionale.*
415. PTERIS.	LINN.		1260. *Aquilina.*
416. ASPLENIUM.	LINN.		1261. *Scolopendrium.*
			1262. *Ceterach.*
			1263. *Trichomanes.*
			1264. *Adiant. nigrum.*
			1265. *Ruta muraria.*
417. POLYPODIUM.	LINN.		1266. *Vulgare.*
			1267. *Lonchitis.*
			1268. *F. foemina.*
			1269. *Aculeatum.*
			1270. *F. Mas.*
			1271. *Criſtatum.*
			1272. *Rhaeticum.*
			1273. *Fragile.*
			1274. *Regium.*
		*	1275. *Aſplenioides.*
			1276. *Dryopteris.*
418. ADIANTHUM.	LINN.		1277. *Capill. V.*

II. MUSCI.
A. ACALYPTRATI.

419. LYCOPODIUM.	LINN.	1278. *Clavatum.*
		1279. *Selaginoides.*
		1280. *Selago.*

419. LY-

419. LYCOPODIUM.		1281. *Complanatum.*
		1282. *Annotinum.*
		1283. *Helveticum.*
420. SPHAGNUM.	LINN.	1284. *Paluſtre.*
		1285. *Nemoreum.*

B. *CALYPTRATI.*

421. FONTINALIS.	LINN.	1286. *Antipyretica.*
		1287. *Capillacea.*
422. SPHLACHNUM.	LINN.	1288. *Ampullaceum.*
423. POLYTRICHUM.	DILLEN.	1289. *Commune.*
		1290. *Aloefolium.*
		1291. *Dubium.*
		1292. *Apocarpum.*
424. MNIUM.	DILLEN.	1293. *Pellucidum.*
		1294. *Fontanum.*
		1295. *Paluſtre.*
		1296. *Serpillifolium.*
425. BRYUM.	LINN.	1297. *Viridulum.*
		1298. *Truncatulum.*
		1299. *Murale.*
		1300. *Pyriforme.*
		1301. *Undulatum.*
		1302. *Heteromallum.*
		1303. *Hygometricum.*
		1304. *Subulatum.*
		* 1305. *Flaveſcens.*
		1306. *Apocarpum.*
		1307. *Pomiforme.*
		1308. *Rurale.*
		1309. *Glaucum.*
		1310. *Argenteum.*
		1311. *Capillare.*
		1312. *Pulvinatum.*
426. HYPNUM.	LINN.	1313. *Bryoides.*
		1314. *Taxifolium.*
		1315. *Adianthoides.*
		1316. *Ornithopodioides.*

426. HYPNUM.

1317. *Crispum.*
1318. *Undulatum.*
1319. *Lucens.*
1320. *Crista castr.*
1321. *Filicinum.*
1322. *Cupressiforme.*
1323. *Squarrosum.*
1324. *Scoparium.*
1325. *Aciculare.*
1326. *Purum.*
* 1327. *Cassubicum.*
1328. *Rutabulum.*
1329. *Triquetrum.*
1330. *Serpens.*
1331. *Abietinum.*
1332. *Proliferum.*
1333. *Rotundifolium.*
1334. *Sciuroides.*
1335. *Sericeum.*
1336. *Dendroides.*
1337. *Carinatum.*

PLANTAE DUBIAE.

III. ALGAE.

427. IUNGERMANNIA. MICHEL.

1338. *Asplenioides.*
1339. *Nemorea.*
1340. *Complanata.*
1341. *Dilatata.*
1342. *Albicans.*
1343. *Purpurea.*
1344. *Trichomannes.*
1345. *Fissa.*
1346. *Bidentata.*
1347. *Tridentata.*
* 1348. *Convexa.*
* 1349. *Minima.*
* 1350. *Serpillifolia.*

427. IUNGERMANNIA.
1351. *Epyphylla.*
1352. *Pinguis.*
1353. *Furcata.*

428. MARCHANTIA. LINN.
1354. *Stellata.*
1355. *Umbellata.*
* 1356. *Triandra.*
* 1357. *Quadrata.*
1358. *Conica.*

429. LICHEN. MICH.
1359. *Floridus.*
1360. *Divaricatus.*
1361. *Articulatus.*
1362. *Iubatus.*
1363. *Ericetorum.*
* 1364. *Fungiformis.*
* 1365. *Mucoriformis.*
* 1366. *Viridulus.*
1367. *Scriptus.*
* 1368. *Aeruginoſus.*
1369. *Rugoſus.*
* 1370. *Limitatus.*
1371. *Fagineus.*
* 1372. *Rupeſtris.*
* 1373. *Byſſinus.*
* 1374. *Punctatus.*
* 1375. *Muſcorum.*
* 1376. *Scaber.*
1377. *Subfuſcus.*
1378. *Candellarius.*
* 1379. *Marmoreus.*
* 1380. *Alveolatus.*
1381. *Squamoſus.*
1382. *Roſtratus.*
1383. *Fraxineus.*
1384. *Prunaſtri.*
1385. *Islandicus.*
1386. *Nivalvis.*
* 1387. *Pinaſtri.*
1388. *Ciliaris.*
1389. *Caninus.*

Genus	Author		Species
429. LICHEN.			1390. *Aphtosus.*
			1391. *Scrobiculatus.*
			1392. *Pulmonarius.*
		*	1393. *Amplissimus.*
			1394. *Caperatus.*
			1395. *Glaucus.*
			1396. *Saxatilis.*
			1397. *Cylindricus.*
		*	1398. *Pulverulentus.*
			1399. *Olivaceus.*
			1400. *Parietinus.*
			1401. *Stellaris.*
		*	1402. *Fragilis.*
		*	1403. *Spongiosus.*
			1404. *Saccatus.*
			1405. *Physodes.*
			1406. *Tenellus.*
			1407. *Miniatus.*
		*	1408. *Sedifolius.*
		*	1409. *Multifidus.*
		*	1410. *Cristatus.*
			1411. *Granosus.*
			1412. *Crispus.*
430. VALSA.	ADANS.	*	1413. *Digitata.*
		*	1414. *Clavata.*
		*	1415. *Tuberosa.*
		*	1416. *Corticalis.*
		*	1417. *Fragiformis.*
			1418. *Miniata.*
431. CHARA.	VAILL.		1419. *Vulgaris.*
432. TREMELLA.	LINN.		1420. *Nostoc.*
			1421. *Iuniperina.*
		*	1422. *Pisiformis.*
		*	1423. *Alveolata.*
		*	1424. *Coralloides.*
		*	1425. *Coccinea.*
433. FUCUS.	LINN.		1426. *Vesiculosus.*
			1427. *Ceranoides.*
			1428. *Muscoides.*

433. FU-

Genus	Author	Species
433. Fucus.		1429. *Cartilagineus.*
		1430. *Rubens.*
		1431. ——
434. Ulva.	LINN.	1432. *Latiſſima.*
		1433. *Lactuca.*
		1434. *Compreſſa.*
435. Conferva.	PLIN.	1435. *Rivularis.*
		1436. *Filiformis.*
		1437. *Bulloſa.*
		1438. *Corallinoides.*
		* 1439. *Ramoſiſſima.*
		1440. *Nodoſa.*
		1441. *Aeruginoſa.*
		* 1442. *Uſnea.*
436. Byssus.	DILLEN.	1443. *Incana.*
		1444. *Lactea.*
		1445. *Saxatilis.*
		1446. *Candellaris.*
		1447. *Flos Aquae.*
		1448. *Velutina.*
		1449. *Aurea.*
		* 1450. *Cellaris.*
		* 1451. *Subterranea.*
		* 1452. *Coccinea.*
		1453. *Miniata.*
437. Spongia.	TOURN.	1454. *Officinalis.*
		* 1455. *Vermicularis.*
		* 1456. *Coralloides.*
		1457. ——
		1458. ——

IV. FUNGI.

Genus	Author	Species
438. Agaricus.	LINN.	1459. *Muſcarius.*
		1460. *Rubens.*
		1461. *Puſtulatus.*
		1462. *Albellus.*
		1463. *Scandiccinus.*
		1464. *Stramineus.*

438. AGARICUS. LINN.

1465. *Procerus.*
1466. *Caesareus.*
1467. *Pratensis.*
1468. *Putridus.*
1469. *Dryadeus.*
1470. *Violaceus.*
1471. *Limacinus.*
1472. *Macrourus.*
1473. *Ferrugineus.*
1474. *Leucophaeus.*
1475. *Inclusus.*
1476. *Elytroides.*
1477. *Purpurascens.*
1478. *Campestris.*
1479. *Ovatus.*
1480. *Truncorum.*
1481. *Quisquiliarum.*
1482. *Lignorum.*
1483. *Stercorarius.*
1484. *Fimetarius.*
1485. *Cocolla.*
1486. *Mugnaius.*
1487. *Valens.*
1488. *Niveus.*
1489. *Iozzolus.*
1490. *Umbilicatus.*
1491. *Aromaticus.*
1492. *Collinus.*
1493. *Trichopus.*
1494. *Gallinacius.*
1495. *Pyramidalis.*
1496. *Roridus.*
1497. *Grumatus.*
1498. *Leccinus.*
1499. *Variegatus.*
1500. *Amianthinus.*
1501. *Pulverulentus.*
1502. *Russula.*
1503. *Coccineus.*

438. AGARICUS. LINN.

1504. *Ianthinus.*
1505. *Roſeus.*
1506. *Amethyſtinus.*
1507. *Virens.*
1508. *Prunulus.*
1509. *Caprinus.*
1510. *Elegans.*
1511. *Iacobinus.*
1512. *Triſtis.*
1513. *Laceratus.*
1514. *Ictericus.*
1515. *Mutabilis.*
1516. *Villoſus.*
1517. *Tirignus.*
1518. *Soderellus.*
1519. *Inanis.*
1520. *Filamentoſus.*
1521. *Viſcidus.*
1522. *Albipes.*
1523. *Craſſus.*
1524. *Miniatus.*
1525. *Conicus.*
1526. *Spadiceus.*
1527. *Flammeus.*
1528. *Santalinus.*
1529. *Vinaceus.*
1530. *Laccatus.*
1531. *Hiſpidus.*
1532. *Rubellus.*
1533. *Betulinus.*
1534. *Inverſus.*
1535. *Squamoſus.*
1536. *Coriaceus.*
1537. *Tabeſcens.*
1538. *Longipes.*
1539. *Quadricolor.*
1540. *Cruſtoſus.*
1541. *Lubricus.*
1542. *Acuminatus.*

438. Agaricus. LINN. 1543. *Extenuatus.*
1544. *Maculatus.*
1545. *Speciosus.*
1546. *Hemiſphaericus.*
1547. *Carptus.*
1548. *Criſtatus.*
1549. *Concavus.*
1550. *Piperatus.*
1551. *Scorbiculatus.*
1552. *Delicioſus.*
1553. *Rufus.*
1554. *Ruſticanus.*
1555. *Pudibundus.*
1556. *Tithymalinus.*
1557. *Hybridus.*
1558. *Teſtaceus.*
1559. *Ermineus.*
1560. *Oedematopus.*
1561. *Alliaceus.*
1562. *Sulphureus.*
1563. *Zinziberatus.*
1564. *Galericulatus.*
1565. *Epipterygius.*
1566. *Tener.*
1567. *Faſciatus.*
1568. *Rigidus.*
1569. *Rotula.*
1570. *Androſaceus.*
1571. *Umbelliferus.*
1572. *Pubeſcens.*
1573. *Compreſſus.*
1574. *Lacteus.*
1575. *Parietinus.*
1576. *Membranaceus.*
1577. *Brumalis.*
1578. *Quercinus.*
1579. *Flabelliformis.*
1580. *Alneus.*

439. Merulius. HALL. 1581. *Chantarellus.*

439. MERULIUS.		1582. *Hispidulus.*
		1583 *Infundibuliformis.*
		1584. *Ramosus.*
		1585. *Elveloides.*
440. BOLETUS.	LINN.	1586. *Bovinus.*
		1587. *Luteus.*
		1588. *Coriaceus.*
		1589. *Umbillicatus.*
		1590. *Flabelliformis.*
		1591. *Imbricatus.*
		1592. *Versicolor.*
		1593. *Hirsutus.*
		1594. *Igniarius.*
		1595. *Fulvus.*
		1596. *Caudicinus.*
		1597. *Fuliginosus.*
		1598. *Romosissimus.*
441. HYDNUM.	LINN.	1599. *Repandum.*
		1600. *Suaveolens.*
		1601. *Gelatinosum.*
		1602. *Coralloides.*
		1603. *Crispum.*
442. PHALLUS.	LINN.	1604. *Esculentus.*
		1605. *Impudicus.*
		1606. *Crispus.*
		1607. *Monacella.*
443. ELVELA.	GLEDITSCH.	1608. *Cornucopioides.*
		1609. *Lubrica.*
		1610. *Laciniata.*
		1611. *Coralloides.*
		1612. *Sambuccina.*
		1613. *Flammea.*
		1614. *Truncata.*
		1615. *Coccinea.*
		1616 *Infundibuliformis.*
		1617. *Campanulata.*
		1618. *Lycoperdoides.*
		1619. *Lutea.*
		1620. *Ciliata.*

443. Elvela.		1621. *Lontiformis.*
444. Clavaria.	LINN.	1622. *Pistillaris.*
		1623. *Vermiculata.*
		1624. *Palmata.*
		1625. *Coralloides.*
		1626. *Arbuscula.*
		1627. *Digitata.*
445. Clatrus.	MICH.	1628. *Cancellatus.*
446. Peziza.	GLEDITSCH.	1629. *Cyathiformis.*
		1630. *Crucibuliformis.*
447. Lycoperdon.	LINN.	1631. *Polymorphum.*
		1632. *Pedunculatum.*
		1633. *Stellatum.*
		1634. *Caronatum.*
		1635. *Gulloforum.*
448. Mucor.	LINN.	1636. *Sphaerocephalus.*
		1637. *Pyriformis.*
		1638. *Mucilago.*
		1639. *Serpula.*
		1640. *Clathroides.*
		1641. *Stemonitis.*
		1642. *Aspergillus.*
		1643. *Obliquus.*
		1644. *Mucedo.*
		1645. *Lycogala.*

PLAN-

PLANTAE LINNAEANAE.

Ad alia Genera in hoc Opere relatae.

SYST. NAT.	FL. CARNIOL.
Aegylops Ovata. - -	*Phleum.*
— Incurva. - -	*Agroſtis.*
Aegopodium - - -	*Seſeli.*
Agaricus Chantar. - -	*Merulius.*
Agroſtema. *Githago.* - -	*Lychnis.*
Agroſtis Arund. - -	*Arundo.*
Andromeda Polyfolia. - -	*Rhododendron.*
Anthericum Caulicul. -	*Scheuchzeria.*
Aphanes Arvenſis - -	*Alchemille.*
Apium Graveolens. - -	*Seſeli.*
Arctium Carduelis. - -	*Cirſium.*
Arenaria Laricifolia. - -	*Stellaria.*
— Saxatilis. - -	—
— Rubra. - -	—
Arnica Scorpioides. - -	*Aſter.*
Aſperula Cynanchica. - -	*Gallium.*
— Taurina. - -	—
— Tinctoria. - -	—
— Odorata. - -	—
Athamanta Cretenſis. - -	*Libanotis.*
— Cervaria. -	*Selinum.*
— Meum. - -	*Seſeli.*
— Libanotis. -	*Libanotis.*
— Oreoſelinum. -	*Selinum.*
Avena Elatior. - -	*Holcus.*
Betonica Alopecuros. - -	*Sideritis.*
Braſſica Campeſtris. - -	*Eryſimum.*
— Erucaſtrum. - -	—
Bryum Scoparium. - -	*Hypnum.*
Cacalia Alpina. - - -	*Tuſſilago.*
Carum Carvi. - - -	*Seſeli.*
Carduus Acaulos. - -	*Cirſium.*
— Defloratus. - -	—
— Eriophorus. - -	—
— Lanceolat. - -	—
— Mollis. - -	—
— Marianus. - -	—

Carduus

Syst. Nat.	Fl. Carniol.
Carduus Paluſtris. - -	*Cirſium.*
— Serratuloides. - -	—
Caucalis Grandiflora. - -	*Daucus.*
— Leptophylla. - -	—
— Platicarpos. - -	—
Centaurea Iacea. - -	*Rhaponticum.*
— Calcitrapa. - -	—
Ceraſtium Aquaticum. - -	*Stellaria.*
— Repens.	
Chaerophyllum Hirſutum. -	*Scandix.*
Cheiranthus Eryſimoides. - -	*Eryſimum.*
Chelidonium Glaucum. - -	*Glaucium.*
Chlora Perfoliata. - -	*Gentiana.*
Chryſanthemum Leucanth. -	*Matricaria.*
—— Corymboſum.	*Pyrethrum.*
Cnicus Oleraceus. - -	*Cirſium.*
— Spinoſiſſimus. - -	—
Comarum Paluſtre. - -	*Potentilla.*
Crataegus Aria. - -	*Meſpilus.*
— Azarolus. - -	*Pyrus.*
— Oxyacantha. - -	*Meſpilus.*
Cucubalus Behen. - -	*Lychnis.*
— Baccifer. - -	—
— Otites. - -	—
— Pumilio. - -	—
— Viſcoſus. - -	—
Cynoſurus Coeruleus. - .	*Sesleria.*
— Criſtatus. - -	*Phleum.*
— Durus. - - -	*Poa.*
— Indicus. - -	—
— Paniceus. - -	*Panicum.*
Dactylis Glomerata. - -	*Bromus.*
Doronicum Bellidiaſtrum. -	*Aſter.*
Eryſimum Barbarea. - -	*Siſymbrium.*
— Alliaria. - -	—
— Officinale. - -	—
Feſtuca Decumbens. - -	*Poa.*
— Fluitans. - -	—
— Ovina. - -	*Bromus.*
Filago Arvenſis. - -	*Gnaphalium.*
— Germanica. - -	—

Galeo-

Syst. Nat.		Fl. Carniol.
Galeopſis, Galeobdolon.	- -	*Leonurus.*
Gypſophilla Saxifraga.	- -	*Tunica.*
Hieracium Incanum.	- -	*Apargia.*
Hippophae Rhamnoides.	-	*Oſyris.*
Holcus Halepenſis.	- -	*Andropogon.*
Hyoſeris Foetida.	- - -	*Lapſana.*
Inula Chritmifolia.	- -	*Senecio.*
— Dyſenterica.	- - -	*Aſter.*
— Enſifolia.	- - -	—
— Hirta.	- - -	—
— Pulicaris.	- -	—
— Salicina.	- - -	—
— Helenium.	- -	—
Laſerpitium Trilobum.	- -	*Siler:*
Leontodon Aureum.	- -	*Hieracium.*
— Taraxacum.	- -	*Hedyopnis.*
Lepidium Alpinum.	- -	*Draba.*
— Ruderale.	- -	*Naſturtium.*
Lotus Dorycnium.	- -	*Dorycnium.*
Meliſſa Calamintha.	- -	*Thymus.*
— Grandiflora.	- -	—
Mnium Polytrichoides.	- -	*Polytrichum.*
Myagrum Alpinum.	- -	*Alyſſum.*
— Sativum.		
Myoſotis Lappula.	- -	*Cynogloſſum.*
Onosma Echioides.	- -	*Cerinthe.*
Ophris Spiralis.	- - -	*Serapias.*
— Corallorhiza.	- -	*Neotia.*
Orchis Abortiva.	- -	*Serapias.*
Oſmunda Spicant.	- -	*Struthiopteris.*
Peziza Cornucopioides.	- -	*Elvela.*
Pimpinella Glauca.	- -	*Paſtinaca.*
Poterium Sanguiſorba.	- -	*Sanguiſorba.*
Sanicula Officinal.	- -	*Aſtrantia.*
Saponaria Officin.	- -	*Lychnis.*
— Oriental.	- -	—
— Vaccaria.	- -	—
Satyrium Albidum.	- -	*Orchis.*
— Nigrum.	- -	—
— Virens.	- -	—

Syst. Nat.	Fl. Carniol.
Scilla Bifolia. - - -	*Anthericum.*
— Autumnalis. - -	—
Serapias Lingua. - -	*Orchis.*
Scandix Anthriſcus. - -	*Caucalis.*
— Odorata. - -	*Myrrhis.*
Schoenus Aculeatus. - -	*Agroſtis.*
Serratula Arvenſis. - -	*Cirſium.*
— Tinctoria. - -	*Carduus.*
Silene Acaulis. - -	*Lychnis.*
— Ceraſtoides. - -	—
— Conica. - - -	—
— Inaperta. - - -	—
— Quadrifolia. - -	—
— 5-vulnera. - - -	—
— Nutans. - - -	—
— Saxifraga. - - -	—
Siſon Amomum. - -	*Seſeli.*
Siſymbrium Arenoſum. - -	*Arabis.*
Sium Falcaria. - - -	*Seſeli.*
— Nodiflorum. - -	—
Sonchus Arvenſis. - -	*Hieracium.*
— Oleraceus. - -	—
— Alpinus. - -	—
Sorbus Aucuparia. - -	*Meſpilus.*
Spartium Iunceum. - -	*Geniſta.*
— Radiatum. - -	—
Spergula Arvenſis. - -	*Stellaria.*
— Pentandra. - -	—
— Nodoſa. - - -	—
Teucrium Chamaepitys. - -	*Bugula.*
Thlaſpi Campeſtre. - -	*Lepidium.*
Tordylium Anthriſcus. - -	*Caucalis.*
— Nodoſum. - -	—
Tormentilla Erecta. - -	*Potentilla.*
Tremella Auricula. - -	*Elvela.*
— Purpurea. - -	*Valſa.*
Triticum Repens. - -	*Bromus.*
Turritis Hirſuta. - -	*Arabis.*
Vallantia Cruciata. - -	*Galium.*

CALEN-

CALENDARIUM
FLORAE CARNIOLICAE.
ANNI MDCCLXII.

FLORESCENTIA.

M. Februar. 9. *Primula* Acaulis. *Galanthus* Nivalis.
15. *Helleborus* Roſeus.
24. *Corylus* Avellana.

Mart. 1. *Tuſſilago* Farfara.
4. —— Petaſites.
8. *Iuncus* Campeſtris.
15. *Veronica* Agreſtis. *Pulmonaria* Officin. *Viola* Odorata. *Anemone* Sylveſtris.
18. *Aſtrantia* Epipactis.
19. *Salix* Purpurea. *Cardamine* Hirſuta.
20. *Cornus* Maſcula. *Fumaria* Bulboſa.
21. *Cynogloſſum* Omphalodes.
22. *Anthericum* Bifolium.
26. *Polygala* Chamaebuxus.
28. *Vinca* Minor.

April. 1. *Mercurialis* Cynocrambe. *Chryſoſplenium* Alternifolium.
2. *Orobus* Vernus. *Iſopyrum* Thalictroides. *Potentilla* Verna.
3. *Carex* Alba. *Tithymalus* Sylvatica. *Viola* Canina.
4. *Carex* Digitata.
7. *Globularia* Vulgaris.
8. *Lamium* Purpureum.
10. *Gentiana* Verna.
12. *Potentilla* Veſca. *Sesleria* Caerulea. *Hiſoſciamus* Scopolia. *Oxys* Acetoſella. *Populago* Paluſtris.
13. *Pinguicula* Alpina.

e 2 *April.*

FLORESCENTIA.

M. April. 14. *Chelidonium* Maius. *Bugula* Reptans. *Cardamine* Pratenſis.
15. *Anthoxanthum* Odoratum. *Prunus* Ceraſus. *Lamium* Pannonicum.
16. *Carex* Piloſa.
17. *Linagroſtis* Vaginata. *Vaccinium* Myrtillus. *Groſſularia* Rubra.
21. *Veronica* Chamaedris. *Hedypnois* Taraxacum. *Prunus* Spinoſa.
24. *Primula* Integrifolia. *Galium* Cruciata. *Cerinthe* Glabra.
25. *Biſcutella* Didyma.
27. *Tithymalus* Cypariſſias.
28. *Paris* Quadrifolia. *Tithymalus* Dulcis. *Dentaria* Enneaphyllos. *Viola* Biflora.
29. *Acer* Campeſtre. *Aſter* Bellidaſtrum. *Lampſana* Foetida. *Anemone* Ranunculus. *Dentaria* Bulbifera.

Maius. 1. *Iuniperus* Communis. *Aſparagus* Officin. *Lychnis* Dioica.
2. *Orchis* Latifolia. *Oſtria* Carpinifolia. *Rumex* Acetoſa. *Cytiſus* Hirſutus. *Aquilegia* Vulgaris.
4. *Viburnum* Lantana. *Plantago* Lanceolata. *Veronica* Serpillifolia. *Lotus* Corniculatus.
6. *Pimpinella* Carvi.
7. *Mimulus* Criſta galli. *Orchis* Maſcula. *Trifolium* Montanum. *Eryſimum* Officinale.
8. *Melica* Nutans.
10. *Galium* Odoratum. *Lunaria* Rediviva. *Dictamnus* Albus.
11. *Callitriche* utraque.
12. *Lonicera* Xylofteun. *Actaea* Spicata. *Valeriana* Dioica. *Salvia* Pratenſis. *Leonurus* Galeobdolon.

M. Ma-

FLORESCENTIA.

M. Maius. 14. *Berberis* Vulgaris. *Thalictrum* Aquilegifolium. *Veratrum* Album.
15. *Lithospermum* Officinale.
16. *Allium* Ursinum.
17. *Tussilago* Sylvestris.
18. *Scabiosa* Columbaria. *Pedicularis* Palustris.
20. *Iris* Pseudacorus.
24. *Rapunculus* Spicatus.
25. *Veronica* Latifolia. *Vulneraria* Anthyllis. *Genista* Sagittalis.
26. *Solanum* Dulcamara. *Doronicum* Pardelianches.
28. *Gentiana* Utriculosa. *Nymphaea* Alba. *Astrantia* Nigra. *Caryophillata* Urbana.
29. *Orchis* Bifolia.
30. *Mellitis* Melissophyllum.

Iunius. 1. *Tipha* Latifolia. *Scrophularia* Nodosa.
2. *Cytisus* Laburnum. *Spiraea* Aruncus. *Salvia* verticillata.
3. *Lampsana* Communis.
4. *Arnica* Montana
5. *Sideritis* Alopecuros.
7. *Rhamnus* Catharcticus.
8. *Aira* Criftata. *Briza* Media. *Lilium* Chalcedonicum. *Iris* Graminea.
10. *Cirsium* Serratuloides.
13. *Orchis* Pyramidalis.
15. *Rapunculus* Orbicul. *Cichorium* Intybus. *Prenanthes* Muralis. *Achyrophorus* Maculatus.
16. *Betonica* Officinalis.
20. *Andropogon* Gryllus.
21. *Rhododendron* Ferrugin.
26. *Lilium* Bulbiferum.
28. *Lysimachia* Vulgaris.
30. *Stachis* Palustris.

 M. Iu-

FLORESCENTIA.

M. Iulius. 1. *Anthericum* Ramoſum. *Hypericum* Hirſutum. *Malva* Alcea.

2. *Digitalis* lutea. *Thaliſtrum* Anguſtifolium.

6. *Gentiana* Lutea.

15. *Teucrium* Scordium.

26. *Caſſida* Galericulata.

Auguſtus. 26. *Scabioſa* Succiſa.

September. 1. 3. } *Colchicum* Autumn.

15. *Gentiana* Autumn.

Plantae biferae, in *Carniolia* in primis ſequentes.

Cornus Sanguin.
Primula Acaulis.
Veronica Hederifolia.
Lamium Purpureum.
Pyrus Comm.
Malus.

Inter Adventum primae *Hirundinis*, et floreſcentiam *Colchici*. Dies (153).

Tilia in Regno *Sueciae* non floret ante *Caniculam*. LINN. Apud nos autem, circa *Corniol* ſecunda Iunii; Ergo Aeſtas hic locorum tribus fere Menſibus longior quam *Upſaliae*. In Sylvis autem *Carnioliae* frigidioris; et circa *Labacum* die decima Iunii; hinc differentia climatis *Tergeſtum* inter et *Labacum*.

Vigiliae Florum in *Carniolia* longiores ſunt, quam in *Suecia*.

PLAN-

PLANTAE
Delineatae in Statura Naturali.

Carda-

FLORA

FLORA CARNIOLICA

EXHIBENS

PLANTAS
CARNIOLIAE INDIGENAS
ET DISTRIBUTAS

IN

CLASSES, GENERA, SPECIES,
VARIETATES,

ORDINE LINNAEANO.

TOMUS I.

PLANTARUM
CARNIOLIAE

CLASSIS I.
MONANDRIA
MONOGYNIA.

1. SALICORNIA.

TOURNEFORT. *I. R. H. Cor. p. 51. Tab. 485.*

Flos calyce et corolla carens, TOURN. calyce integro. LINN. ADANS. calyce et corolla carens, vel corolla 5 — 2 petala. GLEDITSCH. Stamen unicum TOUR. in icone 1. 2. 5. GLEDITSCH. duo, MOEHRING, AYMEN. ADANS. ſex SAUVAGES. Stigma bifidum. LINN. LUDWIG. bina ADANS. Embryo abeuns in capſulam, ſeu veſiculam monoſpermam. TOUR. Calyx cylindricus, fovens ſemen unicum, lenticulare, erectum. ADANS. Habitus aphyllus, ſucculentus ex ſquamis tetragonis, cauli circumpoſitis. LUDWIG. Poſſet itaque cum DONDIA ADANS. in unum Genus naturale conjungi.

 1. SA-

1. Salicornia *herbacea.*

Salicornia herbacea patula; articulis apice compressis, emarginato bifidis.

LINN. *Syst. Nat.* p. 51. *Spec. Plant.* p. 3. n. 1. *Fl. Suec.* 2. n. 1. VANDELL. *Therm. Patav.* p. 118. MILLER *Diction.* n. I. IACQUIN. *Austr.* p. 1. GRONOV. *Virgin.* 1.

Cali geniculatum, s. Salicornia. I. BAUHIN. *Hist.* 3. p. 705. n. 1. 2. 3.

Kalli. I. ALPIN. *Aegypt.* Cap. 42. Tab. 58.

Diagn. *Planta succulenta, constans articulis apice crassioribus obtusis et leniter emarginatis.*

Habitat in *Austriaco littorali*, circa mare.

Combusta dat cineres alcalino et copioso sale foetos, quibus cum arena purissima fusis fiunt vitra praestantissima. PLUCH. *Spectac. de la Natur.* VI. Dialog. 2. IUNCKER. *Chym.* Tab. IX. p. 432. quod in planta prius tale non erat, sed ab igne natum fuit. BOERH. *Chym.* II. P. I. Proc. VII. & cum oleo in saponem coquitur. ALPIN. *l. c.* I. BAUHIN. *l. c.* Plantae adfinitas cum Salsola & Beta, hinc in Ordine naturali inter oleraceas recensenda. Herba recens foeno mixta pecoribus salubris.

2. LIMNOPEUCE.

CORDI *Hist.* 150. VAILLANT. *Act. Paris. A. 1719.* p. 19. fig. 3. nec non HALL. et ADANSON. Hippuris. LINN. LUDWIG. GLEDITSCH &c.

Flos sine Calyce & Corolla. LINN. GLEDITSCH. Calyce bidentato ADANS. Stamen unicum, receptaculo insidens LINN. ex apice ovarii una cum stylo, HALL. Germen tenui margine coronatum. LUDWIG. Semen nudum LINN. Capsula monosperma VAILLANT. ADANS. Stylus, qui ex api-

apice germinis vere nafcitur, removet plantam ab ELAEAGNIS et familiae ZINZIBERUM adfociat prope RAVENALAM: folus hic fere fitus ftaminis feparat eandem a CALLITRICHE.

2. HIPPURIS *vulgaris.*

Hippuris LINN. *Syft. Nat.* p. 52. *Spec. Plant.* p. 4. *Fl. Suec.* 2. 2. *Flor. Carniol.* p. 175. JACQUIN. *Auftr.* p. 1. DALIBARD *Paris* p. 1.
Equifeti facie planta SEGUIER *Veron.* I. p. 102. Tab. 2.
Limnopeuce HALL. *Hift.* n. 1572. SEGUIER *Suppl.* p. 64.

DIAGN. EQUISETI *fylvatici facies. Folia linearia, in uno verticillo ad (13).*

Habitat ad littora fluviorum *Labaci*, *Savae* etc. et circa foffas *paludum Labacenfium.* Verum caracterem primus ftabilivit egregius VAILLANTIUS, licet ab EQUISETIS iam pridem feparaverit RUPPIUS, et demum DILLENIUS. LINNAEUS femen unicum, nudum fubrotundum, pro fructu pofuit, fed VAILLANTIUS recte monuit: *L'embryon devient un fruit ovale, contenant une femence de la même figure* — Anthera iuvenis vere feffilis, locula obfcure rubra poffidet, neque flores omnes femper hermaphroditi, fed in eodem verticillo interdum etiam foeminei.

DIGYNIA.

3. MOROCARPUS.

RUP. LUDWIG. *Defin. Gen.* 761.

Calyx trifidus HALL. trifolius LINN. plus minus fucculentus LUDWIG. Blitum

 TOURN.

TOURN. non debet confundi cum Cheno-podio-moris BOERH. nec placet mutatio nominum genericorum non neceſſaria. Blitum TOURN. maneat Blitum, nec Morocarpi nomen efficax deleatur.

3. Morocarpus *capitatus.*

Blitum capitellis ſpicatis, terminalibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 52. *Spec. Plant.* p. 4. n. 1. *H. Upſal.* p. 3. n. 1.

Blitum foliis triangularibus, dentatis. LINN. *H. Cliff.* 28

Diagn. *Folia haſtata, dentata. Globuli florales ſeſſiles, laterales et terminales.*

Habitat *Tergeſti* et *Gorriziae* in aridis.

Capitella non ſunt mere terminalia. Styli calyci concolores. Semen rubrum, denique nigrum.

CLASSIS II.
DIANDRIA.
MONOGYNIA.

4. LIGUSTRUM.

OMNIUM BOTANICORUM.

Calyx quadridentatus TOURN. *Tab.* 367. D. Corolla quadrifida LINN. HALL. etc. Stamina tubo adfixa HALL. ADANS. Bacca unilocularis, fovens ſemina quatuor LINN. DU HAMEL. HALL. Ego ſacculos binos video, eosque monoſpermos; nec non filamenta inter receptaculum et corollam prodeuntia, etſi eius tubo fere adglutinata ſint. Quam exiguum diſcrimen inter LIGUSTRUM & PHYLLIREAM ADANS.

4. LIGUSTRUM *vulgare*.

Liguſtrum LINN. *Syſt. Nat.* p. 55. *Spec. Plant.* p 7. *Fl. Suec.* 2. 5. *Fl. Carniol.* p. 308. HALL. *Hiſt.* n 350. DU HAMEL. *Arb.* p. 360.

DIAGN. *Frutex floribus racemoſis, terminalibus, albis; baccis ovatis, nigris, hyeme perſiſtentibus.*

Habitat ad ſepes et olles aridos.

Corolla vere infundibuliformis non eſt, nec ſtigma trifidum, quale pinxit TOURNEFORTIUS. Baccam replet ſicca, ſpongioſa, violacea pulpa, ex qua lacca roſea parari poteſt. LIGUSTRI cum VERONICA adfinitatem indicat proportio arithmetica et harmonica partium floris et fructus.

MELOIS *Veſicatorii* copiam inſignem vidi in hac planta *Vindobonae* in *Horto Botanico.*

5. OLEA.

THEOPHR. DIOSC. TOURN. *I. R. H. p. 598. Tab. 370.*

Calyx quadridentatus LUDWIG. Quinquedentatus TOURN. *Icon.* C. C. Corolla quadrifida. A. A. Drupa unilocularis; nuce ovato-oblonga, rugoſa TOURN. LINN. pulpa liquore pingui ſcatente RAI Folia perennia IDEM.

5. Olea *europaea.*

Olea foliis lanceolatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 56. *Spec. Plant.* p. 8. n. 1. GRONOV. *Orient.* n. 6.

Olea DU HAMEL. *Arbor. II.* p. 57.

Diagn. *Arbor ſemper virens, oleum vulgare ſuppeditans.*

Habitat in *Agro Gorizienſi, Tergeſtino.* Amat regiones maritimas, colles et margaceam humoſamque terram.

Arbori infenſus *Curculio* in baccis habitans.

6. CIRCAEA.

TOURN. *I. R. H. p. 301. Tab. 155.*

Calycis folia bina TOURN. C. Petala duo. A. Fructus lappaceus, bilocularis; loculis monoſpermis RAI inferus LINN. Semen oblongum TOURN. F. ſphaericum ADANS. uno aliquando abortiente HALL. Valvae binae LINN.

6. Circaea *Lutetiana.*

Circaea foliis oppoſitis, ellipticis, ſubvilloſis, integris. *Fl. Carniol.* p. 258. n. 1.

Circaea caule erecto; racemis pluribus; foliis ovatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 56. *Spec Plant.* p. 9. n. 1.

n. 1. *Fl. Suec.* 2. 6. IACQUIN. *Auſtr.* p. 6.
Circaea foliis ſubcordatis, ſubſerratis. HALL. *Hiſt.* n. 813.
Circaea Lutetiana. TOURN. *I. R. H.* p. 301. Tab. 155.
Solanifolia, Circaea dicta, maior. C. BAUHIN. *Pin.* p. 168.

DIAGN. *Folia elliptica, villoſula.*

Habitat in ruderatis & circa hortos.

Caulis cubitalis et altior, villoſus, ſtamina calyce longiora. Pedunculi fructiferi deflexi, fructus uncinatis villis hirtus, ovatus, obtuſus, bilocularis; loculis monoſpermis.

7. CIRCAEA *alpina.*

Circaea foliis alternis, cordatis, dentatis, glabris. *Fl. Carniol.* p. 258. n. 2.
Circaea caule proſtrato; racemo unico; foliis cordatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 56. *Spec. Plant.* p. 9. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 7.
Circaea foliis cordatis, acute dentatis. HALL. *Hiſt.* n. 814.
Circaea parva, minima, TITA *It. Alpin.*
Circaea Alpina, minor. HERMANN. *Lugdb.* p. 150. SEGUIER. *Veron. I.* p. 326.

DIAGN. *Folia cordata, dentata, glabra.*

Habitat in *ſylvis ſubalpinis*, umbram et humum amans. Inveni etiam in Alpibus noſtris, in cavis arborum putridarum.

Quod ſit ſpecies diſtincta, nullum eſt dubium; ſed caracter ſpecificus non conſiſtit in caule adſcendente, non in uno racemo, neque in calyce colorato, ſed in figura, glabritie, & dentato ambitu foliorum. Plures quoque racemos in eadem planta vidit GRIMMIUS, et notavit in *Fl. Iſenac.* inſerta *Act. Acad. Nat. Cur. Leopold.* Tom. 3. Append. p. 256.

7. VERONICA.

TOURN. *I. R. H. p. 143. Tab. 60.*

Calyx prfounde quadrifidus. HALL. LUDWIG. quadrifolius ADANS. persistens TOUR. RAI. Corolla monopetala, qradrifida TOUR. segmentis inaequalibus HALL. Capsula bilocularis, TOURN. F bivalvis IDEM H. quadrivalvis ADANS. Semina modo bina, modo plura. HALL. Ex inflorescentia in plura Genera diviserunt RUPP. et HEISTERUS, contra naturam, Corolla a Calyce demum extruditur. Filamenta basi et apice attenuata sunt.

* *Obtusifoliae.*

8. VERONICA *aphylla*.

Veronica corymbo terminali; scapo nudo. LINN. *Syst. Nat.* p. 57. *Spec. Plant.* p. 11. n. 9. IACQUIN. *Austr.* p. 2. sed pedunculi duo tresve ex apice caulis prodeuntes, corymbi nomen non merentur.

Veronica foliis ovatis, radicalibus; caule nudo. ROYEN. *Lugdb.* 302. n. 11. Si vero plantula diligentius consideratur, folia non omnia radicalia videbuntur.

Veronica caule nudo: foliis ovatis serratis; racemo paucifloro. HALL. *Hist.* n. 541.

Veronica alpina, pumila: caule aphyllo. BOCCON. *Mus.* Tab. 11. fig. 17. Specimen fructiferum cum caule bifloro, quem et ego saepe vidi. Iconem BOCCONII reprobavit SEGUIERIUS, et aliam dedit non multo meliorem, quae crenas foliorum et caules basi repentes non demonstrat.

Veronica parva, saxatilis, cauliculis nudis. RAI *Hist. I.* p. 846. PLUKENET *Phyt.* Tab. 144. fig. 3. 9. foliis nimium dentatis, qualia etiam posuit

posuit RAIUS, SEGUIER *Veron. I.* p. 241. Tab. 3. fig. 2. foliis integris, contra communiorem Botanicorum observationem.

Teucrium minimum. CLUS. *Hist.* p. 350. in summo iugo M. *Schneeberg.* primus invenit et tam bene descripsit, ut C. BAUHINUS dubitare nunquam debuisset, an sit idem cum CHAMAEDRI *sua alpina, minima, hirsuta*, ut huius descriptionem in *Prodromo* datam cum Clusiana conferenti, clare innotescat.

DIAGN. *Cauliculus tenuis, villosulus, aphyllus, pauciflorus. Folia ovata, villosula. Semina in singulo loculo (ad 10.) lutea, compressa, rotundata.*

Habitat in M. *Grindovitz*, et in *Alpibus Vochinensibus.*

Caulis apud nos digito non longior. Folia ad basin cauliculi (4—5) mollia, subcrenata. Corolla ineleganti caeruleo colore tincta.

9. VERONICA *saxatilis.*

Veronica racemo terminali; foliis ovatis, crenatis, glabris, pedunculo brevioribus. *Flor. Carniol.* p. 302. n. 2.

Veronica corymbo terminali, foliis oppositis; calycibus glabriusculis; pedunculis folia floralia superantibus. IACQUIN. *Austr. Obs.* I. p. 200. cum bona descriptione, quae hanc plantam abunde separat a VERONICA *frutescente*, inferius recensenda.

Veronica caulibus fruticosis, declinatis; foliis glabris, ellipticis, dentatis; floribus in vertice confertis, petiolatis. HALL. *Hist.* n. 545.

Veronica saxatilis. I. BAUHIN. *Hist.* III. p. 284. omnino.

Veronica fruticans. CLUS. *Hist.* 3. p. 347. cuius bonam iconem et coeruleum floris colorem, quoties considero, toties mirari debeo, LINNAEUM minime distinxisse inter *Veronicam saxatilem*

lem I. BAUHINI, et *fruticantem tertiam* CLUSII.

Veronica alpina fruticans; ferpylli folio longiore. PLUKENET *Phyt.* Tab. 232. icon non bona, ob caules erectos, folia oblonga et corollas aequaliter quadrifidas.

Veronica alpina frutefcens. C. BAUH. SCHEUCHZ. *It. Alp.* Tom. I. p. 51. iuxta Synon. BOCCON.

DIAGN. *Gemmae caulinae. Folia fubovata, plana feffilia. Corollae magnae coeruleae.*

Habitat in *Alpibus Vochinenfibus.*

Haec eft VERONICA *fruticulofa* LINN. *Syft. Nat.* Folia integerrima, ferpyllacea; Corollae in hac fpecie maximae; Styli in foliola facile degenerantes.

10. VERONICA *ferpyllifolia.*

Veronica racemo terminali, fubfpicato; foliis ovatis, glabris, crenatis. LINN. *Syft. Nat.* p. 57. *Spec. Plant.* p. 12. n. 13. *Fl. Suec.* 2. 16. *Fl. Carniol.* p. 302. n. 1. IACQUIN. *Auftr.* p. 3.

Veronica caule erecto; foliis ovatis, glabris, crenatis; petiolis ex alis unifloris, breviffimis. HALL. *Hift.* n. 546.

DIAGN. *Foliorum glabrorum paria raro ultra quatuor, caetera folia alterna. Flores racemofi. Corollae albae, coeruleis lineis pictae; fed imum fegmentum immaculatum.*

Habitat ad fepes, circa hortos, et fecus vias initio M. Maii florens.

Folia elliptica, obiter crenata, pedunculi fubiecto folio aut bractea breviores, capitatis villis pubefcentes. Calyx minus villofus eft, ac pedunculus. Corollae diameter vix trium linearum, faux tubusque virore aliquo tincti. Filamenta alba. Antherae coeruleae. Stylus rubens. Stigma album, orbiculatum, planum.

11. VE-

11. VERONICA *Beccabunga.*

Veronica racemis lateralibus, oppofitis, laxis; foliis planis, glabris. *Fl. Carniol.* p. 305. n. 8.

Veronica racemis lateralibus; foliis ovatis, planis; caule repente. LINN. *Syft. Nat.* p. 58. *Spec. Plant.* p. 12. n. 14. *Fl. Suec.* 2. 14. IACQUIN. *Auftr.* p. 3. BOEHM. *Lipf.* 85. GRONOV. *Virgin.* p. 2.

Veronica foliis ovatis, ferratis, glabris ex alis racemofa. HALL. *Hift.* n. 534.

Veronica aquatica, folio fubrotundo. TOURN. I. R. H. p. 145.

DIAGN. *Aquatica, glabra, fucculenta; caule tereti; foliis fubovatis, breviter dentatis: denticulis fegmentisque corollae glandula terminatis.*

Habitat ad fontium fcaturigines, et in rivulis inde natis.

Racemi florales prodeunt ex utraque ala, corollae fegmentum quodlibet ad bafin binis lineolis albis fignatum eft. Ingenium plantae aquofum et fuboleraceum.

** *Acutifoliae.*

† ERECTAE.

12. VERONICA *Anagallis.*

Veronica racemis lateralibus; foliis lanceolatis, ferratis; caule erecto LINN. *Syft. Nat.* p. 58. *Spec. Plant.* p. 12. n. 15. *Fl. Suec.* 2. 13. IACQUIN. *Auftr.* p. 3. BOEHM. *Lipf.* 84.

Veronica foliis lanceolatis, ferratis, glabris, ex alis racemofa. HALL. *Hift.* n. 533.

DIAGN. *Folia longa, circumferrata.*

Habitat in foffis, circa *Tergeftum* et alibi non rara.
Racemi multi. Semina exigua.

13. VERONICA *latifolia.*

Veronica racemis lateralibus; foliis cordatis, rugofis dentatis; caule ftricto. LINN. *Syft. Nat.*

p. 58.

p. 58. *Spec. Plant.* p. 13. n. 10. *Flor. Carniol.* p. 364. n. 6.

Veronica foliis hirſutis, nervoſis, ſeſſilibus, cordatis, lanceolatis, ſerratis, floribus racemoſis, longe petiolatis. HALL. *Hiſt.* n. 535. folia apud nos pleraque ovalia ſunt.

DIAGN. *Folia dentata, ſeſſilia, pedunculi fructiferi ita denique inflectuntur, ut emarginatura capſulae ſcapum reſpiciat.*

Habitat in umbroſis, frigidis et ſaxoſis ſylveſtrium locorum.

Caulis ſimplex. Calyx parvus, linea paulo longior. Corolla roſea et alba, villoſula, ſaturatioribus lineolis variegata; fauce radiata, lineis kermeſinis. Antherae flavo polline plenae. Capſula villis ciliata, compreſſa.

14. VERONICA *Chaemadrys*

DIAGN. *Folia rugoſa, quarum latitudo eſt plus quam dimidia pars totius longitudinis, ambitus inaequaliter dentatus, ſuperficies vero villoſa.*

Ex numeroſis ſpeciei huius, quas poſſideo, varietatibus nulla vera diſcrimina eruere potui, quae VERONICAM *Chamaedrym* LINNAEI ab eius *montana* diſtinguant, habitu excepto, qui modo mollior, modo rigidior, ad diſtinguendas varietates, non autem ſpecies conſtituendas, ſufficere viſus eſt.

I. V. CHAMAEDRYS *tenerioris texturae.*

1. *Foliis petiolatis.*

Veronica (*montana*) racemis lateralibus, paucifloris; calycibus hirſutis, rugoſis, crenatis, petiolatis; caule debili. LINN. *Syſt. Nat.* p. 58.

Veronica vulgatior; folio rotundiore. I. BAVHIN. *Hiſt. III.* p. 284. ob folia, etſi breviter, in icone petiolata.

Spe-

Specimina Gorizienſia, miſſa a P. WULFEN, folia omnia cordata habent, nec elliptica, ut in figura I. BAUHINI, et unicam alam floriferam. Hirſuties quoque in calyce eadem, quae in foliis, vix notatu digna, hinc vix attentenda, exemplo VERONICAE *ſaxatilis*, quae calycem, iuxta LINNAEUM pariter hirſutum poſſidet, apud nos autem fere omnino glabrum, imo et glaberrimum. IACQUIN. *Auſtr. Obſ.* I.

2. *Foliis ſeſſilibus.*

(a) *Imis ovalibus, ſuperioribus cordatis.*

Veronica racemis oppoſitis, erectis, ex ſummis alis; foliis ſubovatis, patulis, dentatis, rugoſis. *Fl. Carniol.* p. 304. n. 5.

Veronica (*Chamaedrys*) racemis lateralibus; foliis ovatis, rugoſis, dentatis; caule debili. LINN. *Syſt. Nat.* p. 58. *Spec. Plant.* p 13. n. 18. *Fl. Suec.* 2. 18 IACQUIN. *Auſtr.* p. 3.

Veronica foliis cordatis, ſubrotundis, hirſutis, nervoſis, ex alis racemoſa, HALL. *Hiſt.* n. 536. BOEHM. *Lipſ.* 87.

Circa hortos et ſepes vulgaris plantae folia nervoſa, rugoſa, inciſo-dentata, racemi ex utraque ala. Corollae coeruleae diameter quatuor linearum. Filamenta baſi et apice, una cum fauce corollae, alba. Antherae albo polline plenae. Stylus ad baſin albidus. Stigma rubellum. Germen villoſum.

(b) *Imis ſubovatis, ſuperioribus ellipticis.*

Veronica foliis cordatis, retuſis, nervoſis, ſerratis; racemis longiſſimis. HALL. *Hiſt.* n. 537. BOEHM. *Lipſ.* 88.

Chamaedrys ſpuria, anguſtifolia. I. BAUHIN. *Hiſt.* III. p. 285.

Teucrium alterum. MATTHIOL. Dioſc. p. 544.

Habitat in pratis ſiccioribns, et calidioribus.

II. V.

II. V. CHAMAEDRYS *durioris texturae.*

His folia fessilia, caulis firmior et simplex, racemi longiores densioresque.

1. *Foliorum dentibus obtusis.*

Iterum varians 1. racemis duobus, terminalibus. 2. racemis quatuor ex summis alis. 3. foliis cordatis, subcordatis, subovatis, variis, in eadem planta plus minus incisis.

2. *Foliorum dentibus acutioribus.*
Pariter varians, ut prior.

Huc pertinere videntur TEUCRIA CLUSIANA. I—V. CHAMAEDRES *spuriae* BAUHINORUM, VERONICA *maior erecta.* TOURNEFORTII, VERONICA *angustifolia minor* RIVINI et VERONICA *Teucrium* LINN. iuxta specimen missum a Cl. SCHREBERO.

15. VERONICA *multifida.*

DIAGN. *Folia laciniata, caeterum habitus idem, qui* VERONICAE CHAMAEDR. *durioris texturae.*

Habitat in *Austriaco littorali*, et circa *Goriziam.*

VARIET. 1. *Foliorum segmentis obtusis.*

Veronica racemis lateralibus; foliis multipartitis, laciniatis, caulibus erectis. LINN. *Syst. Nat.* p. 58. *Spec. Plant.* p. 13. n. 17.
Chamaedrys laciniata. I. BAUHIN. *Hist.* III. p. 287. in *Agro Gorizienfi* ab AGERIO lecta.

2. *Foliorum segmentis acuminatis.*

Veronica racemis lateralibus; foliis lineari lanceolatis, pinnato-dentatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 58. b. IACQUIN. *Austr.* p. 3.

Ex speciminibus Austriacis, quae vidi in herbariis Cl. Virorum MYGINDI et IACQUINII, nullam veram differentiam detegere potui, quae ex VERONICA *multifida* et *Austriaca* duas species diversas constituat.

16. VE-

16. VERONICA *ſpicata.*

DIAGN. *Folia lanceolata, dentata, in petiolum decurrentia. Flores in una aut plures ſpicas denſe congeſti.*

Planta haec etiam varie larvata, caracterem ſuum adeo occultare potuit, ut primarios quoque Botanicos in errorem induxerit, quod ex ſpeciminum meorum enumeratione patebit.

VARIET. a) *Foliis petiolatis.*

1. *Caule monoſtachio.*

Veronica recta minor. TABERNAEM. ſed male integrifolia.

Haec caulem habet digito non longiorem; ſequentia vero ſynonyma maiorem plantam indicant.

Veronica racemo terminali, ſubſpicato; foliis ellipticis, ſubhirſutis, obtuſis, crenatis. *Fl. Carniol.* p. 203. n. 3.

Veronica (*ſpicata*) ſpica terminali; foliis oppoſitis, crenatis, obtuſis; caule adſcendente, ſimpliciſſimo. LINN. *Syſt. Nat.* p. 57. *Spec. Plant.* p. 10. n. 6 *Flor. Suec.* 2. 10.

Veronica ſpicata minor. C. BAUH. *Pin.* p. 247. VAILLANT. *Paris.* Tab. 33. fig. 4. ZANICHEL. *Ven.* p. 273. Tab. 73.

2. *Caule diſtachyo.*

Veronica ſpicata, recta, maior I. BAUHIN. *Hiſt.* III. p. 284.

Spica terminalis altera et ſubiecta maior. Folia ima elliptica, ſuperiora anguſtiora.

3. *Caule polyſtachyo.*

a) *Foliis petiolatis.*

Veronica maior, anguſtifolia. I. BAUHIN. *Hiſt.* III. p. 284.

Veronica recta. I. TABERNAEM. p. 773.

Spicas gerit (7—8) alternas et oppoſitas.

Foliis ternis ab hac diverſa eſt VERONICA *ſpuria et maritima* LINN.

b) *Foliis ſeſſilibus.*

Veronica ſpicis terminalibus; foliis oppoſitis, lanceolatis, ſerratis, acuminatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 848. *Spec. Plant.* p. 10. n. 4.

Caulis cubitalis, ſpicae craſſae.

17. VERONICA *romana.*

Veronica floribus ſolitariis, ſubſeſſilibus; foliis oblongis, ſubdentatis; caule erecto. LINN. *Syſt. Nat.* p. 59. *Spec. Plant.* p. 14. n. 25. HALL. *Hiſt.* n. 547.

Veronica minima; Clinopodii minoris folio glabro, romana. BOCCON. VAILLANT. *Paris.* p. 201. Tab. 23. fig. 3.

DIAGN. *Folia inferiora ovata, obtuſe dentata; ſuprema lanceolata, educunt ex alis flores breviſſime pedicellatos.*

Habitat *Vipacci*, *Goriziae*, *Tergeſti* in cultis.

Caules villoſi, rubore ſuffuſi. Folia inferiora oppoſita et breviter petiolata; ſuperiora ſeſſilia, alterna et ad baſin dentata. Flores per aetatem pedicellos acquirunt. Calycina ſegmenta lanceolata, villoſa.

18. VERONICA *arvenſis.*

Veronica floribus ſolitariis; foliis cordatis inciſis, pedunculo longioribus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 58. *Spec. Plant.* p. 13. n. 21. *Fl. Suec.* 2. 19. *Fl. Carniol.* p. 307. n. 11. IACQUIN. *Auſtr.* p. 4.

Veronica caule erecto; foliis ovatis, ſubhirſutis, dentatis; petiolis breviſſimis HALL. *Hiſt.* n. 548.

DIAGN. *Corollae pallide caeruleae, calycibus breviores. Calyces pedunculis longiores,*

Habitat in herbidis, non in arvis.

19. VERONICA *alpina*

Veronica corymbo terminali, foliis oppoſitis; calycibus hiſpidis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 57. *Spec. Plant.* p. 11. n. 12. *Fl. Suec.* 2. 15.

Ve-

Veronica caule ſimplici; foliis ovatis, glabris, ſubſerratis; ſpica pauciflora. HALL. *Hiſt.* n. 544. Tab. XV. fig. 2. ſed folia omnia oppoſita gerit, quae in noſtris, ut et in icone *Fl. Lap.* ſupra medium alterna ſunt.

DIAGN. *Simplicicaulis, ſquallida, per ſiccitatem fere nigricans plantula, tota villoſa eſt, et paucis breviter pedicellatis floribus terminata.*

Habitat in *Alpibus Vochinenſibus*, non rara.

Caulis ab unciis binis ad quinque longus, erectus, rigidulus. Nulla ſupra radiculam roſacee expanſa folia; ſed omnia caulina et oppoſita, ovata, integra. Calyces pedunculis vix longiores. Corollae paucae, obſcurae-coeruleae. Capſula compreſſa, tres lineas longa, duas fere lata, emarginata. Semina ovalia, rufa, compreſſa, in uno loculo (ad 22).

Definitio LINNAEI bona eſt, non autem Synonyma, quae *Saxatilem* indicant.

20. VERONICA *fruteſcens.*

Veronica fruteſcens. *Ann.* II. *Hiſt. Nat.* p. 42.

Veronica foliis ovatis, crenatis, fructu ovali; floribus in ſummo caule purpuraſcentibus. HALL. *Hiſt.* T. I. Tab. 16. bene.

Veronica alpina fruteſcens. MORISON. *Hiſt.* II. p. 318. cum figura tolerabili, etſi dicat tetrapetalam et coeruleis floribus inſtructam.

DIAGN. *Erecta ſemper et fruteſcens; foliis ovato-lanceolatis, concavis, acuminatis; Capſula ovata, obtuſa, minime emarginata.*

Habitat in *Vochein* et *Gariutſche.*

Manifeſte itaque diverſa a VERONICA *ſaxatili* et *alpina;* Nam caules huic ſimplices et erecti, *ſaxatili* vero ramoſi et diffuſi; huic folia cava, oblonga, obiter dentata, acuta; illi ovata, plana integerrima; huic corollae carneae, non magnae; illi caeruleae et

 ma-

maximae; huic calycina ſegmenta acuminata, illi obtuſa; Dein ſimul non creſcunt, ſed *ſaxatilis* in Alpibus, haec vero in humilioribus locis et ſubalpinis. Habitus denique omnino alius, ut absque omni dubio, a *ſaxatili* I. BAUHINI. ſeparari queat.

b) PROCUMBENTES.

21. VERONICA *officinalis.*

Veronica racemis lateralibus, ſubſpicatis, ſolitariis; foliis oppoſitis, villoſis, ſiccis; caule repente. *Fl. Carniol.* p. 306. n. 9.

Veronica ſpicis lateralibus, pedunculatis; foliis oppoſitis; caule procumbente. LINN. *Syſt. Nat.* p, 57. *Spec. Plant.* p. 11. n. 8. *Fl. Suec.* 212. IACQUIN *Auſtr.* p. 2.

Veronica caule decumbente, foliis ſcabris, petiolatis. ovatis, ex alis racemoſa. HALL. *Hiſt.* n. 540.

DIAGN. *Caules per terram ſparſi ex imis geniculis radicantur. Folia adſcendunt dentata, elliptica. Unica ſaepius eaque ſuperior, foliorum coniugatio florifera eſt.*

Habitat in ſylvis.

Tota planta dura eſt et ſicca. Corollae ſunt totidem latae campanulae. Floret Maio, parit Septembri M.

22. VERONICA *ſcutellata.*

Veronica racemis lateralibus; pedicellis pendulis; foliis linearibus, integerrimis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 58. *Spec Plant.* p. 12. n. 16. *Fl. Suec.* 2. 17. *Fl. Carniol.* p. 305. n. 7. IACQUIN. *Auſtr.* p. 3. cum nota foliorum ſemper denticulatorum.

DIAGN. *Caules angulati. Pedunculi ramoſi.*

Habitat in udis circa *Labacum.*

Pedunculi folio breviores. Calyx parvus. Capſulae locula ſaepius pentaſperma.

23. VERONICA *agrestis.*

Veronica floribus solitariis; foliis cordatis, incisis, pedunculo brevioribus. LINN. *Syst. Nat.* p. 58. *Spec. Plant* p. 13. n. 20. *Fl. Suec.* 2. 20. *Fl. Carniol.* p. 306. n. 10.

Veronica caule procumbente; foliis petiolatis, ovatis, crenatis. HALL. *Hist.* n. 549.

DIAGN. *Primiflora; foliis ovato-cordatis, crenatis, pedunculo brevioribus.*

Habitat in cultis.

LINNAEUS in *Fl. Suec.* numerat semina in uno capsulae loculo (4) ego vero (8—10).

24. VERONICA *hederifolia.*

Veronica floribus solitariis; foliis quinquelobis; corollis calyce brevioribus. *Fl. Carniol.* p. 307. N. 12.

Veronica floribus solitariis; foliis cordatis, planis, quinquelobis. LINN. *Syst. Nat.* p. 58. *Spec. Plant.* p. 13. N. 22. *Fl. Suec.* 2 21. BOEHM. *Lips.* 92.

Veronica caule procumbente; foliis lobatis, petiolis paucifloris. HALL. *Hist.* n. 550.

DIAGN. *Folia quinqueloba et triloba. Segmenta calycina cordato-oblonga. Capsulae locula disperma.*

Habitat in cultis.

Calycis segmenta superant longitudinem corollae. Corollae cum deciderunt tetragonae sunt. Gestatio plantae est dierum (28.) Semina flavescentia, rugosa, adhaerent receptaculo tetragono.

25. VERONICA *triphyllos.*

Veronica floribus solitariis; foliis digitato-partitis, pedunculo brevioribus. LINN. *Syst. Nat.* p. 58. *Spec. Plant.* p. 14. n. 23. *Fl. Suec.* 2. 22. *Fl. Carniol.* p. 308. n. 13.

Veronica foliis ovatis 3—5 partitis; floribus longe petiolatis. HALL. *Hist.* n. 551.

DIAGN. *Folia digitato-dissecta, subtus rubella, pedunculis breviora.*

Habitat in Agris frequens.

8. BONAROTA.

MICHEL. *Gen. Plant. p. 19. Tab. 15.*

Planta a VERONICA diversa Calyce profunde quinquefido; segmento uno longiore Corolla personata et labiata $\frac{1}{3}$. MICH. C. D. Capsula quadrivalvi; seminibus ovatis. Cur PAEDEROTAE nomen *Bonarotae* anteponendum sit, nullam video rationem, AGERIAM in notis dixeram, ab Inventore, sed AGERIO aliam plantam nunc dicavit ADANSON.

26. BONAROTA *chamaedrifolia.*

Veronica racemo terminali; Calycibus quinquefidis, tubo postice dilatato brevioribus. *Fl. Carniol.* p. 303. n. 4.

Veronica corymbo terminali; foliis oppositis, serrato-dentatis; calycibus linearibus. LINN. *Syst. Nat.* p. 848. *Spec. Plant.* p. 11. n. 11.

Paederota foliis serratis. LINN. *Syst. Nat.* edit. 12. p. 59.

Bonarota montana, Italica; chamaedryos folio; flore luteo. MICHEL. *Gen. Plant.* p. 19. Tab. 15.

Chamaedrys montis Sumani. I. BAUHIN. *Hist.* III. p. 289.

DIAGN. *Folia simplicia, dentata, superne non lucida.*

Habitat circa *Idriam* in rupibus. In M. *Storschetz*; *Grindovitz*; in alpibus *Carnioliae superioris*; in lateribus *Lisonii* non procul ab *Gorizia*; In *Comitatu Tolmiensi.*

Radix multicaulis, fibrosa, perennis. Caules teretes, simplices, villosuli, erecti. Folia opposita, sicca, acute

te ſerrata. Racemus terminalis, oblongus. Calyx in quinque lacinias lineares diviſus. Bractea calyce longior, linearis, corollae adpoſita. Corolla lutea, quatuor lineas longa; labio aequaliter trifido. Filamenta albida. Antherae luteae, polline flavo. Stylus quinque lineas longus, apice leniter dilatatus et truncatus, incumbens labio inferiori. Capſulae locula ita invicem demum ſecedunt, ut duo diſtinctae cenſeri poſſint, niſi receptaculum vnicum eſſet. Semina rufa in uno loculo (ad 25.) Geſtatio bimeſtris, a primo Maii ad finem Iunii M. Capſulae denique heteromallae.

Variet. 1. *Caule triunciali; foliis ſubrotundis rarius dentatis; racemo ovali, erecto.*
In ſummis Alpibus.

— 2. *Caule ſpithamaeo; foliis ſubſeſſilibus; imis cordatis; racemo deflexo.*
In rupibus humidis.

— 3. *Caule ſemipedali; foliis oblongis, cordatis, amplexicaulibus.*
In Alpibus.

— 4. *Caule vix ſemipedali; foliis ellipticis, ſeſſilibus; racemo oblongo.*
In rupium fiſſuris.

— 5. *Caule ſpithamaeo; foliis lanceolatis, ſeſſilibus; racemo nutante.*
In Alpibus.

— 6. *Crollae labio utroque trifido.*

— 7. — — *ſuperiore emarginato eoque naturali.*

— 8. — — *inferiore bifido.*

Paucos ſcriptores invenio, qui hanc plantam ipſi viderint. De AGERIO inventore non dubito, cum figura CHAMAEDRIOS *M. Sumani* a I. BAUHINO data, omnino bona ſit, uti neque de MICHELIO, ut ex laudabili EIUSDEM figura patet. De PONAE VERONICA *ſemper virente* ſecuros non eſſe monuit SEGVIERIUS, eam ipſam eſſe plantam, quae a MICHELIO *Bonarota* dicta fuit. Incertum

vero omnino eſt, an noſtra planta ſit eadem, quae CHAMAEDRIS *alpina ſaxatilis*. C. BAUHINI. *Teucrium* III. CLUSII, et an viderint TOURNEFORTIUS, SCHEUCHZERUS, TILLIUS et alii, qui ex PONA nomen excitarunt. Contra vero certum eſt, ſtirpem hanc nunquam viſam fuiſſe a PLUKENETIO, et MORISONIO, cum ei florem rotatum et ramoſum caulem tribuant. Praeterea monendum Botanicos nonnullos a PONA ſeductos, cum VERONICAM *ſuam ſemper virentem* dixerit habere flores pluribus petalis inſtructos, ideoque PONAE VERONICAM diverſam eſſe putaverint a VERONICA *M. Sumani*, quos inter I. BAUHINUS, PLUKNETIUS, PONTEDERA, et cum aliquo dubio MICHELIUS.

9. GRATIOLA.

RAI *Meth.* p. 93.

Calyx pentaphyllus ADANS. quinquefidus LINN. Corolla perſonata, labiata, quadrifida, ADANS. quinquefida LUDWIG. Stamina quinque: binis fertilibus. LUDW. ADANS. quatuor: binis caſtratis. HALL. WILLICH. quatuor: omnibus antheriferis in GRATIOLA *Monieria* IACQUIN. Capſula bilocularis, bivalvis. Semina plurima ſphaerica. ADANS. Flores ex alis ſolitarii RAI.

27. GRATIOLA *Officinalis*.

Gratiola floribus pedunculatis; foliis lanceolatis, ſerratis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 61. *Spec. Plant.* p. 17. n. 1. *Fl. Carniol.* p. 479. GRONOV. *Orient.* n. 7. IACQUIN. *Auſtr.* p. 4.

Gratiola. MATTHIOL. *Dioſc.* p. 471. HALL. *Hiſt.* n. 329.

DIAGN. *Folia oblonga, ſerrata, ſeſſilia. Alae ſuperiores uniflorae.*

Habitat in pratis paludoſis, ubique.

10. PIN-

10. PINGUICULA.

GESN. TOUR. *I. R. H. p. 167. Tab. 74.*

Calyx quinquefidus. TOUR. D. ringens. LINN. Corolla bilabiata, tubo calcarato ADANS. HALL. Stamina bina, bifida; ramo unico antherifero HALL. Stigma bilabiatum LINN. orbiculatum TOUR. E. bilamellosum ADANS. Capsula unilocularis TOUR. G. bivalvis RAI. Folia humistrata, humore pingui madentia. RAI. Germen gerit umbraculum, basi sua stylum amplectens, pileo vero stamina protegens.

28. PINGUICULA *alpina.*

Pinguicula nectario conico, petalo breviore. LINN. *Syst. Nat.* p. 61. *Spec. Plant.* p. 17. n. 3. *Fl. Suec.* 2. 26. *Fl. Carniol.* p. 474.

Pinguicula calcare lato, conico, flore albo. HALL. *Enum.* p. 612. n. 2. *Hist.* n. 293.

DIAGN. *Corolla alba; gula citrinis villis pubescente; calcare convergente et obtuso.*

Habitat super rupes humidas, Aprili M. florens cum CALTHA et OROBO *verno*, circa *Idriam*. Stamina basi incurva, ante germen sese contingunt. Antherae subrotundae, compressae, flavescentes. Capsula ad apicem anceps, capitatis villis pubescens. Semina ad (180.) oblonga fusca, apice striata, adfixa receptaculo stipitato et subrotundo.

PINGUICULA indicat in vicina latentem *Tophum*, s. *porum aqueum solidum* WALLER. 310.

VERBENA nostra *Tetrandra* est, hinc a DIANDRIIS removenda, quam vide in DIDYNAMIIS.

11. LYCOPUS.

FUCHS. TOURN. *I. R. H. p. 190. Tab. 89.*

Planta labiata, verticillata. Calyx quinquefidus TOUR. D. dente supremo minimo.

 HALL.

HALL. omnibus ſpinoſis ADANS. Corolla ſubaequaliter quadrifida TOUR. B. LUDWIG. Stamina quatuor: binis ſterilibus ADANS. Sem. ſubrotunda LINN. Ovalia TOUR. E. ADANS. retuſa LINN.

29. Lycopus *europaeus.*

Lycopus foliis ſinuato-ſerratis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 63. *Spec. Plant.* p. 21 n. 1. *Fl. Suec.* 231.
Lycopus foliis acute ſerratis et appendiculatis. HALL. *Hiſt.* n. 220.
Pſeudo-marrubiaſtrum paluſtre. RIVIN. *Mon.* Tab. 21.
Lycopus paluſtris, glaber; foliis in profundas lacinias diviſis. TOUR. *I. R. H.* p. 191. SEGUIER. *Veron.* I. p. 297.

Diagn. *Folia ampliter dentata, aut laciniata.*

Habitat in udis et ruderatis.
Planta modo glabra, modo villoſa. Flores parvi. Cum Mentha evidens adfinitas.

12. ROSMARINUS.

BRUNFELS. TOURN. *I. R. H. p. 195. Tab. 92.*

Planta labiata, verticillata. Cal. bifidus et trifidus TOUR. F. G. Coralla ringens. TOUR. A. A. A. Folia anguſta, prona parte cinerea. RAI. Indoles fructicoſa LUDWIG. Ad Salvias proxime accedit, diſtinguendus ſtaminibus minime bifurcatis. LINN.

30. Rosmarinus *Officinalis.*

Rosmarinus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 64. *Spec. Plant.* p. 23. *Fl. Carniol.* p. 453. HALL. *Hiſt.* n. 250.

Diagn. *Fruticat; foliis Lanceolato-linearibus.*
Habitat in *Iſtriae* montanis.
Ex floribus cum Vino et eius ſpiritus deſtillatis, fit Aqua Reginae. DU HAMEL. *Arbor. II.* p. 250.

13. SAL-

13. SALVIA.

TOURN. *I. R H. p. 180. Tab. 83.*

Planta labiata, verticillata, diverſa a ROREMARINO filamentis furcatis TOUR. Tab. 83. G. ſeu transverſe pedicello adfixis LINN. horum ramorum unus antheram gerit, alter modo nullam, modo eius veſtigium, modo veram antheram HALL. In hac bifurcatione ſingulari conſiſtit SALVIAE caracter eſſentialis. LINN.

31. SALVIA *officinalis.*

Salvia foliis lanceolato-ovatis, integris, crenulatis; floribus ſpicatis; calycibus acutis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 65. *Spec. Plant.* p. 23.

DIAGN. *Fruteſcens, aromatica; foliis lanceolatis, rugoſulis, crenulatis.*

Vidi in montibus mari proximis, prope pagum *Nebreſina*, una horula procul *Duino*, media inter ſaxa laetiſſime florentem.

Calyces rubri, quinquefidi; ſegmentis acutiſſimis. Flores racemoſi, rubri; odoratiſſimi. Species haec omnino Tetrandra eſt; fulcrum enim ſuſtinet filamentum utroque extremo gerens antheram fertilem. Eo minor copia mellis in KARTSCHIA, quo minus SALVIA floret.

32. SALVIA *ſylveſtris.*

Salvia foliis cordato-lanceolatis, undulatis, biſerratis, maculatis, acutis; bracteis coloratis, flore brevioribus. LINN. *l. c.* n. 9.

DIAGN. *Bracteae ovatae, triflorae. Galea compreſſa, ſub apice adſperſa glandulis ſeſſilibus.*

Habitat in *Carniolia* calidiore.

Folia oblonga, baſi ſubcordata, crenata, ſubtus villoſa. Flores longe ſpicati, Calyces bilabiati $\frac{3}{2}$, breviter

viter pedicellati. Faux corollae claufa fquamis, quae alterum apicem ftaminis terminant. Fulcrum fquamis hifce brevius. Stamen fub contactu fulcri denticulo notatum. Squamae per aetatem colorem exuunt.

33. SALVIA *glutinofa.*

Salvia foliis cordato - fagittatis, ferratis, acutis. LINN. *Syft. Nat.* p. 66. *Spec. Plant.* p. 26. n. 19. *Fl. Carniol.* p. 452. n. 3. IACQUIN. *Auftr.* p. 5. HALL. *Hift.* n. 252.

DIAGN. *Corollae faux patula. Filamentum longitudine proprii fulcri, cuius inferior extremitas gerit lamellam cum focia cohaerentem: unionis locum fignante tuberculo.*

Habitat in Sylvis, et circa vias.

Vifcum in calyce retinet Infecta minora, ut a Curiofis examinari poffint. Verticilli fexflori funt. Corollae pallide luteae. Antherarum pollen albidus. Semina ovalia fufca, laevia, immaculata, modice compreffa.

Gemmae quandoque tam ex radice, quam ex aridis prioris anni ftipidibus exeunt.

34. SALVIA *verticillata.*

Salvia foliis, cordatis, crenato-dentatis; Verticillis fubnudis; ftylo corollae labio inferiori incumbente. LINN. *Syft. Nat.* p. 66. *Spec. Plant.* p. 26. n. 18.

Gallitricho affinis etc. I. BAUHIN. *Hift.* III. p. 314.

DIAGN. *Corollae faux patula. Fulcrum longitudine antherae. Filamenti extremitas altera lamellam nullam fuftinet.*

Habitat paffim in collibus herbidis.

Verticillus imus flores habet ultra (40.) Calix labiatus ½ pedunculo rubro concolor. Corollae galea ovalis, bifida,

bifida, clausa, basi coarctata. Stylus incumbens labio. Obliqua corona villorum ad initium tubi corollae, Semina ovata, glabra.

35. SALVIA *hispanica.*

Salvia foliis ovatis, petiolis utrinque mucronatis; spicis imbricatis, calycibus trifidis. LINN. *Syst. Nat.* p. 66. *Spec. Plant.* p. 25. n. 16.
Sclarea Hispanica. TABERNEAM. p. 764.

DIAGN. *Corollae faux patula. Filamenta supra medium fulcrata. Stigma retro galeam flexum.*

Spotaneam non inveni, sed nata ex seminibus *Gorizia* adlatis.

Radix annua. Caulis etiam tripedalis, ramosus, villosulus, obtuse tetragonus. Folia ovata, rugosa, acuminata, utrinque villosa, patula aut deflexa; petiolo basi semicylindraceo, subtus ad exortum binis nodis instructo. Spicae florales primariae octangulares, rameae vero etiam tetragonae. Series alterna florum bracteas trifloras gerit, easque ovatas et subcaudatas. Pedunculi lineares, divergentes, villosi. Calyces trifidi, segmento superiore longiore. Corollae caerulescentes, galea ovata, concava, villosa, ex apice stylum emittit, qui retrorsum flectitur. Maculae duae oblongae et albidae, corollae pectus occupant. Semina oblonga, fusco-cinera, utrinque obtusa, punctis rivulisque nigris variegata.

36. SALVIA *haematodes.*

Salvia foliis cordato-ovatis, rugosis, tomentosis; calycibus hispidis; radice tuberosa. LINN. *Syst. Nat.* p. 65. *Spec. Plant.* p. 24. n. 10.

DIAGN. *Corollae faux clausa lamellis binis. Tota planta hispida. Fulcra antherarum longitudine.*

Habitat in *Istria.*

Petiolus diametro folii brevior. Verticilli 20—24 flori, aridis bracteis instructi. Pedunculi inaequales. Calyces quinquefidi, sublabiati ½ Corollae caeruleae galea

galea ovata, pone coarctata, villoſa; labium inferius trifidum; ſegmentis lateralibus ſubovatis: medio concavo et obtuſo; tubus ferrugineus, ſubtus tumorem gerens. Filamenta ferruginea. Antherae caeruleae. Stylus longus, ferrugineus.

37. SALVIA *pratenſis.*

Salvia foliis cordato-oblongis, crenatis; ſummis amplexicaulibus, verticillis ſubnudis, corollis galea glutinoſis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 65. *Spec. Plant.* p. 25. n. 11. *Fl. Suec.* 2. 32. *Fl. Carniol.* p. 451. n. 2. KRAM. *Auſtr.* p. 8. n. 3. IACQUIN. *Auſtr.* p. 5.

Salvia foliis imis cordatis, ſuperioribus longe lanceolatis; verticillis nudis, in ſpicas continuatis. HALL. *Hiſt.* n. 253.

DIAGN. *Corollae faux clauſa lamellis bidentatis et fulcro ſubcontiguis. Calyces horizontaliter patentes.*

Habitat in pratis collibusque, circa medium Maii florens,

Verticilli ſexflori. Calycis labium ſuperius tribus plicis in apice coeuntibus, inferius vero octo lineis elevatis ſtriatum eſt. Corollae caeruleae galea conduplicata, obtuſa, falcata, ex apice proferens ſtylum. Lamellae baſi attenuatae, incurvae, cohaerentes. Corollae tubus ſuavi nectare ſcatet ab Apibus expetito.

DIGYNIA.

14. ANTHOXANTUM.

DALECHAMP, I. BAUHIN. LINN. *Gen. Plant.* 40.

Gramen diandrum. LINN. HALL. ADANS. Calyx biglumis, uniflorus. LINN. LUDW.

LUDW. Corolla bivalvis LINN. triglumis ADANS. Sed omnino biglumis eſt et ariſtata in cuius ſinu latet nectarium biglume ad baſin germinis. Sunt et ſtyli longi ante ſtamina erumpentes, ut in CARICE et PLANTAGINE.

38. ANTHOXANTHUM *odoratum.*

Anthoxanthum, ſpica oblonga, ovata; floſculis ſubpedunculatis, ariſta longioribus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 67. *Spec. Plant.* 28. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 33. *Fl. Carniol.* p. 182. IACQUIN. *Auſtr.* p. 6.

Avena diantha; folliculo villoſo; calycis glumis inaequalibus, altera de imo dorſo, altera de ſummo ariſtata. HALL. *Hiſt.* n. 1491.

Anthoxanthum foliis brevius acuminatis; ſpica laxa, faſtigiata et anguſta. GLEDITSCH. *apud* BOEHM. *Lipſ.* 597.

Gramen pratenſe; ſpica flaveſcente. C. BAUH. *Pin.* p. 3. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 88.

DIAGN. *Pannicula ſpicata. Calyx petalis inaequalibus obtuſisque longior. Petalum unum e baſi profert ariſtam refractam.*

Habitat in pratis ubique.

Glumae glabrae. Petala villoſula, ariſtata; ariſta una breviore erecta e medio petali nata, alia longiore denticulata et quaſi geniculata prodit e baſi petali alterius. Antherae ſubrubrae, utrinque bifidae; ſegmentis divaricatis. Germen oblongum, acuminatum. Styli ſtaminibus duplo longiores. Nectarii gluma una acuminata, altera obtuſa et ſubcrenata.

CLAS-

CLASSIS III.
TRIANDRIA.
MONOGYNIA.

15. VALERIANA.
LINN. *Gen. Plant.* 43.

Calyx vix ullus. Corolla monopetala, quinquefida, fupera. Stamina pauciora ac fegmenta corollae. Capfula non dehifcens. Semina folitaria LINN.

VALERIANA TOUR. Corolla calcarata, Stam. 1—3. Fructus floris hermaphroditi fertilis explicans ex margine apicis fetulas 10—20.

VALERIANELLA EIUSDEM. Fructus non pappofus, 1-locularis.

FEDIA ADANS. Stam. 4. Fructus muticus.

39. VALERIANA *officinalis.*

Valeriana floribus triandris; foliis omnibus pinnatis. LINN. *Syft. Nat.* p. 72. *Spec. Plant.* p. 31. n. 5. *Fl. Suec.* 2-34. *Fl. Carniol.* p. 346. n. 1. KRAM. *Auftr.* p. 11. n. 3. IACQUIN. *Auftr.* p. 7. BOEHM. *Lipf.* 97.

Valeriana foliis pinnatis; pinnis dentatis. HALL. *Hift.* n. 210.

DIAGN. *Folia omnia pinnata.*

Habitat ad fepes et circa Fluvios.

VARIET. 1. *Foliis ternis.*

In montibus circa *Goriziam.* R. P. WULFEN.

VA-

VARIET. 2. *Foliis oblongis utroque latere dentatis.*
Ad viam, inter *Idriam* utramque.
Foliorum paria (6.), unciam lata, digitum longa.

— 3. *Foliis lanceolatis, uno latere eoque inferiore dentatis.*
In Sylveſtribus.

— 4. *Foliis lanceolatis, utroque latere dentatis.*
In *Monte ſancto.*

Cum ſtylus reſpectu ſtaminum iuſto brevior ſit, ſic Antherae in hoc Genere pollinem ſpargunt, dum flos adhuc clauſus eſt.

Radicis vim antepilepticam, ab *Ill.* COLUMNA. in ſe ipſo aliisque expertam, inſigni exemplo confirmavi in *Fl. Carniol.* I. Eadem poſtea, aliis in caſibus, uſus ſum ſaepius, et ſemper felici cum ſucceſſu.

40. VALERIANA *dioica.*

Valeriana floribus triandris, dioicis; foliis pinnatis, integerrimis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 72. *Spec. Plant.* p. 31. n. 4. *Fl. Suec.* 2. 35. KRAM. *Auſtr.* p. 10. n. 1. IACQUIN. *Auſtr.* p. 7.
Folia ima non ſunt pinnata, nec ſexus conſtans.

Valeriana foliis radicalibus petiolatis, ovatis; caulinis pinnatis, ſexu diſtincta. HALL. *Hiſt.* n. 288. BOEHM. *Lipſ.* 98.

Phu minimum. MATTHIOL. *Dioſc.* p. 35.

DIAGN. *Ex apice radicis prodeunt ſtolones folioſi: foliis ovatis et ellipticis; petiolis triquetris longis. Caulina folia pinnata aut pinnatifida.*

Habitat in pratis paludoſis, umbroſis, initio Maii florens.

Millena ſpecimina examinavi, et nunquam vidi flores dioicos, ſed nunc omnes hermaphroditos, nunc filamento uno aliove caſtrato inſtructos, nunc maſculos et femineos in eadem planta, ita tamen ut maſculi flores continerent rudimentum germinis et ſtyli; ſine feminibus vero perfectis nullam hactenus inveni plantam

41. VALERIANA *tripteris.*

Valeriana floribus triandris, foliis dentatis radicalibus cordatis; caulinis ternatis, ovatis, oblongis. LINN. *Syst. Nat.* p. 72. *Spec. Plant.* p. 32. n. 7. IACQUIN. *Austr.* Obs. 2. p. 201.

Valeriana foliis ad caulem tripteris. HALL. *Opusc. Botan.* p. 180 — 184. *Hist.* n. 211.

Valeriana Alpina prima. C. BAUHIN. *Prodr.* p. 86. cum icone optima.

Valeriana alpina. I. BAUH. *Hist.* III. 2. p. 208.

DIAGN. *Fruticans; surculis aliis foliosis, aliis vero floriferis. Surculi foliosi gerunt folia petiolata et cordata; floriferi autem ima folia subcordata, superiora profunde trifida et lanceolata, suprema linearia et indivisa,*

Habitat in sylvestribus locis, super rupes.

Semen rufum, quatuor lineis elevatis striatum, anceps, coronatum radiis pilosis (13.)

Haec florente GRYLLUS stridet in campis, UPUPA foetidum nidum aedificat, RANA in fruticibus laete coaxat.

42. VALERIANA *montana.*

Valeriana floribus triandris; foliis ovato-oblongis, subdentatis; caule simplici. LINN. *Syst. Nat.* p. 72. *Spec. Plant.* p. 32. n. 8. IACQUIN. *Austr.* Obs. 3. p. 202.

Valeriana foliis omnibus integris, ex ovato-acuminatis, leviter tendatis. HALL. *Op. Bot.* p. 184 — 187. *Hist.* n. 212.

Valeriana Serophulariae folio. C. BAUH. *Prodr.* p. 87.

DIAGN. *Folia ima ovalia obtusiora, superiora oblonga acuminata, dentata, suprema subsessilia.*

Habitat in *Alpibus Vochiniensibus.*

Folia semper indivisa distingunt hanc speciem a priore. Figura C. BAUHINI folia integra representat, qualia apud nos non occurunt.

43. VA-

43. VALERIANA *ſaxatilis*.

Valeriana floribus triandris; foliis ſubdentatis: radicalibus ovatis, caulinis lineari - lanceolatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 72. *Spec. Plant.* p. 33. n. 11. IACQUIN. *Auſtr.* p. 204. Obſ. 5.
Valerianae minimae icon interior. I. BAUHIN. *Hiſt. III.* 2. p. 206.

DIAGN. *Folia radicalia quatuor oblonga, ad apicem obiter dentata, caulina linearia.*

Habitat ſuper rupes et in harum fiſſuris, cum PRIMULA *Integrifolia* & VIOLA LUTEA florens.

Caulis unicus, ex tereti anceps, ſpithamam raro excedens. Plantae folia in locis minus inſolatis nitidiora, eoque obturiora ac minus dentata, quo magis in longitudinem extenduntur. Corollae albidae tubus pone non bifidus. Antherae pallide luteae. Stigma ovatum. Radii piloſi in ſemine (12—14).

Deſcriptio VALERIANAE *tertiae Fl. Carniol.* huc pertinet, ſed non Synoyma, idem error irrepſit in VALERIANA *ſecunda* quae Synonyma *Dioicae*, deſcriptionem vero *Tripteris* habet.

44. VALERIANA *elongata*.

Valeriana floribus triandris, foliis radicalibus ovatis, caulinis cordatis, ſeſſilibus inciſo ſubhaſtatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 72. IACQUIN. *Auſtr.* Obſ. 6. p. 205. Tab. I. cum optima figura.

DIAGN. AIUGAE *folia, habitus pyramidalis.*

Inveni in *Alpibus Vochinenſibus* Ao. 1761. et in notis vocaueram *Aiugoidem.*

Differt a VALER. *Montana*, gemma radicali, caule panniculato, foliis ſub primis racemis plerumque trifidis a V. *Tripteri* foliis undique dentatis; caulinis ovatis, radicalibus vero petiolo proprio ſemper longioribus.

45. VALERIANA *celtica.*

Valeriana floribus triandris; foliis ovato-oblongis, obtusis, integerrimis. LINN. *Syst. Nat.* p. 22. *Spec. Plant.* p. 32. n. 9,

Valeriana foliis integerrimis; radicalibus ovatis, caulinis linearibus, obtusis. HALL. *Hist.* n. 209.

DIAGN. *Folia integerrima, obtusiuscula: binis in medio caule coniugatis, nec floriferis.*

Habitat in Alpibus *Carnioliae* superioris, non frequens.

VARIET. 1. *Pedunculis corymbosis.*

Et haec est VALERIANA *minima Nardifolia*, exteriore figura, bene expressa a I. BAUH. *Hist.* III. p. 206. VALERIANA *alpina parva Nardo Celticae similis inodora.* PLUKENET. *Phyt.* Tab. 232. fig. 2. SPICA *Celtica fastigiato ordine flosculorum* CAMERARII et VALERIANA *Celtica* IACQUINII, quam a VALERIANA *Saxatili*, distinguit habitus et locus natalis.

—— 2. *Pedunculis subverticillatis.*

Quae vera SALIUNCA, seu NARDUS *celtica*, a Styris *Speich* dicta, quam in copia reperi in *Alpibus styriacis* supra *Wasserperg* et *Iudenburg*.

46. VALERIANA *locusta.*

Valeriana floribus triandris, caule dichotomo; foliis linearibus. LINN. *Syst. Nat.* p. 72. *Spec. Plant.* 33. n. 14, *Fl. Suec.* 2. 36. *Fl. Carniol.* 349. n. 4.

Valerianella foliis oblongis, serratis; seminis corona tridentata. HALL. *Hist.* n. 215.

DIAGN. *Caulis annuus, dichotomus. Semina pappo minime radiata, apice tridentata.*

Habitat in arvis.

VALERIANAE genus naturale comprehendit etiam VALE-

VALERIANELLAM TOURNEFORTII, habitus vero nihil cum DIPSACEIS, multoque minus cum GLOBULARIA, commune gerit, quod etiam demonstrat proportio numerica staminum ad segmenta corollae.

16. CROCUS.

THEOPH. DIOSC. PLIN. TOURN. *I. R. H. p. 350. Tab. 183. 184.*

Corolla *Colchici;* segmentis aequalibus. Stigmata tria.

47. CROCUS *sativus.*

Crocus spatha univalvi, radicali; corollae tubo longissimo. LINN. *Syst. Nat.* p. 75. *Spec. Plant.* p. 36. n. 1. *β. Fl. Carniol,* p. 228. GRONOV. *Orient.* 13. KRAM. *Austr.* p. 11.

Crocus tuba brevissima trifida. HALL. *Hist.* n. 1257. cum varietat.

Crocus sativus. C. BAUH, DU HAMEL. *Act. Paris. A. 1728.* Tab. I.

DIAGN. *Corollae tubus limbo longior.*

Habitat in pratis montanis, non rarus, circa medium Aprilis florens.

Radix orbiculata, depressa, minorem sustinet. e qua folia graminea bina aut terna. Corollae tubus teres. Antherae filamentis longiores.

17. GLADIOLUS.

PLIN. TOURN. *I. R. H. p. 365. Tab. 190.*

Corolla (Calyx ADANS.) sublabiata RAI. labiata $\frac{1}{5}$ TOURN. Sexpartita LINN. Germen inferum TOURN. B. stigma trifidum LINN. segmento singulo sustinente foliolum MALPHIG. Semina Calyptra involuta, subrotunda LINN. LUDW. cylin-

 drica

drica ADANS. Radix duplici tubere conſtans, altera alteri incumbens. RAI, TOURN.

48. GLADIOLUS *communis*.

Gladiolus foliis enſiformibus; floribus diſtantibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 76. *Spec. Plant.* p. 36. n. 1. *Fl. Carniol.* p. 232. GRONOV. *Orient.* 14. KRAM, *Auſt.* p. 12. IACQUIN. *Auſtr.* p. 9. BOEHM. *Lipſ.* 100. HALL. *Hiſt.* n. 1261. ROYEN. *Lugdb.* p. 19.

DIAGN. *Folia enſiformia. flores ſecundi, purpurei. Corollae ſegmenta tria inferiora alba macula notata.*

Copioſus circa *Lacum Zirchnicenſem*, creſcit etiam *Vippaci* in pratis, nec non inter *Loitſch* et *Houchdedroustza*.

Flores in uno ſcapo raro ultra (5), unica longiores. Corollae ſegmenta tria inferiora lanceolata. Antherae viridi-luteo polline plenae. Semina imbricata, in uno loculo (ad 8).

18. IRIS.

LINN. *Gen. Plant.* 57. LUDWIG. *D. G.* 8.

Corolla enneapetala RAI hexapetalae BOERH. monopetala ſexfida. TOURN. RUPP. MAGNOL. LINN. HALLER. ADANS. Stamina tecta ſtigmatibus petaliformibus, quae prope talis habuit RAIUS. Germen inferum TOURN. magnitudo aut varia ſuperficies ſegmentorum aliquorum Corollae. Genus hoc naturale in artificialia plura dilacerant ſyſtematici.

49. IRIS *pſeudacorus*.

Iris corollis imberbibus; petalis interioribus ſtigmate minoribus; foliis enſiformibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 77. *Spec. Plant.* p. 38. n. 7. *Fl. Suec.* 2. 37. *Fl. Carniol.* p. 231. n. 1. KRAM. *Auſtr.* p. 13.

Iris

Iris laciniis corollae interioribus ſtigmate brevioribus. BOEHM. *Lipſ.* 3.
Iris imberbis lutea; nervo folii eminente. HALL. *Enum.* p. 281. n. 4. GMELIN. *Sibir. I.* p. 31.
Iris caule inflexo, foliis enſiformibus; petalis erectis minimis, reflexis, imberbibus. HALL. *Hiſt.* n. 1260.

DIAGN. *Imberbis, lutea, paluſtris.*

Habitat in foſſis.

Segmenta minora corollae ſunt ligulae baſi auriculatae, apice dilatatae, ſtaminibus breviores. Antherae obſcure violaceae. Germen trigonum.

50. IRIS *graminea.*

Iris corollis imberbibus; germinibus ſexangularibus; caule ancipiti; foliis linearibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 78. *Spec. Plant.* p. 39. n. 13. *Fl. Carniol.* p. 232. n. 2. KRAM. *Auſtr.* p. 13. n. 8. JACQUIN. *Auſtr.* p. 8.
Iris graminea. I. BAUHIN. *Hiſt.* II. p. 727.
Iris ſylveſtris. MATTIOL. *Dioſc.* p. 18.

DIAGN. *Germen hexagonum, petalis triplo brevius.*

Paſſim adeſt in montibus circa *Idriam*, in M. *Nanas*, *Dull.* In *Comitatu Tolmienſi*, ad *Straschiska.* Folia modo anguſta et linearia LINN. modo latiora, quae *Lippizae* vidi, et in *M. Salvatino*, ac campeſtribus Agri *Gorizienſis* iam pridem MATTHIOLUS. Variat caule unifloro et bifloro.

51. IRIS *germanica.*

Iris corollis barbatis; caule foliis altiore, multifloro; floribus inferioribus pedunculatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 77. *Spec. Plant.* p. 38. n. 2. KRAM. *Auſtr.* p. 12. IACQ. *Auſtr.* p. 18. ROYEN. *Lugdb.* p. 17.
Iris foliis enſiformibus diſtichis; petalis reflexis, barbatis, tubalibus arcu diſtinctis. HALL. *Hiſt.* n. 1258.

Habitat *Lippizae.*

19. SCHOENUS.

LINN. *Gen. Plant. 60.*

Differt a SCIRPO calyce 5-6 glumi; sed SCHEUCHZERUS in descriptione SCHOENI *albi*, ait *in harum squammarum locustas singulas componentium, duarum, trium, quatuorve, quandoque etiam sinu singulo semen residet. Pseudocyperi palustris* p. 375. Squammas aliquas fertiles ponit, alias vero minime; et *Graminis cyperoidis* p. 490. Singulam squammam florem fertilem sinu suo foventem habet. Probabile est itaque SCHOENUM LINN. in eo tantum a SCIRPO diversum esse, quod in hoc Genere omnes squammae fertiles sint, in eo vero eae solae, quae superiorem capitulorum partem constituunt. Hoc demonstrat etiam figura PSEUDOCYPERI DD. et CYPERELLAE A.C.D. MICHEL, nec non propria observatio rudimentorum floris et fructus in sinu uno aliove, earum squammularum, quas Ill. LINNAEUS pro glumis calycinis habet; vide etiam mecum hic consentientem ADANSONIUM in *Famil. Pl.* P. II. p. 40.

52. SCHOENUS *albus.*

Schoenus culmo subtriquetro folioso; floribus fasciculatis; foliis setaceis. LINN. *Syst. Nat.* p. 80. *Spec. Plant.* p. 44. n. 9. *Fl. Suec.* 2. 41.

Gramen cyperoides, palustre Leucanthemum. RAI. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 503. Tab. 117. fig. 11. bene.

Scirpus foliis setaceis; pannicula plana; locustis teretibus. HALL. *Hist.* n. 1341.

DIAGN. *Corymbi florum albentium.*

Habitat in paludosis circa SEIRACH, et alibi non rarus.

Culmi

Culmi et folia tenuia. Flores primum albi, colorem per aetatem ſaepe mutant in fulvum aut alium, hinc bene MICHELIUS dixit CYPERELLAM *paluſtrem, capitulis florum umbellatis compactis, primum albis, deinde fulvis.*

20. CYPERUS.

PLIN. TOURN. *I. R. H. p. 527. Tab. 299.*

Squamae floriferae in ſpicam complanatam imbricatae ADANS. Semen absque ſetis. LINN.

53. CYPERUS *flaveſcens*

Cyperus culmo triquetro, nudo; umbella triphylla; pedunculis ſimplicibus, inaequalibus; ſpicis confertis, lanceolatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 81. *Spec. Plant.* p. 46. n. 12. *Fl. Carniol.* p. 220.

Cyperus annuus; pannicula ſparſa, ſubflaveſcente. MICHEL. *Gen. Plant.* p. 16. n. 16. Sed ſparſa pannicula non eſt. Nominis inventor TOURNEFORTIUS eſt, qui paniculam poſuit flaveſcentem, una cum SCHEUCHZER. *Gram.* p. 385. Tab. 8. fig. 13.

Cyperus umbella trifolia, ſpicis ſeſſilibus, umbellatis, glumis obtuſis. HALL. *Hiſt.* n. 1348.

DIAGN. *Culmus obtuſe trigonus. Spicae in capitulum coadunatae. Semen ſubcordatum, punctis impreſſis ſcrobiculatum.*

Habitat in pratis paludoſis.

Definitio Linnaeana, meo iudicio non ſatis exprimit differentiam CYPERI huius, a ſequente; nam panicula trifida, et Spicae lanceolatae occurrunt etiam in C. *fuſco.*

54. CYPERVS *fuſcus.*

Cyperus culmo triquetro, nudo; umbella trifida; pedunculis ſimplicibus, inaequalibus; ſpicis con-

fertis, linearibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 81. *Spec. Plant.* p. 46. n. 13.

Cyperus panicula ſparſa, nigricante. TOURN. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 384. n. 4.

Cyperus umbella trifolia; ſpicis petiolatis, congeſtis: glumis ovato-lanceolatis. HALL. *Hiſt.* n. 1349.

DIAGN. *Culmus exacte triqueter. Panicula laxior et ramoſior. Semen ovatum, nec punctatum.*

Habitat cum priore, non adeo frequens.

Neſcio, quid ſignificent pedunculi ſimplices LINN. cum corymbus inſigniter ramoſus ſit. Culmus in hac ſpecie craſſior, altior, nec adeo ſplendens; Squamae quoque minores et auctiores. SCHEUCHZERI deſcriptio bona eſt. CYPERI cum CARICE adfinitas evidens.

55. CYPERUS *longus.*

Cyperus culmo triquetro, folioſo; umbella folioſa, ſupradecompoſita; pedunculis nudis; ſpicis alternis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 81. *Spec. Plant.* p. 45. n. 5.

Cyperus odoratus; radice longa, S. Cyperus Officinarum C. BAUH. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 378. bene deſcriptus.

DIAGN. *Pedunculi (ad 12) umbellati, eo breviores, quo interiores: exteriore ſemipedali. Sub cingulo eſt folium pedunculo longius. Spicae in ramulis corymboſae, tenues, acuminatae, rufo-rubrae.*

Habitat circa *Tergeſtum, Goriziam, Cormons*, et *Medeam*, in foſſis.

Scapus et pedunculi nudi, trigoni. Spicae lineam latae, (4 —— 5.) longae Squamulae ellipticae; dorſo viridi et prominulo. Spicae alternae, aggregatae.

21. SCIR-

21. SCIRPUS.

LINN. *Gen. Plant.* 62.

Squamae in ſpicam rotundatam imbricatae, foventes ſemina totidem ſetulis circumvallata.

* *Spicis terminatricibus.*

56. Scirpus *paluſtris.*

Scirpus culmo tereti nudo; ſpica ſubovata terminali. LINN. *Syſt. Nat.* p. 82. *Spec. Plant.* p. 47. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 42. KRAM. *Auſtr.* p. 14. ſed ſpica oblonga eſt.

Scirpus culmo tereti, nudo; ſpica oblonga, terminali. *Fl. Carniol.* p. 221. n. 1.

Scirpus caule terete; ſpica unica, terete, multiflora. HALL. *Hiſt.* n. 1336.

Scirpus culmo nudo tereti, ſimpliciſſimo; ſpica ſolitaria, ſimplici, oblonga, terminatrice. GLEDITSCH. apud BOEHM.

Scirpus paluſtris, clavatus; caule rotundo, moliſſimo, nitido, atrovirente. MICHEL. *Gen. Plant.* O. III. n. 1. 4.

Scirpus Equiſeti capitulo. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 360-361.

Diagn. *Spica oblonga terminans ſcapum nudum.*

Habitat in paludoſis paſſim.

Culmus non prorſus teres, ſed leniter anceps. Folia baſi ferruginea, compreſſa. Germen ſub apice coarctatum. E baſi germinis ſetulae (3—4).

57. Scirpus *maritimus.*

Scirpus culmo triquetro; panicula conglobata, foliacea; ſpicularum ſquamis trifidis: intermedia ſubulata. LINN. *Syſt. Nat.* 84. *Spec. Plant.* p. 51. n. 20. *Fl. Suec.* 2. 47.

Cyperi SCHEUCHZERIANI. p. 398. Tab. 9. fig. 7. 8. et p. 400. fig. 10.

Diagn.

DIAGN. *Spicae ferrugineae, oblongae; ſquamis tridentatis; dente medio ariſtato. E baſi germinis prodeunt paleolae (2—3). truncatae, albae, ſtylo breviores.*

Habitat in maritimis noſtris abunde.

VARIET. 1. *Spicis ſeſſilibus; foliis caulinis, culmo longioribus.*

Spicae ſemiunciales et breviores; ſquamis bifidis, e diviſura ariſtam proferentibus.

— 2. *Spicis ſeſſilibus; foliis caulinis, culmo brevioribus.*

Hanc exprimit SCHEUCHZERI fig. 7. Tab. 9.

— 3. *Spicis ſeſſilibus et pedunculatis.*

SCHEUCHZ. *Gram.* Tab. 9. f. 9,

Bene LINNAEUS in unam ſpeciem coniunxit omnes, quibus ſemen fuſco-ferragineum, ovatum, ſplendens, compreſſum, acuminatum, et exiguis ſetulis ferrugineis ad baſin ſeptum; ſtyli fuſco-rubri; ſtigmata inaequalia; Paleolae ſquamis longiores, obtuſae et emarginatae.

58. SCIRPUS *ſylvaticus.*

Scirpus culmo triquetro folioſo; umbella foliacea; pedunculis nudis, ſupradecompoſitis; ſpicis con. fertis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 84. *Spec. Plant.* p. 51. n. 22. *Fl. Suec.* 2. 48. *Fl. Carniol.* p. 222. n. 3. IACQUIN. *Auſtr.* p. 19.

Scirpus planifolius, panicula ramoſiſſima, locuſtis ovatis. HALL. *Hiſt.* n. 1340.

DIAGN. *Infloreſcentia* IUNCI PILOSI *ſpicae ovatae.*

Habitat in aquoſis.

Calamus triqueter. Folia planiuſcula. In apice culmi panicula ſparſa et facta pluribus columnis pedunculatis, e quibus pedunculi florales undique prodeunt plerum-

plerumque ramosi. Spicarum squamae ovatae. Antherae flavae, circa germen setae (3—4).

** *Spicis lateralibus.*

59. Scirpus *lacustris*.

Scirpus culmo tereti nudo; spicis ovatis, pluribus, pedunculatis, terminalibus. LINN. *Syst. Nat.* p. 83. *Spec. Plant.* p. 48. n. 8. *Fl. Suec.* 2. 46. KRAM. *Austr.* p. 15.

Scirpus culmo tereti, nudo; panicula laterali; spicis ovatis. *Fl. Carniol.* p. 221. n. 2.

Scirpus culmo nudo, simplicissimo, tereti; pannicula sub apice sessili, sparsa et ramosa. GLEDITSCH. apud BOEHM. *Lips.* 652.

Scirpus caule tereti; panicula laterali, ramosa; locustis ovatis. HALL. *Hist.* n. 1337.

Diagn. *Culmus teres, aphyllus. Spicarum squamae bifidae. Semen trigonum.*

Habitat in Lacu *Veldensi. Zirchnicensi*, aliisque, frequens.

Spicae ellipticae. E squamarum divisura acumen oritur. E basi germinis setae (5——6) ad lentem basin versus subciliatae. Semen fuscum.

60. Scirpus *mucronatus*.

Scirpus culmo triquetro, nudo, acuminato; spicis conglomeratis, sessilibus, lateralibus. LINN. *Syst. Nat.* p. 83. *Spec. Plant.* p. 50. n. 14.

Scirpus caule triquetro; panicula laterali, ramosa; locustis ovatis. HALL. *Hist.* n. 1338.

Scirpo-Cyperus maritimus, humilis; caule pallide virente; panicula glomerata. MICHEL. *Gen. Plant.* p. 47. O. II.

Scirpo-Cyperus; panicula glomerata, e spicis imbricatis composita. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 404. Tab. IX. fig. 14? videtur.

Diagn.

Diagn. *Culmus triqueter trium digitorum transversorum distantia ab apice profert fasciculum spicarum ferruginearum.*

Habitat in *Austriaco Littorali.*

Squamae in spicis eaedem, quae in *S. Lacustri.* Tolerabilem figuram huius plantae habemus in *Prodromo Bauhiniano*, cum addito nomine Iunci *acuti maritimi, caule triangulo,* quod SCHEUCHZERUS *Cypero* suo duodecimo Tab. IX. non bene adplicavit.

61. Scirpus *holoschoenus.*

Scirpus culmo tereti nudo; spicis subglobosis, glomeratis, pedunculatis, involucro diphyllo, inaequali, mucronato. LINN. *Syst. Nat.* p. 83. *Spec. Plant.* p. 49. n. 9.

Scirpoides maritimum; capitulis sparsis, glomeratis. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 371.

Diagn. *Scapus semicylindricus, ad basin alatus alba ac folia cohaerente membrana. Spicae globosae. Folia teretia.*

Habitat circa mare *Adriaticum, Tergesti.*

Folia prodeunt ex vaginis, quarum margines lacerociliati sunt. Capitula rotunda, uno aliove sessili, aliis petiolatis; petiolis angulatis. Squamae florales subrotundae, albido tenuique acumine terminata.

Specimen a SCHEUCHZERO depictum. Tab. VIII. fig. 2. magnum est et polystachium, attamen capitulum unum sessile repraesentat, ut ideo omnes spicae pedunculatae dici minime possint.

62. Scirpus *setaceus.*

Scirpus culmo nudo setaceo; spicis lateralibus, subsolitariis, sessilibus. LINN. *Syst. Nat.* p. 83. *Spec. Plant.* p. 49. n. 11. *Fl. Suec.* 2. 45.

Scirpus spicis paucissimis, sub apice culmi conglomeratis. HALL. *Enum.* p. 248 n. 3.

Scirpus omnium minimus; capitulo breviori. TOURNEF. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 358. n. 3.

Diagn.

Diagn. *Culmus teres. Spicae oblongae, sessiles.*

Habitat in *Maritimis Carnioliae* passim.

Culmus nudus, pedalis et longior. Spicae (2—3) lineas longae fusco-rubrae.

63. Scirpus *glomeratus.*

Scirpo-Cyperus, panicula glomerata, e spicis imbricatis composita. SCEUCHZ. *Gram.* p. 404. descriptio utcumque convenit, sed Fig. 14. Tab. IX. Folium sub panicula nimis erectum exhibet.

Diagn. *Culmus triqueter, nudus, spicae oblongae, congestae, terminales. Sub spicis folium trigonum fere horizontale.*

Habitat in fossis, circa *Cormons.*

Culmus pedalis, et altior, mollis, flexilis. Spicae etiam ultra viginti, sessiles, conglobatae, (4—5) lineas longae. Squamae ovatae, concavae. Semen trigonum, vallatum aristis (5—7) rigidis, semine vix longioribus.

22. LINAGROSTIS.

TOURN. *I. R. H. p. 664.* LUDWIG. *D. G. 844* ERIOPHORUM LINN. *G. P. 63.*

Setulae niveae, tenuissimae, molles e receptaculo germinis ortae, longissimae, distinguunt Genus a Scirpo.

64. Linagrostis *vaginata.*

Eriophorum culmis vaginatis teretibus; spica scariosa. LINN. *Syst. Nat.* p. 84. *Spec. Plant.* p. 52. n. 1. *Fl. Suec.* 2. n. 50.

Eriophorum culmo tereti; foliis caulinis vaginalibus; spica erecta, ovata. HALL. *Hist.* n. 1332.

Iuncus alpinus; capitulo languinoso, seu Schoenolaguros. C. BAUH. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 302. Tab. 7. fig. 1. 2. 3. *Prodrom.* p. 26. Tab. 7.

Iuncus alpinus etc. I. BAUHIN. *Hist.* II. p. 514.

Diagn.

DIAGN. *Culmum teretem terminat globus niveo et bombacino pappo undique tectus.*

Habitat in *Vochein.* ſub M. *Privale.*

Scapus nudus, ſtriatus, fuſcis vaginis ad baſin cinctus, terminatus unica ſpica; cuius ſquamae imae oblongae, maiores, ſteriles; ſuperiores vero canaliculatae, lineares, fertiles. Semen trigonum, apice dilatatum.

65. LINAGROSTIS *alpina.*

Eriophorum culmis nudis triquetris, ſpica pappo breviore. LINN. *Syſt. Nat.* p. 84. *Spec. Plant.* p. 53. n. 4. *Fl. Suec.* 2. 51.

Eriophorum caule foliisque triquetris; ſpica pauciflora. HALL. *Hiſt.* n. 1333.

Linagroſtis Iuncea alpina; capitulo parvo; tomento rariore. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 305.

Iuncus alpinus, Bombycinus. C. BAUH. SCHEUCHZ. *Prodr.* Tab. VIII.

DIAGN. *Culmus triqueter. Pappus fluitans penicillum repreſentat.*

Habitat in *Paludibus Labacenſibus*, non vero in *Alpibus* noſtris.

Radix repens, multicaulis. Culmi ſemipedales. Spica unica, ovato-oblonga. Semen fuſcum, acuminatum.

66. LINAGROSTIS *polyſtachia.*

Eriophorum culmis teretibus; foliis planis; ſpicis Pedunculatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 84. *Spec. Plant.* p. 52. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 49. KRAM. *Auſtr.* p. 15.

Eriophorum foliis planis; ſpicis pendulis. HALL. *Hiſt.* n. 1331.

DIAGN. *Polyſtachion, paluſtre, obtusangulum, cernuum, vulgare.*

Habitat in pratis paludoſis.

Spicae ovatae, acuminatae. Antherae apice rotundatae,

tae, et integrae. Germen ovatum. Florefcentia poft medium Aprilis.

Pappus lana, aut goffypio mixtus idem praeftat ac pili Caftoris. Vide Cl. GLEDITSCHII *Obferv. Oecom.*

23. NARDUS. *)

LINN. *Gen. Plant. 65.*

Corolla nuda, bivalvis. LINN. GLEDITSCH. foliculo maiore ariftato LUDW. utroque ADANS. Spicula uniflora, flores fpicati. ADANS. Semen tenue, longum LUDWIG.

67. NARDUS *ftricta.*

Nardus fpica fetacea, recta, fecunda. LINN. *Syft. Nat.* p. 84. *Spec. Plant.* p. 53. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 52. *Fl. Carniol.* p. 180. IACQUIN. *Auftr.* p. 10. BOEHM. *Lipf.* 598. HALL. *Hift.* n. 1410.

Nardus foliis capillaceis; fpica anguftiffima, recta; locuftis ariftatis, uno verfu difpofitis. GLEDITSCH. ap. BOEHM. *l. c.*

Gramen fparteum, iuncifolium. C. BAUHIN. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 90. Tab. 2. fig. 10.

DIAGN. *Folia capillacea. Spiculae heteromallae, graciles.*

Habitat in Alpibus circa *Crainburg*, et in pratis prope *Alpen.*

Culmus tenuis, erectus, fpithamaeus. Spiculae (ad 18) ariftatae, faepius coloratae fecundae, ad angulum obtufum cum culmo pofitae.

DIGY-

*) GRAMINUM *generibus* limites certos non ubique pofuit induftria Linnaeana. Hos ego in fola ftructura quaerere conabor, cum inflorefcentia et numerus partium floris ac fructus non fufficere videantur.

DIGYNIA.

24. PANICUM.

PLIN. ADANS. *Famil. Pl. p. 35.*

Locuſta uniflora SCHEUCHZ. Cal. glumae 2-3. Setulae 1-10. ADANS. Semen ſubrotundum LUDWIG. Flores ſpicati TOUR. mutici, hermaphroditi et maſculi ſaepius ex eodem calyce biglumi, ſeta una aut pluribus involucrati. Corolla bivalvis.

68. PANICUM *cynoſuroides.*

Panicum ſpica tereti; involucellis unifloris, radiis piloſis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 870. A.

DIAGN. *Spica ſimplex. Pedunculi uniflori, ſimplices ſetae (ad 12) e baſi floſculi ſinguli.*

Habitat ubique ad vias, in hortis et agris, ad calamitatem usque.

Stupenda res eſt, plantam vulgatiſſimam adeo difficilem viſam fuiſſe Viris Clariſſ. ut Ill. LINNAEUS meminerit huius in poſthumis ſolum operibus, Auſtriaci vero Botanici ne quidem nominaverint. Certe hoc eſt GRAMEN *paniceum* ſ. PANICUM *ſylveſtre ſpica ſimplici.* C. BAUHIN. SCHEUCHZERI, TOURNEFORTII, HALLERI, aliorumque, quod I. BAUHINO eſt PANICUM *ſylveſtre dictum,* TABERNEMONTANO GRAMEN *paniceum* I. cui MATTHIOLUS dedit iconem PANICI *cruris corvis* ineptam prorſus, etſi hac planta nihil frequentius ſit in *agro Tridentino.*

Pedunculi adfixi axi ſubtrigonae, et repandae, ſpicam ſimplicem et teretem faciunt, cui apprime convenit definitio a Cl. GLEDITSCHIO data in *Flora Lipſienſi* Celeberr. BOEHMERI n. 605, ubi dicitur

tur PANICUM *ſpica cylindracea, ſimplici, piloſa,* etſi caetera ſynonyma, in eodem numero poſita, non hanc plantam, ſed aliam ſpeciem indicent, nempe ſequentem, quam LINNAEUS inter CYNOSUROS numeravit. Neque minus plantae noſtrae aptari poteſt *Synon.* PANICI *ſpica ſimplici,* ariſtis aggregatis, floſculo ſubiectis, quod Indiae et Virginiae plantae tribuit Cl. GRONOVIUS in *Fl. Virgin.* p. 12. etſi Indica planta differat caule ramoſo, et hinc etiam polyſtachio. Tertia glumma in hiſce terris non ſemper adeſt, et ſaepe binae ſunt, quarum maior trinervis corollam amplectitur; cui petalum unum ſubbifidum, aliud integrum et acuminatum. Semen tranſverſas rugas gerit. Setae plus minus hiſpidae ſunt.

69. PANICUM *vagum.*

Hoc nomen omnino meretur.

Cynoſurus panicula ſubſpicata; floſculis ſimplicibus biariſtatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 876. *Spec. Plant.* p. 73. n. 8. *Fl Suec.* 2. 90.

DIAGN. *Panicula ſpicam referens, facta pluribus racemulis inferne remotioribus acuminata et aſpera.*

An glumae duae tantum moverunt LINNAEUM ut GRAMEN hoc a PANICIS ſeparaverit, et *Cynoſuris* adiunxerit? Sed habitus et alia non conſentiunt, ut a PANICIS removeatur.

Coniungunt quidam ſpeciem cum priore, ſed infloreſcentia, habitus, et ſtructura, non conſentiunt. Alii denuo confundunt cum PANICO inſequente, ut ex icone Matthiolica *Panici ſylveſtris* clare patet. Monendum denique valvas, quas LINNAEUS vocat ariſtatas, non ſemper, apud nos occurrere.

70. PANICUM *crus galli.*

Panicum ſpicis alternis coniugatisque, ſpiculis ſubdiviſis; glumis ariſtatis, hiſpidis: rachi quinqueangulari. LINN. *Syſt. Nat.* p. 87. *Fl. Suec.* 2. 55.

Panicum ſpica ramoſa, ſetis nullis. HALL. *Hiſt.* n. 1544.

DIAGN *Panicula facta pluribus ſpicis. Glumae muticae et ariſtatae.*

Habitat circa hortos et in udis. Longis ariſtis donato ſpecimina legi circa *Cormons* ad foſſas.

Panicula etiam ſemipedalis rachi 4 - 5 angulari. Spicae ſaepius alternae, axi trigona. Calyx hiſpidus, coloratus, et excolor; gluma una acuminata et non raro longe ariſtata.

71. PANICUM *crus corvi.*

Panicum ſpicis alternis, ſecundis; ſpiculis ſubdiviſis; glumis ſubariſtatis, hiſpidis rachi trigona. LINN. *Syſt. Nat.* p. 87. D.

DIAGN. *Paniculae racemi ſecundi. Rachis communis trigona, partiales ſetoſae.*

Habitat cum priore.

Si data differentia non ſufficiens nec conſtans, coniungenda erit haec ſpecies cum priore.

25. DIGITARIA.

HEIST. ADANS. HALL. *Hiſt. II. p. 244.*

72. DIGITARIA *ſanguinalis.*

Panicum Spicis digitatis, baſi interiore nodoſis; floſculis geminis, muticis; vaginis foliorum punctatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 87. *Spec. Plant.* p. 57. n. 8. IACQUIN. *Auſtr.* p. 11. *Flor. Carniol.* p. 178.

Digitaria foliis ſubhirſutis; caule debili; ſpicis verticillatis; ſcapo ancipite HALL. *Hiſt.* n. 1526.

Gramen dactylon; folio latiore. C. BAUHIN. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 101. Tab. 2. fig. 2. G. H.

DIAGN. *Spicae longae, lineares e ſummitate caulis annui et ramoſi. Flores binati, pedunculati: pedunculo uno longiore, ſuſtinente florem femineum, altero hermaphroditum.*

Habi-

Habitat in hortis paſſim.

Culmus teres, ſaepe ramoſus, baſi procumbens. Folia in margine obſcura rubra; vaginis piloſis. Flores ſecundi in ſpicas alternas et oppoſitas longasque diſpoſiti. Spicarum axes ſubtrigonae: angulo uno, cui flores adpreſſi adhaerent, obtuſiore. Calyx biglumis, glumis biſidis, muticis. Petala ſubaequalia; uno breviter et inaequaliter bifido. Styli et antherae violaceae. Falſum eſt ſemen colligi et pro cibo haberi in *Carniolia*, ut ex MATTHIOLO narrant GESNERUS et SCHEUCHZ.

Glumis muticis Genere differt ab *Andropogone* LINN.

73. DIGITARIA *dactylon.*

Panicum ſpicis digitatis, patentibus, baſi interiore villoſis; floribus ſolitariis; ſarmentis repentibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 87. *Spec. Plant.* p. 58. n. 15.

Digitaria ſtolonibus teretibus, foliis patulis, glabris; ſpicis digitatis. HALL. *Hiſt.* n. 1527.

Gramen dactylon; folio arundinaceo, maius. C. BAUHIN. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 104. Tab. 2. fig. 11. I. ZANNICHEL. *Ven.* p. 166. Tab. 192. n. 2.

DIAGN. *Spicae lineares, terminales; rachi ſemicylindrica, cuius planae faciei adhaerent floſculi alterni ſolitarii imbricati. Florens floſculos, ex uno latere ſtigmata et ſtamina profert, ex altero vero dentem, quem facit gluma patula.*

Habitat in *Carniolia* calidore.

Spicae rigidae, fuſco-rubrae. Gluma media iuxta axin ſpicae collocata, ſuo apice contingit baſin glumae ſimilis floſculi ſuperioris.

26. PHLEUM.

Pedunculi ſimplices et ramoſi, in ſpicam digeſti. Calyx biglumis. Petala bina: uno certe bifido.

74. PHLEUM *pratense.*

Phleum fpica cylindracea, longiffima. LINN. *Syft. Nat.* p. 771. *Spec. Plant.* p. 59. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 56. BOEHM. *Lipf.* 601.

Phleum caule erecto, fpicis cylindricis longiffimis, glumis calycinis oblique truncatis. HALL. *Hift.* n. 1528.

Phleum radice nodofa; fpica cylindracea, longiffigiffima GLEDITCH. apud BOEHM. *l. c. Fl. Carniol.* p. 185.

Gramen typhoides, maximum; fpica longiffima. C. BAUH. *Pin.* p. 4. n. 1. *Prodr.* p. 10. n. XXV. cum icone. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 60. Tab. 2. fig. 5. ZANNICHEL. *Ven.* p. 121. Tab. 144. SEGUIER. *Veron.* I. p. 349.

DIAGN. *Culmus nodis (4). Spica longa, cylindrica. Petalum unum bifidum, aliud integrum.*

Habitat in pratis.

Spica etiam uncias quinque longa, fpiculae compreffae. Glumae aequales, corolla longiores. Petala parva. Germen fubrotundum, absque nectario.

75. PHLEUM *alpinum.*

Phleum fpica ovato-cylindracea. LINN. *Syft. Nat.* p. 88. *Spec. Plant.* p. 59. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 57. IACQUIN. *Auftr.* p. 12.

Phleum fpicis ovatis, locuftis longe bicornibus. HALL. *Hift.* n. 1529.

Gramen typhoides alpinum; fpica brevi, denfa et veluti villofa. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 6. *Prodr.* Tab. 3. MONT. *Prodr.* p. 50. SEGUIER. *Veron. Suppl.* p. 155. n. 15.

DIAGN. *Glumae villofae, ariftatae. Petalum unum truncatum, alterum bifidum.*

Habitat in Alpibus *Carnioliae fuper*, non rarum.

Spica saepius cylindrica, uncialis, et biuncialis SEGUIER. Antherae luteolae. Germen ovatum, Petala duo. SCHEUCHZERI figura bona eft.

76. PHLE-

76. PHLEUM *nodoſum.*

Phleum ſpica cylindracea; culmo adſcendente; foliis obliquis; radice bulboſa. LINN. *Syſt. Nat.* p. 88.

Gramen typhoides aſperum, alterum. C. BAUH. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 62. SEGUIER. *Veron. Suppl.* p. 154.

DIAGN. *Glumae acuminatae, in margine verſus apicem denticulatae. Culmis ſubdecumbens.*

Habitat in *Littorali Auſtriaco.*

Spica cylindracea.

77. PHLEUM *flavum.*

DIAGN. *Panicula ſpicata, flaveſcens. Glumae ariſtatae. Petalum unum tridentatum, alterum bifidum.*

Habitat ſecus agros, circa *Goriziam*, Septembri M. in flore adlatum.

Culmus pallide virens, pedalis, ſubinfractus. Folia culmi longitudine, duas lineas lata, marginibus albidis. Pedunculi plerique ramoſi uncialem et biuncialem ſpicam conſtituunt. Glumae acuminatae, fere aequales, corolla longiores. Petalum maius ſubovatum involvens aliud bifidum. Filamenta ſpiculis longiora. Bracteola ovalis ſub imis ſaltem ſpiculis.

Pro ALOPECURO *Agreſti* LINN. habet Cl. SCHREBER. in *Litt.*

78. PHLEUM *aegilops.*

Aegilops ſpica ovata; calycibus omnibus triariſtatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 671. *Spec. Plant.* p. 1050. *H. Upſal.* p. 301.

Gramen ſpicatum; durioribus et craſſioribus locuſtis, ſpica brevi. TOURN. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 11. Tab. 1. fig. 2.

Diagn. *Calycina gluma exterior ſtriata, ſcabra, educens tres ariſtas rectas, ſpica longiores; interior paulo brevior, binasque ſimiles ariſtas efferens.*

Habitat circa *Tergeſtum.*

Spica oblonga, nec ovalis, facta ſpiculis ſeſſilibus (3. 4.). Calyx biflorus, cum rudimento tertii floſculi intermedii, ut in Melica.

Phleum voco ex ſtructura floris; nam ſexus vix aliquid probat, modo enim flores hermaphroditi ſunt, modo ſtamina ſola videntur, modo germina et ſtamina deſunt.

79. Phleum *capitatum.*

Diagn. *Culmus nudus, digito vix longior, terminatus ſpica ſubrotunda.*

Habitat in ſummo et difficillimo M. *Grindovitz.*

Ceſpitulus foliorum linearium, ſemiuncialium, educit culmum unum vel alterum tenuem, duas aut tres uncias longum. Capitulum florale, tres lineas vix longum, fit glomerulis florum ſeſſilium. Calycinae glumae acuminatae, aequales, corolla longiores; quarum una bifida, altera acuminata. In horum ſinu latent petala duo, ex his unum et maius bifidum, ſcabro nervo inſtructum, e diviſura promit ariſtulam brevem; aliud vero muticum eſt, bifidum pariter et in margine villoſulum. Germen flavicans, ſubtriquetrum.

80. Phleum *autumnale.*

Diagn. *Floreſcentia autumnalis. Spica longa, facta pedunculis ſimplicibus. Calyx breviter ariſtatus, petalo utroque bifido longior.*

Inveni in M. *Medeae*, florens 28 Sept.

Culmi plures ex eadem radice, bipedales, tenues. Folia anguſta, glabra, erecta. Spicae duas unicas longae, tenues. Calyx albidus, in acumen ariſtaeforme attenuatus, fovens floſculos plerumque tres, quibus

quibus folliculus exterior, longior, bifidus, ex divifura brevem ariftam proferens; Folliculus alter paulo brevior, pariter bifidus eft, muticus, fovetque ftylum et ftamina tria.

Species haec mihi ab omnibus aliis congeneribus diftincta videtur, nec a SCHEUCHZERO vel alio quolibet defcripta. Spicis modice coerulefcentibus proxime accedit PHLEO *coeruleo*, fed calyces triflori et folliculorum fabrica omnino diverfa funt. Gramen hoc faepius examinavi, et nunc iterum coram habeo, ne increduli habeant pro paradoxo.

81. PHLEUM *criftatum*.

Cynofurus bracteis pinnatifidis. LINN. *Syft. Nat.* p. 95. *Spec. Plant.* p. 72. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 88. *Fl. Carniol.* p. 185. BOEHM. *Lipf.* 637.

Cynofurus involucris pinnatis, retufis. HALL. *Hift.* n. 1545.

Cynofurus fpica angufta; locuftarum fafciculis elongatis, alternis, ad unum latus fpectantibus. GLEDITSCH. ap. BOEHM. *l. c.*

Gramen pratenfe criftatum, feu fpica criftata, levi. C. BAUH. SCHEUCH. *Gram.* p. 79.

Gramen criftatum. I. BAUH. *Hift.* II. p. 468.

DIAGN. *Folium pinnatifidum, fulciens pedicellos binos, fuftinentes totidem fpiculas unum latus fpectantes.*

Habitat in pratis.

Culmus trinodis. Spica attenuata. Spiculae triflorae et quadriflorae. Bracteae laciniae utrinquae (5 - 6). Petalum maius breviter ariftatum, alterum bicorne. Squamulae binae nectariferae ad bafin germinis. Antherae rubellae.

27. ALOPECURUS.

LINN. *Gen. Plant.* 72.

Calyx biglumis, fovens petalum unicum, ariſtatum LINN. Bifidum ADANS. criſta e baſi LVDW.

Alopecurus differt ab omnibus aliis graminibus, glumis calycinis monophyllis, corollaceis, cucullatis Cl. SCHREBER. in *Litt.*

82. Alopecurus *geniculatus.*

Alopecurus panicula cylindracea; calycibus villoſis; ariſta recta. *Fl. Carniol.* p. 184. n. 2.

Alopecurus culmo ſpicato, infracto; corollis muticis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 89. *Spec. Plant.* p. 60. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 60. HALL. *Hiſt.* n. 1541.

Gramen aquaticum, geniculatum, ſpicatum. C. BAUHIN. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 72. Tab. 2. fig. 6. C. D. E.

Diagn. *Culmus infractus, Calyces villoſi.*

Habitat in udis circa *Labacum* et *Alpen.*

Culmus adſcendens. Glumae aequales. Petalum calyce brevius, proferens e baſi ariſtam rectam uno latere denticulatam, ſpicula longiorem. Antherae ochroleucae.

28. MILIUM.

TOURN. *I. R. H. p. 514. Tab. 298.*

Calyx bivalvis, uniflorus. Petala duo, obtuſa. Stigmata pennicilliformia. Semen nitens. LINN.

83. Milium *paradoxum.* Tab. 1.

Agroſtis racemis ternatis, pendulis; ſpiculis ariſtatis; ariſta undulata, longa. *Flor. Carniol.* p. 186.

Milium floſculis paniculatis, ariſtatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 89. Habitus Milii, nec ſemen repugnat; ſed ſtigmata Agrostis.

Diagn.

83. *Milium Paradoxum*. Tab. 1.



DIAGN. *Panicula laxiſſima; racemis ternis. Floſculi ſolitarii, penduli, ariſtati: ariſtis repandis, ſemiuncialibus.*

Habitat in ſylvis circa *Idriam.* Prope viam regiam inter *Loitſch* et *Hipperbabacum* Culmi glabri, fere tripedales; nodis tribus, baſi ſubinfractis. Folia baſi rubella, ſemipedalia, lineas (4—5) lata. Panicula valde laxa, ſpithamam longa. Racemi remoti, ex uno loco (2—5) tenues, undulati, longi. Floſculi in uno racemo non ultra (12.) elliptici, ſolitarii, pedicellis propriis longis et apice dilatatis, ſuſtentati. Glumae fere aequales, carinatae, tribus lineis ſtriatae, glabrae, corolla longiores. Petala ſplendida, demum fuſceſcentia, quaſi cartilaginea, venoſa; quorum unum ellipticum et terminatum ariſta repanda ac lineas ($5\frac{1}{2}$) longa, alterum fere aeque longum, acuminatum, muticum, abſque duplicatura. Stamina alba; antheris flavis, ſed ante explicationem ferrugineis. Styli duo. Stigmata plumoſa. Germen nitidum, obpyriforme, glaberrimum, binis ſquamulis ſeptum. Semen ellipticum, nigrum corolla tectum.

Eſſe MILIUM *Paradoxum* Ill. LINNAEI docuerunt me ſpecimina viſa in ditiſſimo Herbario *Nobiliſſ. Viri* et *Conſiliarii Aulici Franciſci* a MYGIND, quae ex ſeminibus Linnaeanis in *Horto Botanico* nata ſunt, nec non ipſe LINNAEUS, qui ſpecimen a me miſſum determinavit.

29. AGROSTIS.

Calyx bivalvis, uniflorus. Styli papillis hirti. Semen utrinque acuminatum.

84. AGROSTIS *ſpica venti.*

Agroſtis petalo exteriore ariſta recta, ſtricta, longiſſima; panicula patula. LINN. *Syſt. Nat.* p. 90. *Spec. Plant.* p. 91. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 62. KRAM. *Auſtr.* p. 18. BOEHM. *Lipſ.* 610.

Avena

Avena monantha, panicula adſcendente, multiflora; calyce laevi, florali ariſta longiſſima. HALL. *Hiſt.* n. 1480.

Agroſtis culmo longiſſimo; panicula ampliſſima, ſparſa, nutante; gluma exteriore ariſtam rectam et longiſſimam emittente. GLEDITSCH. ap. BOEHM. *l. c.*

Gramen ſegetum; altiſſima panicula ſparſa. SCHEUCHZ. *Gram.* p 144. Tab. 3. fig. 10.

Gramen agrorum. I. BAUHIN. *Hiſt.* II. p. 461.

DIAGN. *Panicula magna, diffuſa. Petala bifida: maiore ariſtato: ariſta recta et floſculo quadruplo longiore.*

Habitat inter ſegetes *Carniolae* nimium frequens.

85. AGROSTIS *interrupta.*

Agroſtis petalo exteriore ariſtato; panicula attenuata, coarctata, interrupta. LINN. *Syſt. Nat.* p. 90.

Gramen capillatum; panicula anguſtiore et interrupta. VAILLANT. *Paris* p. 88. Tab. 17. fig. 4.

Gramen arvenſe paniculatum; ſpica interrupta. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 146.

DIAGN. *Panicula contracta. Petala integra; maiore ariſtato: ariſta longa, recta, infra apicem prodeunte.*

Habitat in cultis *Carnioliae* calidioris.

Facies et ſtructura omnino alia, ac in *ſpica venti*, cum qua coniungitur ab *Ill.* HALLERO.

Figura VAILLANTII bona eſt, ſed floſculus pro ſemine non bene ſumitur. Habitus Paniculae verticillatus.

86. AGROSTIS *alpina.*

Avena monantha, panniculata; gluma calycina exaſperata; ariſta florali, aequali. HALL. *Hiſt.* n. 1477.

Gramen

Gramen parvum paniculatum, alpinum; Panicula spadicea, ariſtatum. SCHEUCHZ. *Gram.* pag. 140. *Prodr.* p. 22. Tab. 4. fig. 1.

DIAGN. *Unum petalum truncatum aut bifidum, e baſi promit ariſtam apice recurvatam.*

Habitat in *Alpibus Vochinenſibus.*

Gramen hoc quod SCHEUCHZERUS invenit, deſcripſit, et optime delineavit, ceſpitoſum eſt; culmis binodiis, vix ſemipedalibus, rigidis; foliis linearibus; panicula contracta, unciali aut paulo longiore; glumis inaequalibus, viridibus, ſpadiceis, violaceis aut viridibus, glabris.

Confundi non debet, cum *A. canina*, quae proſtratâ, crebro geniculata et foliorum ſetaceorum faſciculis inſtructa SCHEUCHZ. Petalum unum adeo parvum eſt, ut nudo oculo diſcerni non poſſit.

87. AGROSTIS *capillaris.*

Agroſtis panicula capillari, patente; calycibus ſubalatis, aequalibus, hiſpidiuſculis, coloratis; floſculis muticis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 90. *Spec. Plant.* p. 62. n. 8.

Poa monantha; caule erecto; panicula diffuſa; calycibus exaſperatis. HALL. *Hiſt.* n. 1475.

Gramen montanum; panicula ſpadicea, delicatiore. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 129. Tab. 3. fig. 5. B.

DIAGN. *Panicula laxa, mutica. Calyces colorati, ſubaequales. Petalum alterutrum obtuſum.*

Habitat in ſiccioribus pratis.

An diverſa ſit AGROSTIS *alba.* LINN. etiamnum dubito. Ea certe ſpecimina *A. albae,* quae ex aliis terris obtinui, ſola denſiore panicula et pedicellis rigidioribus differunt ab *A. capillari*, petalum unum aliquando adeo minutum eſt, ut vix appareat; unde natus ALOPECURUS *panicula capillari, patente; ſpiculis coloratis, muticis. Fl. Carniol.* p. 184. Aliam graminis huius poſſideo varietatem, panicula flaveſcente et glumis tranſverſim rugoſis.

Ad-

Adſumptum ſtructurae principium, Gramina quoque ſequentia, ad hoc Genus reducit.

88. AGROSTIS *incurvata.*

Ægilops ſpica ſubulata, mutica, laevi, incurva; calycibus unifloris. LINN. *Syſt. Nat.* p. 671.

NARDUS *articulata* et ÆGILOPS *incurva.* LINN. *Spec. Plant.* p. 53. 1051.

Gramen loliaceum, maritimum, ſcorpioides. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 42. Spicis articulatis. MORISON. *Hiſt.* III. Sect. 8. Tab. 2. fig. 8.

DIAGN. *Culmus ramoſus. Spicae lineares, rigidae; incurvae; articulis (ad 14.)*

Habitat circa *Tergeſtum.*

Singulo articulo adſidet ſpicula, cui Calyx biglumis: glumis aequalibus, acuminatis, muticis, unifloris. Petala bina, acuminata, tenuia, calyce duplo breviora; uno bifido. Stamina tria, petalis breviora; antheris fulvis. Germen fulvum; ſtylis duobus; ſtigmatibus plumoſis. Calycem triflorum et flores maſculos hermaphroditis immixtos, in hac ſpecie non invenio.

89. AGROSTIS *aculeata.*

Schoenus culmo tereti, ramoſo; capitulis terminalibus; involucro triphyllo breviſſimo, rigido, patente, LINN. *Syſt. Nat.* p. 80.

Gramen album; capitulis aculeatis, Italicum. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 85.

Gramen ſupinum, aculeatum, I. BAVHIN. *Hiſt.* II. p. 461.

DIAGN. *Culmus ramoſus. Floſculi collecti in capitula terminalia, ſuffulta vaginis duabus, in longum et rigidum folium attenuatis.*

Habitat in *Auſtriaco Littorali.*

Culmus rigidus, cum foliis pallide virens. Nodi rubelli e quibus totidem folia digiti longitudine et in apicem

cem rigidum attenuata prodeunt. Culmum ramosque terminant capitula haemifphaerica, fere ut in ERYNGIIS. Flos quilibet conftat calyce evidenti, biglumi, rigido, lanceolato, mutico; petalis duobus; femine oblongo ferrugineo; fed ftylus unicus eft et ftigma fimplex. Ergo vel AGROSTIS, vel novum Genus eft.

30. SESLERIA.

Fl. Carniol. p. 189.

Cal. biflorus. Petalum unum bifidum, alterum trifidum; fegmento medio longiore. Ad bafin germinis nectarium biglume nullum.

90. SESLERIA *coerulea.*

Sesleria *Fl. Carniol.* l. c. locuftis trifloris imbricatis, flore tricorni. HALL. *Hift.* n. 1446. *Errat.* 217.
Sesleria caerulea ARDUIN. *Spec.* 2. p. 18. Tab. 6. TURRA *Mont. Bald.* n. 20.
Sesleria ADANSON. *Fam. Plant.* P. 2. p. 496.
Aira foliis planis; fpica fubovata, denfa. IACQUIN. *Auftr.* p. 15.
Cynofurus bracteis integris. LINN. *Syft. Nat.* p. 95. *Spec. Plant.* p. 72. n. 5. *Fl. Suec.* 2. 89.
Gramen glumis variis. C. BAUHIN. *Prodr.* p. 21. cum icone. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 83. Tab. 2. fig. 9. A. B.

DIAGN. *Panicula fpicata, demum caerulefcens. Facies* ANTHOXANTHI. *Florefcentia* AIRAE.

Habitat in locis aridis, floretque circa medium Aprilis. PHLEIS proximum gramen.

31. AIRA.

Quaenam Generis effentia? Biflorum calycem gerunt etiam AVENAE nonnullae, et SESLERIA noftra. AIRA *caerulea* calycibus 1-5-flo-

1-5-floris, cuius Generis erit? nonne etiam AVENAE et ARUNDINES *uniflorae* et *multiflorae*. Ego ſub AIRAE genere, millitare volo.

Gramina, quorum ſpiculae conſtant receptaculo ſuſtinente flores plerumque binos, biglumi calyce binisque petalis compoſitos, quorum utrumque muticum eſt, aut unicum ariſtatum: ariſta minime tortili. Praeterea huic Generi proprium eſt habere flores hermaphroditos, petalum unum absque duplicatura; et Germen duabus ſquamulis nectariferis vallatum.

91. AIRA *caerulea*.

Agroſtis racemis ſolitariis, ſuberectis; ſpiculis muticis, pedicello brevioribus. *Fl. Carniol.* p. 186. cum ſpiculae noſtrae pleraeque monanthae ſint.

Aira panicula coarctata; floribus pedunculatis, muticis, convoluto-ſubulatis; foliis planis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 91. *Spec. Plant.* p. 63. n. 3. *Fl. Suec.* 2. 67. IACQUIN. *Auſtr.* p. 14.

Gramen paniculatum, autumnale; panicula ampliore, ex viridi nigricante. TOURN. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 207. idemque eſt gramen aliud SCHEUCHZERI p. 209. n. 3.

DIAGN. *Floreſcentia canicularis. Culmus uno nodo inſtructus, eoque prope radicem.*

Habitat in pratis udis et ſiccis.

Rigida et magna panicula gerit floſculos convolutos, numero et colore variantes. Helvetica ſpecimina plerumque biflora ſunt, quem numerus naturalem facit Ill. LINNAEUS Auſtriaca exemplaria, quae ab Amicis obtinui, glumas habent trifloras, quadrifloras et quinquefloras. Specimen Lipſia miſſum a Cl. SCHREBERO 1—3 floras. Color etiam ſpicularum iuniorum viridis, floreſcentiae tempore mutatur in fuſco-rubrum, aut fuſco-nigrum. BURSER *Amoen.*

Amoen. Academ. I. p. 303. aut viridi nigricantem. TOURNEFORT. Hinc Gramen medium inter AIRAM et POAM.

92. AIRA *criſtata.*

Aira panicula ſpicata; floribus muticis, pedunculo longioribus; glumis acuminatis inaequalibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 873. POA *Criſtata Syſt. Nat.* p. 94. *Spec. Plant.* p. 63. n. 2. *Fl. Carniol.* p. 192. IACQUIN. *Auſtr.* p. 14. KRAM. *Auſtr.* p. 18.

Feſtuca locuſtis bifloris, mucronatis, confertis imbricatis, paniculatis, in ſpicam congeſtis. HALL. *Hiſt.* n. 1444.

Gramen ſpica criſtata, ſubhirſutum, C. BAUHIN. *Pin.* p. 3. *Prodrom.* p. 8. n. XIX. cum icone SCHEUCHZ. *Gram.* p. 166. Tab. 3. fig. 15. SEGUIER. *Veron.* I. p. 354. n. 4. MONT. *Prodr.* p. 56.

DIAGN. *Panicula anguſta, pyramidalis, digitum longa, ſeſe expandens floreſcentiae tempore. Pedicelli ſpiculis breviores.*

Habitat in pratis ſiccioribus, collibusque.

Panicula rigidula, abſoluta floreſcentia denuo contrahitur adinſtar ſpicae. Spiculae 2 — 3 florae, tres lineas longae, vix unam craſſae. Calyx inaequalis, corolla longior. Petala mutica. Stamina violacea. Germen obtuſum, ovatum. Glumulae nectariferae apice inciſae.

Proprius huic eſt Paniculae albidus ex virore translucens color.

93. AIRA *caeſpitoſa.*

Aira foliis planis; panicula patente; petalis baſi villoſis, ariſtatis: ariſta recta, brevi. LINN. *Syſt. Nat.* p. 92. *Spec. Plant.* p. 64. n. 8. *Flor. Suec.* 2. 70. *Fl. Carniol.* p. 191. n. 3. IACQUIN. *Auſtr.* p. 14.

Avena diantha; panicula ampliſſima, patula, bicolore, HALL. *Hiſt.* n. 1487.

Gramen ſegetum; panicula arundinacea. C. BAUH. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 244. Tab. 5. fig. 2. 3.

DIAGN. *Floſculi ad baſin villoſi: uno ſeſſili, altero pedunculato.*

Habitat in agris, pratis, et alpibus.

Propria huic Gramini ſunt 1) Panicula magna, ſparſa. 2. Spiculae biflorae. 3) Calycis una gluma flori primo aequalis, ſecundo longior. 4) Petala apicibus denticulatis. 5) Baſis floſculi ſinguli, ut et Pedicellus, denſo villo pubeſcens. His addit LINNAEUS ariſtam brevem, rectam e baſi floſculi, quae tamen non ſemper adeſt.

Non bene coniungitur cum AGROSTI *ſpica venti* a I. BAUHINO, TOURNEFORTIO, SCHEUCHZERO, aliisque.

94. AIRA *aquatica.*

Aira panicula patente; floſculis muticis, laevibus, calyce longioribus; foliis planis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 92. *Spec. Plant.* p. 64. n. 6.

Gramen miliaceum, aquaticum. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 176. VAILLANT. *Paris.* p. 89. Tab. 17. fig. 7.

DIAGN. *Culmus binodis. Racemi capillacei. Spiculae ſpadiceo-virides. Calyces floſculis vix breviores.*

Habitat circa *Idriam*, prope Fluvium, in ſylvoſis rupibus.

Panicula laxa, palmaris. Spiculae duplo minores, quam in icone VAILLANTII. Petalum internum, ad lentem bifidum.

32. ME-

32. MELICA.

LINN. *Gen. Plant.* 76.

Nectarium pedunculatum, seu rudimentum tertii flosculi intra flores LINN. Spiculae muticae, ne confundatur cum PHLEO *Aegylope.*

95. MELICA *nutans.*

Melica pedunculis simplicibus; spiculis nutantibus, secundis glabris. *Fl. Carniol.* p. 197.
Melica petalis imberbibus; panicula nutante, simplici. LINN. *Syst. Nat.* p. 92. *Spec. Plant.* p. 66. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 76.
Melica radice repente; panicula spicata, simplici; locustis obtusis, pendulis, uno versu dispositis. GLEDITSCH. ap. BOEHM. *Fl. Lips.* 614.
Melica flosculis glabris; summo inaequaliter curtato. GMELIN. *Sibir.* I. p. 97. BOEHM. *Lips.* l. c.

DIAGN. *Spiculae imberbes, secundae, pendulae.*

Habitat in montanis *Carnioliae*, passim.
Gestatio dierum (28). Nectarii pedunculus teres. Stigmata arbusculae similia. Germen receptaculo impositum. Semen lanceolatum, compressum fusco-ferrugineum, obscurioribus punctis variegatum, utrinque acuminatum.

96. MELICA *ciliata.*

Melica panicula spicata; spiculis patentibus; flosculo maiore lanato. *Fl. Carniol.* p. 198.
Melica petalis exterioribus ciliatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 874. *Spec. Plant.* p. 66. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 77. nunc flosculi inferioris petalo exteriore ciliato. *Syst. Nat.* edit. 12. p. 92.
Gramen avenaceum, lanuginosum HALL. *Enum.* p. 217. n. 24.
Gramen avenaceum; spica simplici; locustis densissimis, candicantibus et lanuginosis. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 174. Tab. 3. fig. 16. G. K. I.

Diagn. *Flosculus primus externam superficiem longis pilis barbatam habet.*

Habitat circa rupes et muros. In *Districtu Goriziensi*, circa *Idriam* in *Struk*. in *Vochein* ad *Nomeno*.

Panicula spicata. Calyces glabri. Petalum internum bifidum, et socio duplo brevius. Flos secundus imberbis et saepe sterilis. Semen oblongum, nitens, tenuissime striatum.

I. BAUHINUS iconem suam ex Tabernaemontano desumsit. C. BAUHINI figura in *Prodromo* data spiculas nimium laxas habet. Melicarum icones Clusianae malae sunt, quod mirum sane.

33. CYNOSURUS.

LINN. *Gen. Plant. 81. Species petalo non bifido.*

Differt a Phleo, folliculis integerrimis.

97. Cynosurus *echinatus.*

Cynosurus bracteis pinnato-paleaceis, aristatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 95.

Gramen Alopecuroides; spica aspera. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 80. Tab. 2. fig. 8. D.

Diagn. *Bracteae pinnatae; pinnis patulis, aristatis, flosculi bini, aristati et excepti calyce bivalvi, subargenteo, mutico, acuminato.*

Habitat circa *Duinum*.

Culmus 4-nodis. Spica uncialis. Bracteae una cum floribus, secundae. Glumae flosculis longiores. Bractearum paleae utrinque (6—8). Folliculus involutus, arcte comprehendens minorem et muticum.

34. POA.

Spicula multiflora, mutica, (nec priorum notae).

98. Poa

98. Poa *decumbens.*

Poa fpiculis trifloris, glabris; pedicellis fimplicibus; culmo diffufo. *Fl. Carniol.* p. 192.

Feftuca panicula erecta; fpiculis fubovatis, muticis; calyce flofculis maiore; caule decumbente. LINN. *Syft. Nat.* p. 97. *Spec. Plant.* p. 75. n. 8. *Fl. Suec.* 2. 92.

Feftuca locuftis teretibus, muticis, octifloris; flofculis alternis imperfectis, HALL. *Hift.* n. 1434.

Gramen montanum, avenaceum; locuftis muticis, tumentibus, pilofum. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 170.

Diagn. *Culmus adfcendens. Panicula uncialis, rara, contracta. Spiculae 3-4-florae.*

Habitat in pratis ficcioribus.

Culmi infracti, pedales; articulis tribus. Foliorum vaginae pilofae. Panicula erecta, fubfpicata, fuftinens fpiculas raro ultra feptem. Pedunculi imi duas fpiculas, alii unicam gerunt. Spicula lineas (3—4) longa, unam craffa, pallide virens. Glumae aequales, floribus longiores. Petala bafi pilofa, mutica: maiore tridentato, minore bifido. Semen ovatum flavefcens, compreffum, glabrum, fetulis duabus aut tribus ad bafin inftructum.

99. Poa *trivialis.*

Poa fpiculis trifloris, bafi pubefcentibus; glumis aequalibus. *Fl. Carniol.* p. 193. n. 2.

Poa panicula diffufa; fpiculis trifloris, bafi pubefcentibus; culmo erecto, tereti. LINN. *Syft. Nat.* p. 93.

Eadem ftructura eft Graminis alterius, quod

Poa fpiculis quinquefloris; ovatis; flofculis lanuginofis; culmo tereti. *Fl. Carniol.* p. 195. n. 7.

Poa panicula diffufa; fpiculis quadrifloris, pubefcentibus; culmo erecto tereti. LINN. *Syft. Nat.* p. 874. *Spec. Plant.* p. 67. n. 4. *Fl. Suec.* 2. 81.

DIAGN. *Lanugo ad basin petali exterioris.*

Habitat ubique in pratis.

Adducta Synonyma satis indicant notissimum Gramen, ut amplius describi necesse non sit. POAM quoque *trivialem* ab *angustifolia* diversam non esse, nullum fere dubium est.

100. POA *pratensis.*

Poa spiculis trifloris, glabris; glumis inaequalibus. *Fl. Carniol.* p. 193. n. 3.

Poa panicula diffusa; spiculis trifloris. LINN. *Spec. Plant.* p. 67. n. 5. quinquefloris glabris; culmo erecto tereti. LINN. *Syst. Nat.* p. 93.

Poa panicula diffusa; locustis trifloris glabris. HALL. *Hist.* n. 1465.

Poa panicula diffusa, amplissima; locustis muticis, ovatis, compressis et villosis. GLEDITSCH. ap. BOEHM. *Lips.* 632.

Gramen pratense paniculatum, maius. C. BAUHIN. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 177. Tab. 3. fig. 17. A.

DIAGN. *Panicula diffusa. Spiculae 2-3-florae; glumis inaequalibus: lanugine nulla.*

Habitat in pratis fertilioribus.

Lanae defectus, non vero numerus flosculorum, distinguit hanc speciem a priore.

101. POA *dura.*

Cynosurus spiculis alternis, secundis, sessilibus, rigidis, obtusis, oppressis. LINN. *Syst. Nat.* p. 95. *Spec. Plant.* p. 72. n. 4.

Gramen arvense; polypodii panicula crassiore. BARELLIER. Tab. 50.

DIAGN. *Spiculae 2-4-florae, imbricatae, secundae, in duas series spicatim ordinatae.*

Habitat *Tergesti*, iuxta vias, in aridis.

Radix est iuba composita radiculis plurimis albidis. Culmi multi, digitum longi, rigidi, super terram ro-

sacee

facee faepius diffufi. Folia fuperiora longiora. Spica floralis recta, rigida, facta fpiculis imbricatis duris compreffis lanceolatis. Calyx muticus, glaber, petalis brevior, glumis inaequalibus. Petala inaequalia; uno obtufo, altero acuminato. Germen oblongum. Styli (2—3). Semen ferrugineum, utrinque acuminatum, uno latere connexum, alio angulatum. Flos tertius aut quartus, faepe incompletus. Planta adulta, tota fpadicea eft.

BARRELLIERII figura bona eft, fed nimis erecta; Characterem vero CYNOSURI non invenio.

102. POA *annua.*

Poa fpiculis quinquefloris, ovatis; culmo compreffo. *Flor. Carniol.* p. 195. n. 8.

Poa panicula diffufa; angulis rectis; fpiculis obtufis; culmo obliquo, compreffo. LINN. *Syft. Nat.* p. 93. *Spec. Plant.* p. 68. n. 6. *Fl. Suec.* 2. 38.

Poa culmo infracto; panicula triangulari; locuftis trifloris, glabris. HALL. *Hift.* 1466.

Gramen pratenfe paniculatum, minus. C. BAUH. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 189. Tab. 3. fig. 17.

DIAGN. *Culmus femiprocumbens, compreffus, ex annua radice.*

Habitat paffim in pratis hortisque.

Flofculi nunc virides, nunc rubore fuffufi. Spiculae 4-5-florae, vere floridae. Styli albidi. Germen ovatum, abfque glumulis nectariferis.

103. POA *bulbofa.*

Poa panicula fecunda, patentiuscula; fpiculis quadrifloris. LINN. *Syft. Nat.* p. 83. *Spec. Plant.* p. 79. n. 17.

Poa foliis bulbofis; panicula diffufa; locuftis quadrifloris: folliculis fubvillofis. HALL. *Hift.* n. 1461.

DIAGN. *Culmi et foliorum radicalium bases tuberosae.*

Habitat in herbidis et pascuis.

Data differentia huic vere essentialis, nec alia certior. Flosculi, in terris hisce plerique steriles occurrunt et foliolo terminati, quae facies est POAE *spiculis quadrifloris, flosculis superioribus foliolo terminatis. Fl. Carniol.* p. 194. n. 6. GRAMINIS *arvensis, angustifolii, panicula densa, foliacea; foliis in panicula angustissimis.* SCHEUCHZ. *Gram.* p. 211. GRAMINIS arvensis &c. C. BAUHINI *Prodr.* p. 6. nec non GRAMINIS *cum panicula molli rubente.* I. BAUH. *Hist.* II. p. 464.

104. POA *compressa.*

Poa panicula coarctata, secunda; culmo obliquo, compresso. LINN. *Syst. Nat.* p. 93. *Spec. Plant.* p. 69. n. 15. *Fl. Suec.* 2. 84.

Poa culmo compresso declinato; locustis distichis, sexfloris. HALL. *Hist.* n. 1455.

Gramen paniculatum; radice repente; culmo compresso; locustis distichis, pulchellis. SCHEUCHZ. *Gram* p. 198.

DIAGN. *Panicula rigida, erecta, angusta; spiculis lanceolatis, secundis, 6-8-floris.*

Habitat in siccis *Austriaci Littoralis.*

Scapi vix semipedales, duri, modice compressi, foliosi. Folia angusta, glabra, longitudine paniculae. Panicula fit racemis eo minoribus et invicem minus remotis, quo magis a radice distant. Primi racemi gerunt spiculas ad (4). Glumae flosculis breviores, muticae. Petala mutica acuminata; interioris margine denticulato. Antherae fulvae.

Graminis huius ramosa varietas est POA *spiculis septemfloris; foliis glabris; culmo ramoso. Fl. Carniol.* p. 196. n. 9.

105, POA *aquatica.*

Poa panicula diffusa; spiculis sexfloris, linearibus. LINN. *Syst. Nat.* p. 92. *Spec. Plant.* p. 67. n. 1. *Fl. Suec.* 2, 78. IACQUIN. *Austr.* p. 15. GMELIN. *Sibir.* I. p. 105. BOEHM. *Lips.* 633.

Poa altissima; foliis latissimis; panicula amplissima; locustis distichis, multifloris. HALL. *Hist.* n. 1454.

Poa culmo longissimo; panicula ramosa, pedali; locustis imbricatis, distichis, sexfloris, muticis. GLEDITSCH. ap. BOEHM. l. c.

Gramen palustre paniculatum, altissimum. C. BAUH. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 191.

DIAGN. *Panicula maxima, erecta rigida. Pedicelli flexuosi. Spiculae sexflorae, petalum exterius striatum.*

Habitat in aquosis.

Panicula spadiceum colorem demum acquirit. Spiculae non bene dicuntur lineares, sed potius lanceolatae, quas pinxit etiam SCHEUCHZERUS. Ex TABERNEMONTANO exscripsit Editor *Historiae* I. BAUHINI.

106. POA *fluitans.*

Poa spiculis decemfloris, teretibus, rachi adpressis; racemis binatis, secundis, patulis. *Fl. Carniol.* p. 196. n. 12.

Festuca panicula ramosa, erecta; spiculis subsessilibus, teretibus, muticis. LINN. *Syst. Nat.* p. 97. *Spec. Plant.* p. 75. n. 10. *Fl. Suec.* 2. 95.

Poa locustis teretibus, multifloris; glumis floralibus; exterioribus truncatis, interioribus bifidis. HALL. *Hist.* n. 1453.

Gramen aquaticum, fluitans; multiplici spica. C. BAUH. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 199. Tab. 4. fig. 5.

DIAGN. *Culmus basi ramosus, ex imis geniculis radicatus. Panicula sparsa. Spiculae teretes. Calyces albidi, polyanthi: flosculi (ad 12).*

Habitat in aquosis et circa lacus.

Culmus basi procumbens bene pingitur a I. BAUHINO *Hist.* II. p. 490. Panicula foliis longior. Spicula rachi adpressae. Glumae inaequales. Petalum unum tridentatum: dente medio longiore. Antherae luteolae. Styli duo, stigmata ramosa.

Germen teretiusculum, striatum, obtusum, apice albis villis pubescens. Glumulae nectariferae nullae.

107. POA *Phoenix.*

Poa spiculis octofloris, teretibus compressis, pendulis. *Fl. Carniol.* p. 196. n. 10.

Gramen loliaceum; panicula multiplici et spicata. TOURNEF. SCHEUCHZ. *Gram.* p, 200.

Phoenix multiplici spicata panicula. PARK. *Th.* 1145.

DIAGN. *Panicula laxa; racemis binatis, nutantibus. Spiculae quales in* BROMO PINNATO, *sed breviores. Petala aequalia: interiore bifido.*

Habitat in pratis, minime rara.

Culmus bipedalis et longior. Panicula etiam semipedalis. Racemi laxi, flaccidi.

In uno racemo spiculae raro ultra quatuor lineas (9 - 10.) longae. Glumae inaequales, floribus breviores. Germen obtusum, duabus glumulis vallatum.

Variat Spiculis 4 - 5 - floris et 14 - floris, nec non panicula erectiore magisque contracta.

108. POA *nemoralis.*

Poa panicula attenuata, spiculis subbifloris mucronatis scabris, culmo incurvo. LINN. *Syst. Nat.* p. 93. n. 16.

Poa culmo debili; panicula nutante, locustis - bifloris; folliculis subvillosis. HALL. *Hist.* n. 1469.

DIAGN. *Panicula laxa. Spiculae parvae.*

In *Kubillae* saxis, prope *Idriam.*

Cul-

Culmus pedalis, tenuis. Panicula palmaris, laxa. Spiculae pauciflorae, acuminatae non ſcabrae.

35. BRIZA.

LINN. *Gen. Plant.* 78.

Spicula baſi emarginata; reliqua Poae.

109. Briza *media.*

Briza ſpiculis ſeptemfloris, ovatis. *Fl. Carniol.* p. 198.

Briza ſpiculis ovatis; calyce floſculis breviore. LINN. *Syſt. Nat.* p. 94. *Spec. Plant.* p. 70. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 86.

Poa petiolis tenuiſſimis; locuſtis ovatis. HALL. *Hiſt.* n. 1448.

Gramen tremulum, maius. C. BAUH. SCHEUCHZER. *Gram.* p. 204.

Diagn. *Calyces ſeptemflori. Culmus nodis* (5) *tribus prope radicem. Racemi binati, undulati.*

Habitat paſſim in pratis.

Glumae ovatae carinatae. Petalum minus ovatum, bifidum, duplicatura inſtructum. Antherae fuſco-rubrae; apicibus flavicantibus: polline luteo. Germen apice bifidum. Styli duo plumoſi; calyce longiores. Germini adiacet nectarium uniglumae.

110. Briza *eragroſtis.*

Briza ſpiculis lanceolatis; floſculis viginti. LINN. *Syſt. Nat.* p. 94. *Spec. Plant.* p. 70. n. 4.

Poa locuſtis diſtichis, decemfloris; calycibus acutis. HALL. *Hiſt.* n. 1450.

Gramen paniculis elegantiſſimis, ſive Ἐραγροςίς, maius. C. BAUH. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 194. Tab. 4. fig. 4.

Diagn. *Culmus adſcendens. Spiculae lanceolatae; floſculi plures quam* (12).

Habitat circa *Goriziam* et *Tergeſtum.*

Culmus faepe ramoſus. Panicula rigidula; racemis oppoſitis et alternis. Spicularum figura fere eadem, quae

quae ſpicarum CYPERI *Flaveſcentis*. Numerus florum varius, nam in Auſtriacis exemplaribus, coram habeo (15), in Carniolici (20); in Italicis plures. Semen rotundum, flavicans, reticulato-rugoſum.

36. BROMUS.

GRAMINA polyantha mutica ab ariſtatis dividere potui, FESTUCAS vero et TRITICA a BROMIS notam aliquam, quae vere diſtinguat, invenio nullam. Coniungam itaque haec tria Genera in unum, cum idem ſit, ſive Ordines accurati militent ſub uno vexillo Generis naturalis, ſive Ordo quilibet proprium Genus conſtituat, dummodo cognitio ſpecierum difficilior non reddatur. Character itaque BROMI erit ſpicula multiflora, plus minus ariſtata; floſculis omnibus hermaphroditis.

(*) FESTUCAE, PANNICULATAE.

(✝) *Ariſta terminali.*

111. BROMUS *glomeratus*.

Poa ſpiculis quadrifloris, glomeratis, aſperis; racemis ſolitariis. *Fl. Carniol.* p. 194. n. 5.

Bromus locuſtis tetranthis, faſciculatis, imbricatis. HALL. *Hiſt.* n. 1512.

Dactylis panicula ſecunda, glomerata. LINN. *Syſt. Nat* p. 95. *Spec. Plant.* p. 71. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 86. nunc CYNOSURUS.

Gramen ſpicatum; folio aſpero. C. BAUH. *Pin.* 3. *Prodr.* p. 9. cum icone. SCHEUCHZER, *Gram.* p. 299. Tab. 6. fig. 15.

Gramen aſperum. I. BAUH. *Hiſt.* II. p. 467.

DIAGN. *Spiculae quadriflorae, glomeratae, aſperae.*

Habitat in pratis ſiccioribus et iuxta vias.

Attributa Graminis huius ſunt; 1. Nodi in culmo (5). 2. Folia in culmo tria; vaginis ancipitibus et villoſis.

fis. 3. Racemi folitarii, rigidi. 4. Tumor calofus inter culmum et racemum primum. 5. Racemus primus, florefcentiae tempore, horizontaliter patens, dein deflexus. 6. Spiculae fecundae, afperae, compreffa, glomeratae, 3.4-florae. 7. Petala bifida, maiore e divifura ariftulam proferente. 8. Florefcentia circa medium M. Iulii. A. POA remouet petalum unum ariftatum, a CYNOSURO calyx multiflorus, et bractee defectus, a DACTYLI calyx acutiffimus. ZANICHELIUS pro icone Graminis huius, CARICEM nefcio qualem, propofuit, et male dicitur fpicatum a C. BAUHINO, Gramen adeo evidenter paniculatum.

112. BROMUS *ovinus*.

Feftuca panicula fecunda, coarctata, ariftata; culmo tetragono, nudiufculo; foliis fetaceis. LINN. *Syft. Nat.* p. 96. *Spec. Plant.* p. 73. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 91.

Feftuca foliis perangultis; panicula ftricta. HALL. *Hift.* n. 1441. 1442.

Gramen foliolis iunceis, brevibus, maius; radice nigra. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 279. Tab. 6. fig. 8.

DIAGN. *Culmus tenuis, erectus. Folia fetacea. Panicula coarctata, erecta; racemis folitariis. Calyx flofculis brevior. Petalum interius bifidum. Semen coloratum. Styli in lanam fatifcentes.*

Habitat in pratis, pafcuis, et alpibus.

VAR. 1. *Calycibus trifloris.*

In Pafcuis, et ex *Auftria* miffus.

Culmus binodis, teretiufculus Panicula uncialis fpiculae virides, cum rudimento quarti flofculi. Petalum externum acuminatum, fubariftatum.

— 2. — *quadrifloris.*

In M. *Grindovitz.*

Cul-

Culmus ſubangulatus. Panicula biuncialis, flavicans, Petalum muticum.

VAR. 3. *Calycibus 4-5-floris.*

In *Carniolia* non rarus, et ex *Auſtria* miſſus.

Panicula biuncialis, laxior. Spiculae pallide virentes et rubore aliquo tinctae. Petalum ariſtatum; ariſta aequante longitudinem alterius petali.

— 4. — *quinquefloris.*

In *Carniolia* et ex *Auſtria.*

Culmus teres. Panicula triuncialis. Glumarum apices rubri. Petali ariſta lineam longa.

— 5. — *5-6-floris.*

Apud nos frequens.

Petalum ſubariſtatum.

— 6. — *ſexfloris.*

In *Carnioliae* pratis ſiccis.

Culmus uno nodo inſtructus, ſupra medium una cum pedicellis violaceo-ruber.

Ariſta petali duas lineas longa.

— 7. — *6-7-floris.*

In Alpibus.

Culmus trinodis, teretiuſculus. Petalum muticum.

— 8. — *ſeptemfloris.*

In M. *Grindovitz.*

Culmus teres, pedalis et longior, Panicula triuncialis. Spiculae pallide virides.

Gramen SCHEUCHZERI *iuncifolium primum, varietati 3 proximum; ſecundum et tertium 4tae, quartum et quintum 3tiae.*

113. BROMUS *ſterilis.*

Bromus panicula nutante; pedunculis ſimplicibus; ariſta pedalis longiore. *Fl. Carniol.* p. 203. Sed Linneana Synonyma aliam plantam indicant.

Bromus panicula patula; ſpiculis oblongis, diſtichis, glumis ſubulato-ariſtatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 97. *Spec. Plant.* p. 77. n. 5.

Bro-

Bromus panicula nutante; locuſtis ſeptifloris; glumis argute lanceolatis, lineatis, ſubhirſutis. HALL. *Hiſt.* n. 1505.

Gramen avenaceum; panicula ſparſa; locuſtis maioribus et ariſtatis. SCHEUCHZER. *Gram.* p. 258. Tab. 5. fig. 14.

Aegilops I. MATTHIOL. *Dioſc.* p. 746. I. BAUHIN. *Hiſt.* II. p. 439.

DIAGN. *Spicula, una cum ſuis ariſtis, duas uncias longa, ſeptemflora, e longo tenui et ancipiti pedunculo pendens. Ariſta uncialis, petalo proprio longior.*

Habitat circa hortos et vias.

Culmus cubitalis. Folia ſuperne villoſula. Panicula foliis caulinis longior, nutans.

Pedunculi longi et ſaepe indiviſi paniculam conſtituunt. Ariſtae apex demum ruber. Petalum minus bifidum, ciliatum, longitudine glumae minoris. Antherae flavae. Germen ovatum, apice pubeſcens. Nectarium biglume, germen ambiens.

114. BROMUS *ſtrictus.*

DIAGN. *Spiculae 2-3-florae, axi adpreſſae. Petalum exterius bifidum, e medio ariſtatum, interius muticum, bipartitum.*

Inveni 2. Octobr. In colle *Medeae.*

Culmi bipedales, diffuſi, vix lineam craſſi. Folia refracta, vix biuncialia. Panicula 2-3-uncialis, laxa, rigida. Racemi ad angulum rectum cum rachi communi, pauciflori, plerumque ſimplices. Spiculae 2-4-lineas longae, violaceo viridique colore tinctae, glabrae. Cal. biglumis, muticus, petalis minor. Deſcriptionem non invenio.

(✝✝) *Ariſta dorſali.* BROMI LINN.

115. BROMUS *polymorphus.*

DIAGN. *Vaginae foliorum villoſae. Nodi faſcia atro-rubra notati. Spiculae teretes, lanceolatae,*

tae, crassae. Calyx longitudine petali primi. Glumae et petala striata. Petalum internum truncatum, ciliatum.

Habitat in Arvis, pratis, et circa vias.

Inter Bromos Linnaeanos, *secalinum*, *squarrosum*, *hordeaceum*, *arvensem* et *tectorum* certos limites non invenio; Nam *1.* Gramen *avenaceum arvense*, *glumis non villosis*, et *veluti compressis*. RUPPII coniungit Bromum *squarrosum* cum *arvense*. *2.* *Ill.* HALLER, qui specimina Graminum Scheuchzerianorum. 4. 5. *Histor. Gram.* p. 253. 254. coram habuit, minima diversa esse docet. *3.* *Ill.* LINNAEUS ipsemet in *Syst. Nat.* coniunxit Bromum *Secalinum* cum *Hordeaceo*. *4.* Bromus *secalinus*, non alia certiore nota differt a *squarroso*, quam aristis erectis, quae in hoc patentiores sunt, sed hoc discrimen insufficiens est, nam si spiculae muticae et aristatae in eodem Gramine SCHEUCHZERI p. 253. n. 4. reperiuntur, nec situs aristae sufficere poterit ad specierum distinctionem, cum ego in eadem specimine Bromi *squarrosi* viderim aristas, etiam erectas et inflexas. *5.* Habitus Paniculae plus minus contractae, pendet unice a loco natali, et cultura mutari potest. *6.* In Bromo *secalino* spiculae non sunt ovatae, nec lineares in B. *tectorum*, sed omnino lanceolatae. *7.* Omnibus dictis Bromis praeter notas in Diagnosi dictas, proprium est gerere culmum crassis nodis, et foliis quatuor instructum, Petala aequalia bifida, Petalum internum planum marginatum et absque duplicatura, Antheras flavas demum ferrugineas, Nectarium biglume, setaceum ad basin germinis.

116. Bromus *giganteus*.

Bromus panicula nutante; racemis secundis, binatis; spiculis quadrifloris, fluitante arista brevioribus. *Fl. Carniol.* p. 205. n. 16. Specimen glabrum.

Bro-

Bromus panicula nutante; racemis binatis; ſpiculis ſexfloris; petalo minore, glumis breviore *Fl. Carniol.* p. 206. n. 18. Varietas piloſa.

Bromus panicula nutante; ſpiculis quadrifloris, ariſtis brevioribus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 97. *Spec. Plant.* p. 77. n. 9. *Fl. Suec.* 2. 99.

Bromus glaber; locuſtis quadrifloris, nutantibus; longiſſimis. HALL. *Hiſt.* n. 1510.

Gramen Bromoides, aquaticum, latifolium; panicula ſparſa, tenuiſſime ariſtata. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 264. HALL. *Enum.* p. 209 n. 2. 4.

Gramen ſylvaticum. VAILLANT. *Paris.* Tab. 18. fig. 3.

DIAGN. *Gramen ſylveſtre, magnum, latifolium; panicula ſparſa.*

Habitat in udis et umbroſis, Iunio florens.

VAR. 1. *glabra et minor.*

Culmus tripedalis, levis, nodis foliisque tribus etc. Folia glabra; ſpithamaea ſemiunciam fere lata. Panicula ſemipedalis; racemis patentibus ſolitariis et binatis, ultra duodecim ſpiculas raro gerentibus. Spiculae 4-5-florae, lineas quatuor longae, unam craſſae. Glumae inaequales, corollis breviores. Ariſta lineam longa. Antherae rubellae. Nectarium biglume.

—— 2. *villoſa et maior.*

Culmus humanae ſtaturae, calami ſcriptorii craſſitiae; nodis ſex. Foliorum vaginae piloſiſſimae; binis denticulis albidis, culmum amplexantibus. Panicula magis nutans, maior. Racemi binati, gerentes ſpiculas raro plures quam ſeptem. Petalum externum villoſulum. Ariſtae longitudo eadem, quae petali bifidi.

117. BROMVS *montanus.*

Bromus panicula suberecta; pedicellis simplicibus, distichis: arista petali longitudine. *Fl. Carniol.* p. 205. n. 15.

Bromus glaber, panicula nutante; locustis quadrifloris; glumis subhirsutis. HALL. *Hist.* n. 1506.

Gramen Bromoides, montanum, hirsutum; panicula minus sparsa, corniculata. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 263. huc pertinere videtur.

DIAGN. *Panicula potius contracta. Gluma maior et petalum aristatum tribus lineis eminentibus striata; media scabra. Arista longitudine petali proprii.*

Habitat in montibus circa *Idriam.*

Panicula uncias tres et quatuor longa, erecta, non diffusa. Pedunculi ramosi et simplices ex eodem verticillo. Spiculae 5-6-florae, per aetatem rufescentes, angustae ut in BROMO *sterili*, sed breviores. Calyces acutissimi, mutici, inaequales, Petalum interius bifidum, calyce nihilo brevius, ciliatum. Germen apice dilatatum, glabrum, coronatum villis.

118. BROMUS *pinnatus.*

Bromus spiculis subsessilibus, alternis, teretibus, patulis. *Fl. Carniol.* p. 201. n. 5.

Bromus culmo indiviso; spiculis alternis, subsessilibus, teretibus, subaristatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 98. *Spec. Plant.* p. 78. n. 10. *Fl. Suec.* 2. 109.

Triticum spicis distichis, locustis teretibus, hirsutis, aristatis, duodecimfloris. HALL. *Hist.* n. 1431.

Gramen spica Brizae, maius. C. BAUHIN. *Prodr.* p. 18.

DIAGN. *Spiculae longae, teretes; brevibus pedicellis.*

Habitat in pratis.

Spicu-

Spiculae unciam longae 12-18-florae. Flosculi puncto fusco signati, imbricati. Petala aequalia. Germen obcordatum. Nectarium biglume.

Gramen C. BAUHINI huc omnino pertinet, sed hoc ipsum SCHEUCHZERUS diversum facit a Gramine *Loliaceo corniculato* TOURNEFORTII.

Species haec coniungit BROMOS *paniculatos cum spicatis.*

(**) TRITICA. SPICATA.

119. BROMUS *villosus.*

DIAGN. *Flosculi aristati. Receptaculum villosum.*

VAR. 1. *Spiculis 6-7-floris; petalo aristato, glumis longiore.*

Triticum radicibus repentibus, vaginosis; foliis hirsutis; locustis octofloris. HALL. *Hist.* 1427.

Gramen latifolium; spica triticea, compacta. C. BAUH. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 4.

Habitat secus vias in *Carniolia* calidiore.

Culmus humanae quoque staturae. Spica semipedalis. Petali arista semiuncialis, aut brevior, quale specimen *Labaco* misit P. WULFEN.

Eandem Plantam *Lipsia* misit Cl. SCHREBERUS cum nomine ELYMI *canini* LINN. cum vero careat involucro multiseto ELYMI *canadensis*, ac Genuinum gerat BROMI characterem, sic aliam sedem dare nolui.

— 2. *Spiculis 10-12-floris; culmo nodis vaginisque pilosis.*

Gramen spica triticea compacta, hirsutum, aristatum. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 9. n. 7.

Habitat prope aquae ductus *Idrienses.*

Spica semipedalis. Gluma maior interiore petalo longior. Arista terminalis, petalo pro-

 prio

prio longior. Petalum internum truncatum; marginalibus nervis in brevem ariſtam exeuntibus. Nectarium biglume; apice ciliatum.

Huc pertinet BROMUS *diſtachyus* LINN, iuxta ſpecimem miſſum a Cl. SCHREBERO.

VAR. 3. *Spiculis ſubquadrifloris, breviter ariſtatis.*

Gramen tritici ſpica muticae ſimili, anguſtifolium. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 7.

Habitat in agris.

Gramen Tritici ſtatura; nodis ſex. Folia ſemipedalia, tres lineas lata. Spica quatuor uncias longa. Spiculae 3-4-florae. Calyx muticus. Petalum maius lineas quatuor longum, brevi ariſta terminatum.

120. BROMUS *glaber.*

DIAGN. *Floſculi ſubmutici. Receptaculum glabrum.*

VAR. 1. *Spiculis trifloris.*

Bromus ſpiculis ſeſſilibus, alternis, trifloris, calyce brevioribus. *Fl. Carniol.* p. 199. n. 1.

Triticum calycibus ſubulatis, trifloris, acuminatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 880. *Spec. Plant.* p. 86. n. 6. *Fl. Suec.* 2. 114.

Triticum radicibus repentibus, vaginoſis; foliis hirſutis; locuſtis quinquefloris. HALL. *Hiſt.* 1426.

Gramen caninum arvenſe, ſ. Gramen *Dioſcoridis.* C. BAUH. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 5. n. 2.

Habitat in et circa hortos.

Glumae trinerves. Petala aequalia. Germen in apice, et lateraliter ſupra medium villis pubeſcens. Nectariferae glumulae apice denticulatae.

—— 2, *Spiculis quinquefloris.*

Habitat in cultis.

Caly-

Calycina gluma petalo maiori aequalis. Petalum maius trinerve, ariſtula terminatum.

121. BROMUS *truncatus.*

DIAGN. *Spiculae muticae ſeptemflorae; calycibus petalisque truncatis.*

Habitat in *Auſtriaco Littorali*, et ex *Auſtria* quoque miſſus ab *Eruditiſſimo* a MYGIND.

Spicae longitudo quae in BROMI *villoſi Var. I.* Spiculae remotae, muticae. Glumae oblique truncatae. Petala bifida, planiuſcula. An hic TRITICUM *iunceum* LINN.? Numerus florum in hoc Genere fallaciſſimus. Solus ſitus ſpicularum diſtinguit TRITICA a BROMIS.

37. STIPA.

LINN. *Gen. Plant.* 84.

Ariſtae longiſſimae, baſis inarticulata apici petali maioris.

122. STIPA *pennata.*

Stipa ariſtis lanatis. LINN. *Syſt. Nat.* 98. *Spec. Plant.* p. 78. n. 1. *Fl. Carniol.* p. 187. KRAM. *Auſtr.* p. 23. IACQUIN. *Auſtr.* p. 15. HALL. *Hiſt.* n. 1514.

Feſtuca iunceo folio. C. BAUH. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 151. Tab. 3 fig. 13.

Aegilops IV. TABERNEM. p. 545.

DIAGN. *Ariſta etiam ſemipedalis, undique emittens pilos albos tenuiſſimos, patulos.*

Habitat in M. *Nanas*, circa *Pottguelb*, *Lipputtam*, et in *Karrſchia.*

E primo paniculae articulo racemi duo, ex aliis unicus oritur, idemque ut plurimum ſimplex. Glumae glabrae, attenuatae in ariſtam. Petalum maius apice glabrum eſt, alibi villoſum, ariſtatum. Ariſta haec ad baſin contorta eſt funiculi adinſtar, dein fle-

ctitur ad latus, ac demum erigitur et villos emittit. Plumosa pars aristae, totius paniculae longitudinem saepius adaequat, pars vero imberbis duplo certe brevior est.

123. STIPA *iuncea.*

Stipa aristis nudis rectis; calycibus semine longioribus; foliis intus laevibus. LINN. *Syst. Nat.* p. 98. *Spec. Plant.* p. 78. n. 2. IACQUIN. *Austr.* p. 13. HALL. *Hist.* n. 1513.
Festuca glumis unifloris; aristis longissimis. GMELIN. *Sibir.* I. p. 114 charactere generico lato nimis. BOEHM. *Lips.* 644. cum in congrua citatione I. BAUHINI.
Festuca iunceo folio. C. BAUH. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 151.
Aegilops IV. TABERNEM. p. 545.

DIAGN. *Panicula exit e folio convoluto, tanquam ex spatha. Petalum basi lanatum. Arista pilis destituta.*

Rarior in his terris.
Arista in hac specie, basin minus contortam et potius semicylindricam habet, et caret illa flexura, quam superior portio aristae prioris speciei habet.

38. AVENA.

LINN. *Gen. Plant.* 85.

Arista e dorso corollae articulata, intorta, constituit essentialem characterem. LINN. Flores omnes hermaphroditi; hinc *Avena Elatior* LINN. ad *Holci* Genus amandanda, vi methodi sexualis.

124. AVENA *pilosa.*

Gramen hoc essentialem suum characterem mirifice occultat. Statura spicularum et numerus flosculorum non sunt notae constantes, sed mutabiles a climate

climate et loco natali. Arbitror itaque AVENAM *flexuosam*, *flavescentem*, *fatuam*, *pratensem*, *nudam* et *fragilem*. Celeberr. LINNAEI, non esse species distinctas, sed ad unciam commode reduci posse. En rationes 1. Omnibus his suppositis speciebus hae notae communes sunt. Panicula erecta, non adeo longa, racemis et pedicellis tenuibus. Calyx coloratus, nitidulus. Receptaculum pilosum. Petalum maius apice incisum, et e dorso proferens aristam tortilem, infractam, flosculo duplo longiorem. 2. AVENA *flexuosa*, *biflora*, *flavescens* et *fatua* subtriflorae, *pratensis*. 3-5-flora, *nuda* et *fragilis* subquadriflorae. 3. AVENAE *pratensis* flosculos LINNAEUS numerat quinque, SCHEUCHZERUS (2—5), HALLERUS tres, Ego tres et quatuor, aut tres, cum rudimento quarti flosculi, et tunc receptaculum cum longius esse debeat, ita calycem ut excedat oportet. 4. Conferantur horum Graminum Descriptiones et icones SCHEUCHZERIANAE, et patebit, non aliter inter se differre, quam statura spicularum et numero flosculorum. An vere diversa AVENA *pensylvanica* LINN? certe specifica differentia non prodit verum discrimen, et in Herbario Eruditissimi MYGINDI vidi specimen idem prorsus quod SCHEUCHZERUS pinxit in Tab. 5. fig. 1. et a LINNAEO habetur pro AVENA *fatua*, loco AVENAE *pensylvanicae* positum.

39. ARUNDO.

SCHEUCHZ. LINN. *Gen. Plant.* 87.

Pappus simplex, intra florem, s. lana cinctum. GLEDITSCH.

125. ARUNDO *epigeios*.

Arundo calycibus unifloris; panicula erecta; foliis subtus glabris. LINNAEI *Syst. Nat.* p. 100.

p. 100. *Spec. Plant.* p. 82. n. 5. *Fl. Suec.* 2. 106.

Arundo locuftis unifloris, fericeis, muticis; panicula ftricta. HALL. *Hift.* n. 1520.

Gramen arundinaceum; panicula molli, fpadicea. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 122. Tab. 3. fig. 3. B. *Prodr.* p. 21. Tab. 5.

Gramen plumofum. I. BAUH. *Hift.* II. p. 476.

DIAGN. *Culmus fimplex. Calyces uniflori. Petalum unicum, convolutum, calyce longius.*

Habitat in *Carniolia* calidiore.

In hac fpecie pariter omnia confufa funt. KRAMERUS ARUNDINEM *calamogroftidem.* LINN. ad ripas et Lacus Danubiales in *Auftria* inventam adducit fed ibi (ut certum me fecit *Eruditiff.* Amicus) non *calamogroftis* nafcitur, fed *Epigeios.* Certe fpecimina A. *calamogroftidis* quae vidi in *Auftriam* a LINNAEO miffa, ramofos culmos habebant, qua nota caret *Epigeios.* Sed quare LINNAEUS pro ARUNDINE *calamogroft.* ponit GRAMEN *arundinaceum* SCHEUCHZERI Tab. 3. fig. 3. B.? de quo SCHEUCHZERUS non fcripfit habere culmum ramofum, quodque cum fpeciminibus noftris ARUNDINIS *Epigeios* omnino convenit?

126. ARUNDO *Agroftis.*

Arundo calycibus unifloris; petalo maiore ariftato: arifta e bafi recta, glumis longiore. *Fl. Carniol.* p. 209. n. 2.

Agroftis panicula oblonga; petalo exteriore bafi villofo; arifta torta, calyce longiore. LINN. *Syft. Nat.* p. 90. *Spec. Plant.* p. 61. n. 3. *Fl. Suec.* 2. 63.

Arundo locuftis unifloris, glumis ex imo dorfo ariftatis. HALL. *Hift.* n. 1522. bene.

Gramen avenaceum, montanum; panicula angufta, e dilutiffimo fufco - albicante et pappofa. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 507.

DIAGN.

DIAGN. *Calyces uniflori. Petala bifida: exteriore supra basin aristam educente.*

Habitat circa Fluvios. Floret initio M. Iulii.

Sed quare AGROSTIS, cum pappus adeo manifestus sit intra flores? Nec arista recta est, sed e medio modice refracta.

127. ARUNDO *donax.*

Arundo calycibus trifloris; panicula diffusa. LINN. *Syst. Nat.* p. 190. *Spec. Plant.* p. 81. n. 2.

Arundo caule lignoso, geniculato; foliis latissimis; locustis trifloris. HALL. *Hist.* n. 1516.

Arundo sativa, s. donax DIOSCORIDIS. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 159.

Arundo maxima. I. BAVHIN. *Hist.* II. p. 486.

DIAGN. *Panicula diffusa, calyces triflori.* LINN. ROYEN.

Habitat *Tergesti* inter vineas et sylvas.

128. ARUNDO *phragmites.*

Arundo calycibus quinquefloris; panicula laxa. LINN. *Syst. Nat.* p. 100. *Spec. Plant.* p. 81. n. 3. *Fl. Suec.* 2. 105. *Fl. Carniol.* p. 209. n. 3.

Arundo foliis secantibus; locustis trifloris, papposis, muticis. HALL. *Hist.* n. 1515.

Arundo vulgaris, sive phragmites DIOSCORIDIS. C. BAUH. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 161. Tab. 3. fig. 14, ZANNICHEL. *Ven.* p. 22. Tab. 183.

DIAGN. *Panicula laxa, calyces quinqueflori.* LINN. ROYEN. KRAM. IACQUIN.

Habitat in et circa fossas.

Coram habeo calycem biglumem, muticum, dein glumam aliam duplo longiorem, muticam, fulcientem flosculos binos, quorum petalum unum aristatum, aliud muticum et integrum est; Ergo numerus florum caracterem specificum nullum facit.

40. LOLIUM.

LINN. *Gen. Plant.* 90.

Cavitas axi ſpicae inſculpta, loco glumae calycinae alterius HALL. Cal. linearis, multiflorus, Cor. inaequivalvis GLEDITSCH. ariſta ex apice petali exterioris. ADANS.

129 LOLIUM *perenne.*

Lolium ſpica mutica; ſpiculis compreſſis, multifloris. LINN. *Syſt. Nat.* p. 100. *Spec. Plant.* p. 83. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 110. *Fl. Carniol.* p. 182.

Lolium radice perenni; locuſtis contiguis, octofloris. HALL. *Hiſt.* n. 1416.

Gramen loliaceum anguſtiore folio et ſpica. C. BAUH. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 25. ZANNICHEL. *Ven.* p. 117. Tab. 66. fig. 1.

DIAGN. *Spicula 4-6-flora, mutica, calyce longior.*

Habitat ſecus vias, et in pratis ſterilioribus.

Culmus facile decumbens, Floreſcentia aeſtiva. Petalum externum acuminatum, alterum bifidum, et duplicatura inſtructum. Nectarium biglume.

130. LOLIUM *temulentum.*

Lolium ſpica ariſtata, ſpiculis compreſſis, multifloris. LINN. *Syſt. Nat.* p. 100. *Spec. Plant.* p. 83. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 109. *Fl. Carniol.* p. 181.

Lolium annuum; locuſtis diſſitis. HALL. *Hiſt.* n. 1420.

Gramen Loliaceum ſpica longiore, ſeu Lolium DIOSCORIDIS. C. BAUH. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 31. Tab. 1. fig. 7. E. F.

DIAGN. *Radix annua. Spiculae ariſtatae.*

Habitat inter Segetes.

Notiſſima Zizania eſt, Homini et Suibus temulentiam inducens vapida ſeminis aura.

HORDEI ſpecies noſtrae indigenae *Polygamae* ſunt, hinc in *Cl. XXIII.* recenſendae.

TRI-

TRIGYNIA.

41. POLYCARPON.

LINN. *Syst. Nat. p. 881.*

Calyx pentaphyllus, pentagonus, Corolla longior. Petala persistentia. Capsula ad basin usque dehiscens in valvas tres intortas et lanceolatas.

131. POLYCARPON *tetraphyllum.*

Polycarpon. LINN. l. c.
Mollugo foliis quaternis, obovatis; panicula dichotoma. LINN. *Syst. Nat.* p. 104.
Triclis Tristemon; foliis coniugatis. HALL. *Goett.* pag. 25.

DIAGN. *Caulis erectus, dichotomus, stipulae albae, conicae. Folia elliptica, obtusa integerrima.*

Habitat in *Istria*, circa *Duinum* et *Tergestum*.

Radicula annua, tenuis. Caules digiti longitudine. Folia bina in caule, ad originem ramorum quaterna. Flores in summis ramis subcymosi; uno solitario inter ramos florales.

CLASSIS

CLASSIS IV.
TETRANDRIA
MONOGYNIA.

42. GLOBULARIA.

TOURN. *I. R. H. p. 466. Tab. 265.*

Calyx communis imbricatus. LINN. proprius quinquefidus TOURN. D.H. Corollae unilabiatae, 3-5-fidae. TOURN. B. B. B. Semen intra calycem HALL. Capſula quae prius Calyx fuit TOURN. Stamina inaequalia ADANS. Receptaculum paleaceum LINN.

132. Globularia *vulgaris.*

Globularia caule herbaceo; foliis radicalibus tridentatis, caulinis lanceolatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 111. *Spec. Plant.* p. 96. n. 3. *Fl. Suec.* 2. 116. *Fl. Carniol.* p. 349.

Globularia foliis radicalibus emarginatis, exnervo ariſtatis, caulinis lanceolatis. HALL. *Hiſt.* n. 218.

Diagn. *Scapus tectus foliis imbricatis, lanceolatis.*

Habitat in collibus et pratis.

Prioris anni folia emarginata ſunt, cum mucrone medio; recentia vero tridentata. Calyces ſubtetragoni, compreſſi, parumper gibbi. Stamina breviora laciniis labii ſuperioris. Germen ovatum.

133. Globularia *cordifolia.*

Globularia caule ſubnudo; foliis cuneiformibus, tricuspidatis; intermedio minimo; LINN. *Syſt. Nat.* p. 111. *Spec. Plant.* p. 96. n. 5.

Glo-

Globularia caule unifolio, et unifloro, foliis emarginatis, nervo ariſtato. HALL. *Hiſt.* n. 216.

DIAGN. *Ceſpitoſa ſuffruteſcens, ſuper ſaxa et in aridis ceſpitoſe naſcens, nudicaulis.*

Habitat paſſim.

Calyx proprius pubeſcens. Eſt *Scabioſa X.* ſive *repens* CLUSII. Caulis in ſpecimine HALLERIANO a Cl. WILLICH transmiſſo, ad baſin ligulam foliaceam gerit, folia tribus denticulis terminata.

134. GLOBULARIA *nudicaulis.*

Globularia caule nudo; foliis integerrimis, lanceolatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 111.

Globularia foliis oblongis, ovatis, integerrimis; caule nudo, unifloro. HALL. *Hiſt.* n. 217.

DIAGN. *Folia integerrima lanceolata, obtuſa. Scapus ſubnudus. Corollae trifidae.*

In *Alpibus Vochinenſibus.*

Scapus apud nos foliis paulo longior, duabus aut tribus ſquamis inſtructus, caeterum aphyllus. Flores trifidos plerosque video, aliquos vero quadrifidos.

43. SCABIOSA.

TOURN. *I. R. H. p. 463. Tab. 263. 264.*

Germina duplici calyce coronata, infera, nuda.

(*) *Thalamo villoſo.*

135. SCABIOSA *arvenſis.*

Scabioſa corollis quadrifidis; receptaculis piloſis; foliis imis ovatis; ſuperioribus pinnatifidis. *Fl. Carniol.* p. 350. n. 1.

Scabioſa corollulis quadrifidis, radiantibus; caule hiſpido; foliis pinnatifidis, inciſis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 112. *Spec. Plant.* p. 99. n. 8. *Fl. Suec.* 2. 117.

Sca-

Scabiosa corollulis quadrifidis; foliis interioribus pinnatifidis, caulinis dentatis. BOEHM. *Lipf.* 160.
Scabiosa foliis petiolatis, ovato lanceolatis, dentatis; superioribus semipinnatis. HALL. *Hist.* n. 206.

DIAGN. *Folia superiora pinnatifida.*

Habitat in pratis.

Tota Planta pallide viridis. Corollae extimae, obscure radiantes. Germen villosum e medio apicis educit pedicellum tubulosum, cui insidet Calyx villosus, seu cotyla radiata denticulis decem aristaeformibus villosis. Semen villosum, tetragonum: angulis alternis apice tridentatis.

136. SCABIOSA *sylvatica.*

Scabiosa corollis quadrifidis; receptaculis pilosis; foliis ovato-lanceolatis, serratis, hispidis. *Fl. Carniol.* p. 351. n. 2.
Scabiosa corollulis quadrifidis; radiantibus; foliis inferioribus ovatis, serratis: summis lanceolatis, integerrimis; caule hispido. IACQUIN. *Austr.* p. 22. *Obs. Bot.* I. p. 28. et *Obs. Botan.* III. p. 20. Tab. 72. LINN. *Syst. Nat.* p. 112.
Scabiosa caule hispido; foliis ovato-lanceolatis, subhirsutis: inferioribus dentatis. HALL. *Hist.* n. 204.
Scabiosa latifolia. I. BAUHIN. *Hist.* III. P. I. p. 9.

DIAGN. *Folia nulla pinnatifida, oblonga, dentata.*

Habitat in locis sylvestribus.

Distinguunt ab *arvensi* 1. Viror obscurior. 2. hispidior facies. 3. folia semper indivisa. 4. Corollae obscure radiantes. 5. Bulbilli rubelli piliferi ad basin caulis. 6. Antherae caelureae. 7. Cotylae pedunculus occultus. 8. Radii cotylae basi minime dentati et glandulis stipitatis adspersi. 8. Foliorum bases cordatae et amplexicaules.

Huic potius, quam alteri convenit nomen integrifoliae, cuius folia culta pinnatifida video in specimine Willichiano.

137. SCA-

137. SCABIOSA *leucantha.*

Scabiofa corollulis quiuquefidis radiantibus; foliis bipinnatis, linearibus LINN. *Spec. Plant.* p. 101. Corollis 5-fidis fubaequalibus; fquamis calycinis, ovatis, obtufis *Syft. Nat.* edit. 12. p. 112.

DIAGN. *Caulis fruticofus. Folia pinnata, villofa; pinnis lanceolatis, decurrentibus. Semina trigona.*

Habitat circa *Duinum* in *Karrfchia.*
Folia uno aliove dente fuperne inftructa. Cal. hemifphaericus; fquamis imis (4—5) viridibus, aliis albo-rubellis, ovatis, acutis, margine faturatius rubefcentibus. Singula fquama, quae fupra medium calycis fita eft, fovet flofculum 4-fidum, aquofe luteolum, uno fegmento maiore.

(**) *Thalamo paleaceo.*

138. SCABIOSA *fuccifa.*

Scabiofa corollis quadrifidis; receptaculis foliaceis; foliis ovato-lanceolatis. *Fl. Carniol.* p. 351.
Scabiofa corollulis quadrifidis, aequalibus; caule fimplici; ramis approximatis, foliis lanceolato-ovatis. LINN. *Syft. Nat.* p. 112. *Spec. Plant.* p. 98. n. 4. *Fl. Suec.* 2. 119.
Succifa caule trifloro; floribus convexis; foliis radicalibus ovatis; caulinis lanceolatis. HALL. *Hift.* n. 201.
Scabiofa corollulis quadrifidis; foliis ovato-lanceolatis, integris. BOEHM. *Lipf.* 159.
Succifa MATTHIOL. *Diofc.* p. 425.

DIAGN. *Folia oblonga. Florefcentia fub finem Augufti M. cum* VIRGA AUREA.

Habitat fecus vias, et in udis.
Germen pilofum, coronatum, calyce quadridentato villofo. Ex hoc nafcitur pedicellus breviffimus, membranaceus, fiftulofus, tetragonus, fuftinens coronulam geren-

gerentem quatuor ariſtulas nigricantes, et baſi rubellas.

139. SCABIOSA *graminifolia.*

Scabioſa corollulis quinquefidis; foliis lineari-lanceolatis, integerrimis; caule herbaceo. LINN. *Syſt. Nat.* p. 113.

Succiſa foliis gramineis, tomentoſis. HALL. *Hiſt.* n. 203.

Scabioſa argentea, graminifolia. HERMAN. *Lugdb.* p. 540. TOURNEF. *Inſt.* p. 464. TILL. *H. Pis.* p. 153.

Scabioſa montana VII. C. BAUH. *Pin.* p. 270. *Prodr.* p. 127. cum icone. SEGUIER. *Veron.* II. p. 181.

DIAGN. *Folia linearia, glauca, ſubtus lanuginoſa. Corollae quinquefidae, radiantes.*

Habitat circa *Goritiam.* P. WULFEN.

Germen incanum, ſuſtinens calycem breviſſimum, quinque ſetulis denticulatis inſtructum. Hunc ambit corona plicata, foliacea, inciſo-lacera.

140. SCABIOSA *columbaria.*

Scabioſa corollis quinquefidis; receptaculis foliaceis; foliis caulinis pinnatis; pinnis linearibus. *Fl. Carniol.* p. 352.

Scabioſa corollis quinquefidis, radiantibus; foliis radicalibus, ovatocrenatis: caulinis pinnatis, ſetaceis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 113. *Spec. Plant.* p. 99. n. 10 *Fl. Suec.* 2. 118.

Succiſa foliis imis ovatis, ſuperioribus pinnatis; pinnis ſemipinnatis, acutis: ciliis floſculorum longitudine. HALL. *Hiſt.* n. 202.

DIAGN. *Folia ima oblonga, ſuperiora ubique aut infra medium pinnatifida. Calyx proprius eſt annulus, e quo oriuntur ſetae nigrae (2-4).*

Habitat iuxta vias et in Alpibus. *Varietas* fl. albo inter *Idriam* utramque ad viam.

Multum

Multum variat, et quidem:

1. *Foliis imis oblongis undique dentatis, ſuperioribus pinnatifidis: laciniis linearibus et plerisque indiviſis.*
   Setae e calyce proprio raro quatuor: Et haec vulgaris eſt planta.
2. *Foliis imis oblongis undique dentatis, ſuperioribus pinnatifidis; laciniis lanceolatis inciſis.*
   Planta alpina ſpithamaea; caule ſimplici, tribus foliorum paribus, horum primum indiviſum, caetera infra medium pinnatifida. Ariſtae (5), e calyce proprio nigrae.
3. *Foliis imis oblongis, apice dentatis; ſupremis pinnatifidis: lacinia terminali oblonga, dentata, caeteris linearibus et indiviſis.*
   Caeterum ſimilis Var. (2).
4. *Foliis omnibus oblongis, et undique dentatis, ſuperioribus baſi pinnatifidis.*
   In calidiore *Carniolia* non rara.

Eſſentiam ſpecificam conſtituunt 1. Corollae radiantes. 2. Germen villoſum, coronatum. 3. Receptaculi paleae foliaceae, lanceolatae, breves.

44. DIPSACUS.

TOURN. *I. R. H. p. 466. Tab. 265.* VAILLANT. *Act. Paris. A. 1722. p. 234.*

Calyx proprius tetragonus, integer, piloſus. Semen tetragonum: linea elevata intra angulos. Capitulo ſubiacent anguſta folia exſtantia et rigida, ut paleae receptaculi.

141. DIPSACUS *fullonum.*

Dipſacus foliis integerrimis, glabris; capitulis ſubovatis. *Fl. Carniol.* p. 353.

Dipſacus foliis ſeſſilibus, ſerratis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 111. *Spec. Plant.* p. 97. n. 1. GRONOV. *Virgin.* p. 17.

Dipſacus capitulis ovatis; foliis arcuatis circumvallato, ariſtis ſquamarum rectis. HALL. *Hiſt.* n. 198.
Labrum Veneris MATTHIOL. *Dioſc.* p. 450.

DIAGN. *Folia minime laciniata, dentata, glabra.*

Habitat in ſiccis et in cultis.
Solus folii nervus aculeatus. Corollae rubellae, villoſulae. Galea ovalis, integra. Labii ſegmenta lateralia rotundata et minora; Capitula ſubovata.

142. DIPSACUS *laciniatus.*

Dipſacus foliis laciniatis, aſperis; capitulis ſubrotundis. *Fl. Carniol.* p. 352.
Dipſacus foliis connatis, ſinuatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 111. *Spec. Plant.* p. 97. n. 2.
Dipſacus foliis pinnatis: pinnis ſerratis; capitulis globoſis. HALL. *Hiſt.* n. 200.

DIAGN. *Folia laciniata, hirſuta.*

Habitat in collibus et ſterilibus locis.
Radix uno anno folia, altero caulem effert, dein moritur. Stamina alba. Antherae rubellae. Semina appetit FRINGILLA *Carduelis.*
Dipſacus ſcabioſis adfinis eſt. Plantisque capitatis.

45. SCHERARDIA.

LINN. *Gen. Plant.* 112.

Fructus coronatus calyce 1-6-dentato, in duo locula monoſperma dividitur a ſeptulo dimidiato, et cordiformi.

143. SCHERARDIA *arvenſis.*

Galium floribus umbellatis terminalibus; ſeminibus coronatis. *Fl. Carniol.* p. 340.
Scherardia foliis omnibus verticillatis; floribus terminalibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 116. *Spec. Plant.* p. 102. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 120.
Scherardia foliis ſenis, lanceolatis; floribus ſeſſilibus, umbellatis. HALL. *Hiſt.* n. 734.

DIAGN.

144. Galium Vernum

Tab.



Rein sc.

DIAGN. *Folia octona, ciliata. Corollae terminales, rubrae, rotatae; tubo tenui, albo, ſubtetragono.*

Habitat in arvis et hortis.

Villoſa eſt ſuperficies ſupera folii, nervusque ſubtus. Stylus bifidus. Stigmata ovata. Antherae effundunt pollinem ſubcinereum, antequam corolla fuerit explicata.

46. GALIUM.

In conſtituendis Generibus Plantarum Stellatarum fructus corolla potentior eſt; Hinc GALII character erit Fructus ſubrotundus, ſiccus, non coronatus. Stamina ultra faucem corollae elata.

(*) *Foliis quaternis.*

(†) *Fructibus glabris.*

144. GALIUM *vernum.* Tab. 2.

Galium floribus polygamis; racemis lateralibus, binatis, nudis; foliis quaternis, lanceolatis, glabris. *Fl. Carniol.* p. 344. n. 11.

Galium foliis quaternis, glabris, ovato-lanceolatis; racemis breviſſimis, reflexis, aequalibus. HALL. *Nomencl.* 720.

DIAGN. *Folia ovalia, glabra, trinervia. Racemulus e qualibet ala. Flores diverſi ſexus. Corollae luteae.*

Habitat in herbidis circa *Idriam* primo vere paſſim florens.

Gemmae oriuntur ex aridis, antiquis, et humifuſis caulibus, caules erecti, glabri, vix ſemipedales, tetragoni, ſimplices. Folia ovata et oblonga. Flores plerique hermaphroditi, ſed et maſculi ac feminei, nec non imperfecti ſine ſtaminibus et cum ſtyli rudimento. Stigmata orbiculata flava. Fructus glaberrimi,

quibus perfectis racemi florales reflexi sub foliis sese recipiunt.

III. LINNAEUS in litteris ait esse posse alteram speciem VAILLANTIAE. Facie convenit cum RUBIA *quadrifolia* I. BAUHIN. *Hist.* III. p. 719. sed non fructu, forte idem cum VALLANTIA *Glabra* LINN.

145. GALIUM *cruciata.*

Galium floribus polygamis; racemis lateralibus, ternatis, diphyllis; foliis quaternis, villosis. *Fl. Carniol.* p. 345. n. 12.

Vallantia floribus masculis quadrifidis; pedunculis diphyllis. LINN. *Syst. Nat.* p. 672. *Spec. Plant.* p. 1052. n. 4.

Galium foliis quaternis, hirsutis; petiolis octifloris. HALL. *Hist.* n. 709.

DIAGN. *Caules cum foliis villosi. Racemi diphylli. Flores flavi.*

Habitat ad sepes.

Flores inveni 1. Hermaphroditos, tetrandros; stylo profunde bifido. 2. Masculos tetrandros cum annulo in centro floris. 3. Hermaphroditos 2-3-andros; annulo tumido styli basin ambiente. Corollas trifidas nondum vidi, nec sexui tantum tribuo, ut tota classis dividi possit a Fratribus contra leges Naturae.

146. GALIUM *rubioides.*

Galium foliis quaternis lanceolato-ovatis, aequalibus, subtus scabris; caule erecto; fructibus glabris. LINN. *Syst. Nat.* p. 117. *Spec. Plant.* p. 105. n. 1.

DIAGN. *Caules sursum stricto asperi. Folia lanceolata, marginibus reflexis, nervo spinulis aspero.*

Habitat in paludosis circa *Idriam* et alibi.

Caules pedales et longiores, tenues. Foliorum apices non reflectunt marginem. Flores albi. Fructus glaberrimi.

147. GA-

147. GALIUM *Cynanchicum.*

Galium pedunculis trifloris, corymbosis; foliis quaternis, linearibus; summis oppositis. *Fl. Carniol.* p. 344. n. 10.

Asperula foliis quaternis, linearibus, superioribus oppositis; caule erecto; floribus quadrifidis. LINN. *Syst. Nat.* p. 116. *Spec. Plant.* p. 104. n. 6.

Asperula caule firmo ramoso, foliis linearibus quaternis, summis coniugatis. HALL. *Hist.* n. 730.

DIAGN. *Caules debiles. Folia linearia, summa pinnata.*

Habitat in muris et locis aridis.

Corollae rubellae, non albae, pictae lineis saturatioribus. Germen villosulum.

148. GALIUM *taurinum.*

Asperula foliis quaternis, ovato-lanceolatis; floribus fasciculatis, terminalibus. LINN. *Syst. Nat.* p. 116. *Spec. Plant.* p. 103. n. 3.

Asperula foliis ovato-lanceolatis, quaternis; petiolis unifloris, erectis, foliis circumvallatis. HALL. *Hist.* n. 732.

DIAGN. *Folia ovato-lanceolata, villosula. Flores non ex alis foliorum, sed in summo caule.*

Habitat in *Austriaco Littorali. Ill.* a MYGIND.

Priori valde similis, et tamen diversum, ut patet ex inflorescentia, caule ramoso, floribus omnibus hermaphroditis, et totius Plantae modica villositate.

149. GALIUM *tinctorium.*

Asperula foliis linearibus: inferioribus senis; intermediis quaternis; caule flaccido; floribus plerisque trifidis. LINN. *Syst. Nat.* p. 116. *Spec. Plant.* p. 104. n. 4. IACQUIN. *Austr.* p. 35.

Asperula caule flaccido; foliis linearibus quaternis; umbellulis petiolatis. HALL. *Hist.* n. 729.

DIAGN. *Caules erecti. Folia linearia, tenuiter et acute dentata. Flores trifidi, triandri.*

Habitat in *Austriaco Littorali.* Ill. a MYGIND.

(††) *Fructibus hispidis.*

150. GALIUM *rotundifolium.*

Galium floribus paniculatis; racemis dichotomis; foliis quaternis, ovatis, glabris. *Fl. Carniol.* p. 344. n. 9.

Galium foliis quaternis, ovatis, obtusis, aculeato-ciliatis; seminibus hispidis. LINN. *Syst. Nat.* p. 118. *Spec. Plant.* p. 108. n. 18. sed quare rotundifolium?

Galium foliis quaternis; petiolis longissimis, brachiatis; seminibus hirsutis. HALL. *Hist.* n. 727.

Rubia quadrifolia; I. BAUHIN. *Hist.* III. p. 718. cum icone non mala, sed destituta flore et fructu.

DIAGN. *Folia ovata, breviter et laxe ciliata. Racemus ex ala suprema bis dichotomus: ramis divaricatis. Flos pedunculatus inter primam dichotomiam.*

Habitat in sylvis *Idriensibus.*

Caules semipedales, glabri, simplices. Corollae albae, rotatae. Semen villis uncinatis hispidum, ut in ASTRANTIA *Diapensia.*

151. GALIUM *boreale.*

Galium floribus paniculatis, racemis diphyllis; foliis quaternis, trinerviis, lanceolatis. *Fl. Carniol.* 343. n. 8.

Galium foliis quaternis, lanceolatis, trinerviis, glabris; caule erecto; seminibus hispidis. LINN. *Syst. Nat.* p. 118. *Spec. Plant.* p. 108. n. 16. *Fl. Suec.* 2. 124. IACQUIN. *Austr.* p. 24.

DIAGN. *Folia trinervia, lanceolata, obtusa; marginibus reflexis. Paniculae rami diphylli.*

Habitat in pratis humidioribus.

Corollae, apud nos, albae; segmentis ovatis.

(**) *Fo-*

(**) *Foliis caulinis pluribus, quam quatuor.*

152. GALIUM *glaucum.*

Galium foliis verticillatis, linearibus; pedunculis dichotomis; caule laevi. LINN. *Syst. Nat.* p. 118. *Spec. Plant.* p. 107. n. 13.

Galium foliis octonis, obtusis, supremis lanceolatis; floribus in summa planta fasciculatis. HALL. *Hist.* n. 716.

Rubia. I. C. BAUHIN. *Prodr.* p. 145.

DIAGN. *Folia linearia, ima (6), superiora (4), ramea (2), spicula terminata pedunculi ex alis supremis tres, triflori: medio breviore.*

Habitat in fissuris rupium Alpinarum.

Caules tenues, ramosi, spithamaei. Corollae rubrae et albae, longo tubo. Melius diceretur saxatile, quam glaucum. Germen in apice callosa tubercula gerit.

153. GALIUM *verum.*

Galium floribus paniculatis; foliis octonis, linearibus, sulcatis, glabris; caule ancipiti. *Fl. Carniol.* p. 341. n. 3.

Galium foliis octonis, linearibus, sulcatis; ramis floriferis brevibus. LINN. *Syst. Nat.* p. 118. *Spec. Plant.* p. 107. n. 11. *Fl. Suec.* 2. 123.

Galium foliis linearibus, perangustis, octonis; racemis multifloris; spicatis. HALL. *Hist.* n. 710.

Galion. MATTHIOL. *Diosc.* p. 709.

DIAGN. *Folia octona, fragilia, linearia, sulcata. Caulis paniculatus. Flores flavi, parvi.*

Habitat in pratis siccis.

Folia reflectuntur, florente planta.

154. GALIUM *rubrum.*

Galium foliis verticillatis, linearibus, patulis; pedunculis brevissimis. LINN. *Syst. Nat.* p. 118. *Spec. Plant.* p. 107. n. 15.

Galium Sprengerianum. I. BAUH. *Hist.* III. p. 721.

Galium rubro flore. CLUS. *Hist.* p. 175.

DIAGN. *Foliorum linearum margines spinulosi. Caulis scaber. Flores fusco-rubri.*

Habitat in Agro *Goriziensi* et *Tergestino.*
Planta pallide virescens.

155. GALIUM *Mollugo.*

Galium caule quadrangulo; foliis octonis, glabris, acuminatis. HALL. *Enum.* p. 461. n. 7. *Hist.* n. 711.
Rubia angulosa. I. BAUHIN. *Hist.* III. p. 715.
Rubia sylvestris TABERNEM.?
Mollugo CLUS. *Hist.* p. 176.

DIAGN. *Caulis quadratus, praecopia ramorum patentium fere procumbens. Folia latiuscula.*

Habitat ad sepes passim.
Valde excrescit. Folia demum reflectuntur, uncia nunquam longiora. Gemmae ex caulibus antiquis oriuntur.

VARIET. 1. *Foliis imis emarginatis.*
— 2. — *apice rotundatis, nervo in acumen exeunte.*
— 3. — *spinoso-denticulatis.*
— 4. — *integerrimis et reflexis.*
Plantula digitum longa, alpina.

156. GALIUM *sylvestre.*

Galium caule tereti, fulcrato; foliis octonis, glabris et obtusis. HALL. *Enum.* p. 461. n. 8.
An hoc GALIVM *sylvaticum* LINN?
Rubia sylvatica laevis. I. BAUHIN. *Hist.* III. p. 716.

DIAGN. *Caulis teretiusculus, rigidus, erectus. Folia lanceolata, patula.*

Habitat in sylvestribus siccisque locis.
Caulis firmus, non vere quadratus. Gemma radicalis. Folia glabra, longa, pallide viridia. Rami non patuli. Florescentia tardior. Corolla alba; segmentis

tis acuminatis. Styli bini. Stigmata rotunda. Capsula glabra, subrotunda, altera saepius abortiente.

Hinc bene HALLERUS separavit GALIVM *album vulgare* TOURNEFORTII a MOLLUGINE *montana latifolia*. C. BAUHINI, quem secutus est Cl. BOEHMERUS.

157. GALIUM *Aparine*.

Galium floribus panniculatis; foliis octonis, lanceolatis, scabris, retrorsum aculeatis. *Flor. Carniol.* p. 342. n. 6.

Galium foliis octonis, lanceolatis, carinatis, scabris, retrorsum aculeatis; geniculis villosis; fructibus hispidis. LINN. *Syst. Nat.* p. 118. *Spec. Plant.* p. 108. n. 19.

Galium caule serrato, foliis senis, linearibus, lanceolatis, serratis; petiolis unifloris. HALL. *Hist.* n. 723.

Aparine MATTIOL. *Diosc.* p. 537.

DIAGN. *Anguli caulini et foliorum margines nervique aculeati. Fructus hispidi.*

Habitat ad sepes, et in Agris.

Corolla fere ad basin usque quadrifida. Styli duo divaricati, hinc digyna planta. Fructus et caules uncis suis vestibus adhaerent.

158. GALIUM *odoratum*.

Galium floribus paniculatis; foliis octonis, lanceolatis; caule glabro, simplici. *Fl. Carniol.* p. 343. n. 7.

Asperula foliis octonis, lanceolatis; florum fasciculis pedunculatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 116. *Spec. Plant.* p. 103. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 121.

Asperula caule erecto; foliis octonis; petiolis ramosis, erectis; seminibus hirsutis. HALL. *Hist.* n. 728.

DIAGN. *Folia lanceolata, octona, marginata. Panicula trifida. Flores albi, et omnium maximi. Germen villis hirsutum.*

Habitat in sylvis. Maio florens.

Foliorum margines et nervi ſpinulis mollibus inſtructi. Flos niveus; ſegmentis tubo longioribus. Styli duo breves.

47. ASPERULA.

In ASPERULA noſtra video ſtamina in tubo corollae et capſulas duas: una abortiva; quibus notis a GALIO differt.

159. ASPERULA *arvenſis.*

Galium floribus umbellatis, terminalibus; ſeminibus nudis. *Fl. Carniol.* p. 340. n. 2.

Aſperula foliis ſenis; floribus ſeſſilibus, aggregatis, terminalibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 116. *Spec. Plant.* p. 103. n. 2.

Aſperula foliis octonis, obtuſis, floribus inter ciliata folia ſeſſilibus, congeſtis. HALL. *Hiſt.* n. 733.

DIAGN. *Flores in ſummis ramis aggregati et vallati foliis hirſutis. Folia caulina (6-8), obtuſiuſcula, lanceolato-linearia.*

Habitat in Arvis.

Flores Caerulei.

Aparine, *Cruciata*, *Rubeola*, *Aſperula*, ac ſimilia Genera videntur arbitraria.

48. RUBIA.

TOURN. *I. R. H. p. 113. Tab. 38.*

Baccae rotundae, monoſpermae.

160. RUBIA *tinctorum.*

ARDUIN. *Memor.* I. Tab. 8.

Galium floribus paniculatis; foliis ſenis; fructu baccato. *Fl. Carniol.* p. 345. n. 13.

Rubia foliis ſenis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 893. *Spec. Plant.* p. 109. n. 1. GRONOV. *Orient.* p. 12. foliis annuis caule aculeato. LINN. *Syſt. Nat.* edit. 12. p. 119.

Rubia

Rubia foliis ellipticis, aſperis, quinis, ſenisque. HALL. *Hiſt.* n. 708.

DIAGN. *Folia ſena. Flores lutei.*

Habitat circa *Tergeſtum*, et in Inſula *Veglia.*

Anguli caulini, et margines foliorum aculeati. Folia lanceolata. Racemorum pedunculi ſcabri et trigoni.

De uſu *radicum Rubiae* in Arte Tinctoria earumque cultura lege DU HAMELIUM, *Collect. Oeconom. Bernenſes. Collect. Stuttgardenſes,* et ARDUINUM *l. c.*

49. PLANTAGO.

TOURN. *I. R. H. p. 126. Tab. 48.*

Calyx monophyllus TOURN. A. A. A. quadrifidus LINN. Corolla quadrifida TOURN. A. B. Stamina longa IDEM. Capſula unilocularis, circumciſſa IDEM. E. F, polyſperma IDEM. H. GLEDITSCH. Sem. 2-6. ADANS. Species indigenae pleraeque diſpermae.

161. PLANTAGO *maior.*

Plantago foliis ovatis, glabris; ſcapo nudo, tereti; ſpica floſculis imbricatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 122. *Spec. Plant.* p. 113. n. 3. *Fl. Suec.* 2. 131. *Fl. Carniol.* p. 280. n. 1.

Plantago foliis petiolatis, ovatis, glabris; ſpica cylindrica. HALL. *Hiſt.* n. 660.

Plantago maritima, latifolia, glabra, ſpica longiſſima purpuraſcente. ZANNNICHEL. *Ven.* p. 212. Tab. 75.

DIAGN. *Folia ſeptem nervia, ovalia, glabra. Capſulae locula diſperma.*

Habitat in maritimis *Carnioliae.*

Petioli ſemipedales, canaliculati, baſi lana ferruginea pubeſcentes. Folia ſpithamaea integerrima. Scapi ſtriati,

ſtriati, modice lanuginoſi. Spica ſpithamam fere longa. Flores rubri. Capſulae vertex, duabus lineis cruciformibus exaratus. Semina nigra.

162. PLANTAGO *media.*

Plantago foliis ſubhirſutis ellipticis; ſpica cylindracea, denſa. HALL. *Hiſt.* n. 659.

Utramque hanc ſpeciem coniungit LINNAEUS, et vocat *Plantaginem foliis ovatis, glabris; ſcapo nudo, tereti; ſpica floſculis imbricatis. Syſt. Nat.* 122. *Spec. Plant.* p. 113. n. 3. *Fl. Suec.* 2. 131.

DIAGN. *Folia ovata; nervis ſubhirſutis. Capſulae locula monoſperma.*

Habitat ubique.

163. PLANTAGO *lanceolata.*

Plantago foliis lanceolatis; ſpica ſubovata, nuda; ſcapo angulato. LINN. *Syſt. Nat.* p. 122. *Spec. Plant* p. 113. n. 3. *Fl. Suec.* 2. 131. *Fl. Carniol.* p. 281. n. 2. HALL. *Hiſt.* n. 656.

Plantago longa. MATTHIOL. *Dioſc.* p. 151.

DIAGN. *Scapus heptagonus. Folia lanceolata. Stamina alba.*

Habitat cum priore.

Plantaginum ſtyli ante ſtamina prodeunt, ut in CARICIBUS et ANTHOXANTHO.

164. PLANTAGO *Holoſteum.*

Huc reduci poſſe videntur *Plantagines* LINNAEANAE 8. 10. ac forte etiam 9. 11. 13. *Spec. Plant.* HOLOSTEA *ſtrictiſſimo Folio* C. BAUH. CORONOPI *ſerpent. maritim.* et *omnium minima.* I. BAUH. Conveniunt enim omnes; Scapis teretibus ſubvilloſis. Spica unciali anteflorescentiam nutante; Foliis planiuſculis, ſtriatis, linearibus, baſi lanatis, margine ad Lentem exiguis dentibus inſtructo. Calyce villoſulo. Corollae.

lae segmentis acutiusculis. Antheris luteolis. Capsulis dispermiis. Sem. rufis, hinc planis, inde convexis, oblongis. Et sane mihi conferenti varia specimina PLANTAGINIS *alpinae*, *maritimae*, imo etiam *Loeflingii*, tam indigina quam extera ab Amicis communicata, nulla vera differentia nullique limites occurrerunt.

165. PLANTAGO *Psylium.*

Plantago caulibus erectis, herbaceis; foliis linearibus, patulis; capitulis ovatis. HALL. *Hist.* n. 661.

Psylium. MATTHIOL. *Diosc.* p. 676.

DIAGN. *Caulis ramosus. Folia opposita, linearia, patula; spicae terminales, subrotundae.*

Habitat in *Agro Goriziensi.*

Planta nostra neque supina, neque sufruticosa, sed annua et erecta. Huic conveniunt synonyma, quae dedit LINNAEUS PLANTAG. *Cynops*, cuius specimen misit *Celeberr.* THEOD. GRONOVIUS foliis reflexis, supra medium uno aliove dente notatis; spicis ovalibus.

50. SANGUISORBA.

LUDW. *Defin. Gen.* 19.

Calyx persistens, fovens capsulam tetragonam bilocularem: loculis monospermis.

166. SANGUISORBA *officinalis.*

Sanguisorba spicis subrotundis; floribus hermaphroditis. *Fl. Carniol.* p. 280. n. 2.

Sanguisorba spicis ovatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 124.

Pimpinella tetrastemon; spica brevi. HALL. *Hist.* n. 705. BOEHM. *Lips.* 16.

DIAGN. *Spica ovata. Flores omnes hermaphroditi. Florescentia sub initium caniculae.*

Habitat in pratis humidioribus circa *Cranburgum.*

167. SAN-

167. SANGUISORBA *Auriculata*.

Pimpinella maior rigida, praealta, auriculata, subnuda. BOCCON. *Muf.* 2. p. 19. Tab. 7. eadem videtur.

DIAGN. *Spicae cylindraceae. Flores polygami.*

Habitat copiofe in pratis *Vipacenfibus*.

Caulis glaber tripedalis, ramofus. Folia oblonga glabra, fuperne fplendentia, fubtus pallidiora, dentata: dente fingulo terminato acumine rubello et furfum flexo. Ad bafin finguli petioli communis fedet folium feffile, ovatum, denticulatum. Spicae rubrae. Flores fpicarum primarum plerique feminei, caeteri hermaphroditi; in aliis fpicis flores fupremi feminei funt, alii et plerique hermaphroditi. *Flos femineus* ruber eft; ftylo rubro, et umbilico albicante fubtetragono, qui receptaculum conftituit, prodeunte. Loco ftaminum funt puncta ferruginea aut fufca quatuor. Sub flore eft germen album, fultum bracteola lanceolata. *Flos hermaphroditus* albidus; ftylo albo, ftigmate rubro, ftaminibus longitudine corollae, aureo polline antherarum.

Ergo Planta omnino diverfa a SANGUIS. *Officinali*, et iuxta LINNAEUM alia fpecies *Poterii*.

168. SANGUISORBA *Minor*.

Sanguiforba fpicis fubrotundis; floribus polygamis. *Fl. Carniol.* p. 279. n. 1.

Poterium inerme caulibus fubangulofis. LINN. *Syft. Nat.* p. 629. *Spec. Plant.* p. 994. n. 1.

Pimpinella polyftemon. HALL. *Hift.* n. 706.

Sanguiforba polyanthera, foliis ovatis; fpica brevi. BOEHM. *Lipf.* 17.

Pimpinella fanguiforba, minor. MATTHIOL. *Diofc.* p. 657.

DIAGN. *Spicae fubrotundae. Flores polygami, polyandri, digyni.*

Habitat in aridis et apricis.

Pinna-

Pinnarum paria (ad 12). *Flores feminei* ſuperiores digyni. *Hermaphroditi* plures, ſtaminibus longis (ad 40), pariter digyni. His addit HALLERUS *Maſcu'os*, etiam a me viſos.

SANGUISORBA *Auriculata* coniungit POTERIUM cum SANGUISORBA *officinali*, omnibus etiam habitus idem, vires medicae communes, fructificatio et floreſcentia ſimilis.

51. EPIMEDIUM.

DODON. TOURN. *I. R. H. p. 232. Tab. 117.*

Calyx tetraphyllus. Nectaria quatuor galeaeformia. Silicula lanceolata, bivalvis, polyſperma.

169. EPIMEDIUM *alpinum.*

Epimedium LINN. I. BAUHIN. TABERNEM. etc.

DIAGN. *Petioli terminales, terni, longi, triphylli: foliis oblongis cordatis; infra hos naſcitur racemus floralis nudus, laxus, pauciflorus.*

Habitat circa *Goriziam* in ſylva *della Torre*, et in collibus ſylvoſis ad ſiniſtram eiusdem ſylvae; nec non in *Sylva Sabattina*, trans *Liſſonium*. P. WULFEN.

Caulis teres. Folia ſemel et bis ternata, pendula, ſerratula: dentibus pilo terminatis. Racemus longitudine digiti; ramulis (3-4), plerumque bifloris, bractea rufa fultis. Calycina folia ovata, rufeſcentia. Petala ovata, patula. Nectaria flava, petalis incumbentia et paulo longiora, uno latere receptaculo adhaerentia. Stamina brevia. Antherae acuminatae; polline flavo. Siliqua mucronata. Stigma luteolum, anulo rubro inferne faſciatum. Semina oblique transverſim ſita.

TOURNEFORTIO ignota petala, MATTHIOLO tota planta, TABERNEMONTANI figura bona

bona eſt, ut et Deſcriptio I. BAUHINI, non autem icon, quae eſt *Ononidis ſpinoſae*.

52. CORNUS.

PLIN. BRUNFELS. TOUR. *I. R. H. p. 641. Tab. 410.*

Calyx quadridentatus, Petalorum et ſtaminum numerus idem. Drupa bilocularis, loculis monoſpermis. Non vero unilocularis, nec ſemina bilocularia. ADANS. DU HAMEL.

170. CORNUS *maſcula*.

Cornus arborea; floribus umbellatis; foliis ovatis. *Fl. Carniol.* p. 272. n. 1.

Cornus arborea; umbellis involucrum aequantibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 124. *Spec. Plant.* p. 117. n. 2. HALL. *Hiſt.* n. 815.

Cornus MATTHIOL. *Dioſc.* p. 192.

DIAGN. *Flores umbellati, flavi; primo vere ante folia prodeuntes. Bacca cinnabarina, magnitudine et figura nucis Quercinae.*

Habitat in pratis ſiccis et ſylveſtribus.

Involucrum tetraphyllum, perſiſtens, proferens pedunculos (ad 30) villoſulos. Gemmae foliaceae ſubinvolucro. Petala patula, dein reflexa, ſtaminibus longiora. Antherae ita incumbunt filamentis, ut pileus Agarici ſtipidi proprio. Styli apex incurvus, papilloſus, flores plerique pereunt infoecundi. Geſtatio plantae quinque menſium circiter. Bacca oblonga, cinnabarina, nitens, non punctata, nec calyce ac ſtylo terminata; Nucleo oblongo; lineis quatuor elevatis ad medium uſque.

171. CORNUS *ſanguinea*.

ARDUIN. *Memor.* I. p. 100. Tab. 19.

Cornus arborea; floribus cymoſis. *Fl. Carniol.* p. 273. n. 2.

Cornus

Cornus arborea cymis nudis; ramis rectis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 125. *Spec. Plant.* p. 117. n. 3. *Fl. Suec.* 2. 138. HALL. *Hiſt.* n. 816.
Virga ſanguinea. MATTHIOL. *Dioſc.* p. 193.
Cornus. DU HAMEL. *Arbor.* I. p. 184. n. 7.

DIAGN. *Cymae terminales, quinquefidae; radiis ramoſis. Bacca nigra, iuniperinae ſtatura.*

Habitat in aſperis et incultis, initio Iunii M. florens.

Flores aliqui feminei. Petala alba, lanceolata. Annulus quadrilobus ſtyli baſin cingens. Bacca rotunda nigra, apice umbilicata et coronata calycinis dentibus inflexis, ac ſtylo. Eadem lineolis albis exiguis longitudinaliter variegata. Nucleus rotundus, obiter ſulcatus.

TRAPAE fructum obtinui *Labaco*, quem ibidem lectum affirmarunt ſed ipſa Planta nondum viſa fuit.

CAMPHOROSMAE ſpecimen Monſpeliacam referens, *Tergeſto* miſſum fuit, ſed adeo imperfectum, ut deſcribi non poſſit, cum etiam ignorem, an ibidem lectum fuerit, vel non?

52. THESIUM.

LINN. *Gen. Plant.* 258.

Calyx uniphyllus, ſtaminifer. LINN. ſemiquinquefidus, perſiſtens, intus coloratus. LUDW. Stamina quinque LINN. LUDW. ADANS. tot quot ſegmenta calycis. HALL. Semen unum inferum LINN. GLEDITSCH. Calyx baſi contracta fovens ſemen. LUDW. GLEDITSCH. Capſula ſphaerica, monoſperma. ADANS. Sed ſtamina in THESIO *alpino* 3-4. ubique vidi, raro 5. 4. IACQUIN. 4. etiam in *Linophyllo* ROLLANDER apud LINN. nec ſemen inferum, cum lateat intra baſin calycis.

172. THESIUM *Linophyllum.*

Theſium panicula foliata; foliis linearibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 188. *Spec. Plant.* p. 207. n. 1. *Fl.*

Carniol. 265. n. 1. KRAM. *Austr.* p. 58. IACQUIN. *Austr.* p. 40.
Thesium caule erecto, paniculato, foliis lanceolatis. HALL. *Hist.* 1573.

DIAGN. *Gemmae radicales. Folia lanceolato-linearia, sparsa, trinervia*

Habitat in montanis *Carnioliae* calidioris.
Caules pedales. Panicula sparsa. Fructus oblongi.

173. THESIUM *alpinum.*

Thesium Alpinum. ANN. II. *Hist. Nat.* p. 44.
Thesium caule diffuso, floribus alaribus, foliis linearibus. HALL. *Hist.* n. 1574.
An hoc *Anonymos linifolio* CLUSII? sed caules pedales et folia sparsa, priorem speciem demonstrant. ALCHIMILLIS immiscuit TOURNEFORTIUS, plantam a Generis huius charactere omnino alienam. Sapientior PONTEDERA novum Genus instituit et LINOPHYLLUM appellavit, cui *Thesii* nomen substituit Ill. LINNAEUS, qui tamen in adsignandis differentiis specificis non adeo felix fuit; Primam enim speciem ita determinavit, ut a ramosioribus exemplaribus THESII *Alpini* distingui non possit; secundam vero dixit *Thesium floribus sessilibus lateralibus*, cum tamen vere paniculati sint, et plerumque tetrandri, ut bene advertit Cl. plantarum Austriae et Americae Illustrator IACQUINIUS. Degenerant tamen et hic stamina a numero quaternario; ita MICHELIUS trifidos ideoque tetrandros adnotavit in *Horto Pisano* TILLII; ego in Austriacis exemplaribus quadrifidos, in aliis vero etiam trifidos et quinquefidos video. Quamobrem differentia specifica THESII *alpini* desumenda est et a notis hisce. *1.* Gemmae ex antiquis stipidibus prodeunt. *2.* Folia patentiora sunt, omnino linearia, enervia, rigidiora et pauciora. *3.* Caules semipedaels. *4.* Panicula

nicula totius caulis dimidiam longitudinem aequat, heteromalla. 5. Fructus ovales sunt, striati et ob coarctata calycis segmenta, collo quodam instructi.

54. ALCHEMILLA.

TOURN. *I. R. H. p. 508. Tab. 289.*

Calyx octofidus TOUR. C. Petala nulla. IDEM. Stamina quatuor. IDEM. A. Stylus unus et stigma unum. LINN. duplex. HALL. Styli duo in *Aphane:* Semen 1 - 2. RAI. KNAUT. ALCHEMILLAE unum, *Aphane* duo. ADANS. intra calycem GLEDITSCH. non vero capsulam ADANS.

174. ALCHEMILLA *vulgaris.*
Alchemilla floribus monogynis; foliis lobatis. *Fl. Carniol.* p. 576. n. 1.
Alchemilla foliis lobatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 129. *Spec. Plant.* p. 123. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 141.
Alchemilla foliis serratis, palmatis, seminovemfidis. HALL. *Hist.* n. 1566.
Stellaria MATTHIOL. *Diosc.* p. 732.

DIAGN. *Folium malvaceum, lobatum. Flores monogyni.*
Habitat in sylvestribus montanisque locis.
Foliorum lobi tot quot radii a petioli centro excurrentes et aeque dissiti. Flores subcapitati. Stigma rotundum, splendens, per aetatem nigricans.

175. ALCHEMILLA *Arvensis.*
Alchemilla floribus digynis. *Fl. Carniol.* p. 576. n. 2.
Aphanes. LINN. *Syst. Nat.* p. 129. *Spec. Plant.* p. 123. GRONOV. *Virgin.* p. 22.
Alchemilla hirsuta, foliis trilobatis, lobis tripartitis et bipartitis. HALL. *Hist.* n. 1569.

DIAGN. *Flores digyni, totidemque semina.*
Habitat in arvis.

DIGYNIA.

55. CUSCUTA.

TOURN. *I. R. H. p. 652. Tab. 422.*

Species noſtra addit characteri LINNAEANO unitatem numeri partium omnium floris.

176. CUSCUTA *Europaea.*

Cuſcuta floribus ſeſſilibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 129. *Spec. Plant.* p. 124. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 144. *Fl. Carniol.* p. 309. HALL. *Hiſt.* n. 654.
Cuſcuta MATTHIOL. *Dioſc.* p. 788.

DIAGN. *Flores ſeſſiles et multo magis congeſti, quam in Americana ſpecie.*

Paraſita variarum Plantarum, nec arborum aut fruticum.

TETRAGYNIA.

56. AQUIFOLIUM.

PLIN. RUELL. GESN. TOUR. *I. R. H. p. 600. Tab. 361.* HALL. LUDWIG. ADANS.

Calyx quadridentatus. Corolla 4-fida TOURN. A. B. C. utraque pars floris quandoque et trifida. GLEDITSCH. ADANS. Tubae breviſſimae. HALL. quae ſtigmata ſunt eaque quaterna ADANS. Bacca 3-4 locularis. GLEDITSCH. 4-locul. ADANS. Semina quatuor TOURN. et tria GLEDITSCH.

177. AQUIFOLIUM *Ilex.*

Ilex foliis ovatis, acutis, ſpinoſis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 130. *Spec. Plant.* p. 125. n. 1.

Aqui-

Aquifolia PLUSCH. *Spectac. della Nat.* III. Tab. 65. GRONOV. *Virgin.* p. 22.

Aquifolium MATTHIOL. *Diosc.* p. 131. DU HAMEL. *Arbor.* I. p. 66. n. 1. HALL. *Hist.* n. 667.

DIAGN. *Folia ovata, coriacea, perennantia, nitida, saepius sinuata: sinubus spina valida terminatis.*

Habitat circa *Idriam* in sylvis, et *Goriziae* in sylva *Paneviz.*

Folia in eadem planta modo inermia et integra, modo etiam spinosa, marginata. Flores e nido quodam squamoso oriuntur, laterales conferti, breviter pedicellati, ex uno stipitulo tres. Petala alba, concava, subrotunda. Bacca coccinea, rotunda, calyc persistenti innixa, apice nigricans. Semina subtriquetra, oblonga, obtusa, quaterna.

57. POTAMOGETON.

TOURN. *I. R. H. p. 232. Tab. 103.*

Calyx nullus TOURN. LINN. LUDW. GLEDITSCH. Petala quatuor. TOURN. persistentia HALL. hinc pro calyce sumpta a RAIO et ADANS. Semina rostris recurvis, loco tubarum. HALL. quae Capsulas monospermas vocat ADANS. Flores spicati RAIUS, habitatio in aquis RAIUS, TOURN. LUDWIG.

178. POTAMOGETON *serratum.*

Potamogeton foliis lanceolatis, oppositis, subundulatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 131. *Spec. Plant.* p. 126. n. 6. *Fl. Carniol.* p. 177. n. 1.

Potamogeton foliis tenuibus, ellipticis; nervis convergentibus. HALL. *Hist.* n. 846.

DIAGN. *Folia oppoſita, lanceolata, ſubundulata, ſeſſilia, vaginis ciliatis.*

Habitat in foſſis maioribus paludum *Labacenſium.*

179. POTAMOGETON *perfoliatum.*

Potamogeton foliis cordatis, amplexicaulibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 130. *Spec. Plant.* p. 126. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 146.

Potamogeton altera. I. BAUH. *Hiſt.* III. p. 778.

DIAGN. *Folia alterna, cordata, amplexicaulia.*

Habitat in *Fluvio Labaco.*

Folia ad apicem tenuiter denticulata.

180. POTAMOGETON *ſetaceum.*

Potamogeton foliis oppoſitis, lanceolatis, planis. *Fl. Carniol.* p. 117. n. 2.

Potamogeton foliis lanceolatis, oppoſitis, acuminatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 131. *Spec. Plant.* p. 127. n. 6. BOEHM. *Lipſ.* 260.

Fontinalis lucens. I. BAUH. *Hiſt.* III. p. 277.

DIAGN. *Folia petiolata, lanceolata, plana.*

Habitat in lacubus, et cum priore.

Vaginae petiolis longiores. Antherae ſubſeſſiles.

181. POTAMOGETON *criſpum.*

Potamogeton foliis lanceolatis, alternis, undulatis, ſerratis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 131. *Spec. Plant.* p. 126. n. 5. *Fl. Suec.* 2. 148. *Fl. Carniol.* p. 178. n. 4. HALL. *Hiſt.* n. 848.

Fontinalis criſpa. I. BAUH. *Hiſt.* III. p. 778.

DIAGN. *Folia alterna, lanceolata, ſeſſilia, margine undulata.*

Habitat cum ſpecie prima.

Folia ſerrulata ſunt.

182. POTAMOGETON *puſillum.*

Potamogeton foliis linearibus, oppoſitis alternisque, diſtinctis, baſi patentibus; caule tereti. LINN.

LINN. *Syſt. Nat.* p. 131, *Spec Plant.* p. 127. n. 12.

Potamogeton caule tereti; foliis peranguſtis; ſpicis paucifloris, minimis. HALL. *Hiſt.* n. 852.

DIAGN. *Folia linearia, alterna; ſpicae ovatae, et oblongae.*

Habitat in lacubus minoribus.

Caulis ſubteres. Folia omnia alterna, linea anguſtiora, uncialia et longiora. Spicae factae floſculis oppoſitis (6-8); uncialibus pedunculis.

58. SAGINA.

LINN. *Gen. Plant.* 162.

Calycina folia et petala exigua tot, quot ſtamina ſtyli et valvae fructus unilocularis, apud nos ſaltem, imo aliquando quinarius eſt partium dictarum numerus, Glandulae nectariferae coniungunt, cum ALSINE *media*, capſula vero quadrivalvis cum MOEHRINGIA *muſcoſa*.

183. SAGINA *procumbens*.

Alſine floribus tetrandris, tetragynis; caulibus diffuſis. *Fl. Carniol.* p. 496. n. 1.

Sagina ramis procumbentibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 131. *Spec. Plant.* p. 128. n. 1. GRONOV. *Virgin.* p. 23.

Alſine tetraſtemon foliis connatis, lanceolatis. HALL. *Hiſt.* n. 861.

Alſine graminea; flore tetrapetalo. SEGUIER. *Veron.* I. p. 421. Tab. 5. fig. 3.

DIAGN. *Petala calyce multo minora.*

Habitat in ſylvis inter muſcos.

Petala viderunt RAIUS, PLUKENET. TOURNEF. HALL. SEGU. et Ego, eaque in ſylvis maiora, in agris minora, qualia etiam erant in *Horto Acad. Vind.*

CLASSIS V.
PENTANDRIA.
MONOGYNIA.

59. HELIOTROPIUM.
DIOSC. TOURN. *I. R. H. p. 138. Tab. 57.*

Cor. hypocrateriformis TOURN. et quinquefida ADANS. cum interiectis dentibus. TOURN. *l. c.* LINN. hinc decemfida dicta. GLEDITSCH. Faux clausa squamis quinis LINN. quas TOURN. Vocat centrum stellae in modum corrugatum. Stigmata duo conica ADANS, Sem. 4. ovalia TOUR. E. F. Capsulae quatuor rotundatae ADANS. Florum spicae longae, scorpii caudae ad instar reflexae. LUDWIG.

184. HELIOTROPIUM *europaeum*.

Heliotropium foliis ovatis, integerrimis, tomentosis, rugosis; spicis coniugatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 144. *Spec. Plant.* p. 130. n. 2.

Heliotropium foliis petiolatis, ovatis; spicis inferioribus, simplicibus; supremis gemellis. HALL. *Hist.* n. 593.

Heliotropium maius. MATTHIOL. *Diosc.* p. 799.

DIAGN. *Folia ovata integerrima, rugosa; spicae coniugatae.* LINN.

Habitat in *Comitatu Goriziensi* ubi frequentissimum secus vias vidit MATTHIOL. Ego reperi ad murum Horti *Medeae*, qua itur ad Templum.

In summis ramis spicae geminae, spiraliter inflexae, sensim evolvendae. Calyces sessiles, pilosi, demum patuli. Capsulae rugosae.

60. MYO-

60. MYOSOTIS.

DILLEN. LINN. *Gen. Plant.* 165.

Genus dubium; Echium *ſcorpioidem* ad Lithospermum retulit TOUR. ac nuper etiam LVDWIG. Myosotim DILLEN. Buglossi ſpeciem facit ADANS. Margo baſeos tubi corollae introflexus crenulatus, et germina protegens, nec non ſemina nitentia, coniungunt Genus hoc cum Lithospermo, a quo differt corollae centro clauſo ſquamulis quinis, et ſtigmate ſimplici.

185. Myosotis *ſcorpioides.*

Myoſotis ſeminibus nudis; foliorum apicibus calloſis LINN. *Syſt. Nat.* p. 144. *Spec. Plant.* p. 131. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 157. *Flor. Carniol.* p. 441. n. 1.

Scorpiurus annuus et perennis. HALL. *Hiſt.* n. 590. 591.

Heliotropium foliis glabris. BOEHM. *Lipſ.* 31.

Diagn. *Folia lanceolata, tuberculo terminata.*

Habitat in pratis humidioribus, et in Alpibus.

Corollae color qui alarum *Papilionis Argioli* ſuperne, quandoque carneus, raro albus; umbilico flavo et albo. Segmenta corollae, tubi longitudinem habent. Antherae fuſcum pollinem fundunt. Stigma orbiculatum, modice concavum.

Planta alpina villoſior eſt, coeruleo et albo flore.

61. LITHOSPERMUM.

LINN. *Gen. Plant.* 166.

Corollae faux pervia, et ſtigmata bina, diſtinguunt Genus hoc a priore.

186. Lithospermum *officinale.*

Lithoſpermum ſeminibus laevibus; corollis vix calycem ſuperantibus; foliis lanceolatis. LINN.

 Syſt.

Syst. Nat. p. 145. *Spec. Plant.* p. 132. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 159. *Fl. Carniol.* p. 442.

Lithospermum caule erecto ramosissimo, floribus calycem vix superantibus. HALL. *Hist.* n. 595.

DIAGN. *Corolla calyce vix longior, tubo supra medium pentagono: angulis singulis ad basin foveala signatis.*

Habitat in montibus, asperisque locis.

Corollae diameter trium linearum, color albus; squamis ad faucem luteo-viridibus. Filamentorum bases glandulis stipitatis pubescentes. Stylus teres. Capsulae albae calycibus suis hyeme etiam adhaerent, solitariae aut binae, nunquam quaternae.

187. LITHOSPERMUM *arvense.*

Lithospermum seminibus rugosis; corollis vix calycem superantibus. LINN. *Syst. Nat.* p. 145. *Spec. Plant.* 132. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 160. KRAM. *Austr.* p. 37. IACQUIN. *Austr.* p. 29.

Heliotropium foliis ligulatis; floribus tubulosis. HALL. *Hist.* n. 594.

Buglossum floribus alaribus; radice rubra. BOEHM. *Lips.* 23.

DIAGN. *Radix rubra, semina rugosa.*

Habitat in arvis *Gorizienstbus* et *Tergestinis.*

Pedunculi solitarii, calycibus breviores. Folia subtus exiguis tuberculis aspera. Capsularum rugas faciunt tubercula obtusa et confluentia.

158. LITHOSPERMUM *purpureo-caeruleum.*

Lithospermum seminibus laevibus; corollis calycem multoties superantibus. LINN. *Syst. Nat.* p. 145. *Spec. Plant.* p. 132. n. 4. KRAM. *Austr.* p. 38.

Lithospermum caulibus decumbentibus, radicatis; ramis floralibus erectis. HALL. *Hist.* n. 596.

DIAGN.

190. *Cynoglossum. Ompha-lodes.* Tab.



Diagn. *Caulis procumbens, apice denuo radicatus.* RUPP. HALL. *Folia hispida. Semina glabra, subrotunda.*

Habitat *Goriziae.* P. WULFEN.
Laciniae calycinae lineares.

62. ANCHUSA.

LINN. *Gen. Plant.* 167.

Differt ab Heliotropio corollae segmentis aequalibus, a Lithospermo capsulis viperino capiti similibus. His addit tubum basi prismaticum GLEDITSCH. Semina basi insculpta. LINN.

189. Anchusa *officinalis.*

Anchusa foliis lanceolatis; spicis imbricatis, secundis. LINN. *Syst. Nat.* p. 145. *Spec. Plant.* p. 133. n. 1. *Fl. Carniol.* p. 445.
Buglossum foliis linguiformibus, asperis, spicis supremis gemellis. HALL. *Hist.* n. 599.
Buglossum vulgare MATTHIOL. *Diosc.* p. 737.

Diagn. *Folia lanceolata. Spicae longae, secundae.*

Habitat in limitibus herbidis agrorum *Carnioliae* interioris.
Corollae tubus mellifer, Apum delitiae.

63. CYNOGLOSSUM.

TOUR. LINN. ADANS. HALL. *Hist. p.* 521.

Quatuor capsulae monospermae, stylo adfixae. TOUR. Tab. 57. E. orbiculares ADANS. hirtae aut villosae.

190. Cynoglossum *Omphalodes.* Tab. 3.

Cynoglossum fructu glabro; foliis petiolatis, ovatis; caule repente. *Fl. Carniol.* p. 439.

Cyno-

Cynogloſſum repens; foliis radicalibus, cordatis. LINN. *Syſt. Nat.* p 146. *Spec. Plant.* p. 135. n. 6. Stolones repunt, non caulis florifer, cui folia ovalia, et minime cordata.

DIAGN. *Primo vere floret, aeſtate ſtolonibus reptat.*

Radix obliqua, perennis, fuſca, fibroſa. Caulis florifer ſimplex, ſemipedalis, e baſi ſtolones longos educens. Racemi alares, pauciflori. Corollae hypocrateriformes, pulchre coeruleae, ſex linearum diametro; tubo lineam longo, obtuſe pentagono. Faux corollae ſtellam habet albidam, plicis quinque cordiformibus factam. Antherae luteo polline plenae. Stylus cylindricus. Stigma haemiſphaericum, ſtylo concolor. Receptaculum marginatum. Capſulae villoſulae, in medio foveam gerunt ellipticam.

Omnes capſulae raro fertiles, ſed una alteram ſuffocat, monoſpermae, raro diſpermae, in quo ſtatu baſis capſulae bilocularis eſt.

Antiquum nomen LOBELII eſt SYMPHYTI *pumili repentis, Borraginis facie*, quod retinuit I. BAUHINUS. MORISONIUS vocat BORRAGINEM *Herbariorum*, et ſtolones in icone bene notavit. TOURNEFORTIUS ſeparavit a SYMPHYTO, et dixit OMPHALLODEM *pumilam vernam, ſymphyti folio*, ſed bene monet LINNAEUS ſolam fructus aſperitatem aut glabritiem, non ſufficere ad novum Genus conſtituendum.

191. CYNOGLOSSUM *officinale.*

Cynogloſſum fructu echinato; foliis imis petiolatis: caulinis ſeſſilibus, amplexicaulibus. *Fl. Carniol.* p. 439. n. 2.

Cynogloſſum ſtaminibus corolla brevioribus; foliis lato-lanceolatis, tomentoſis, ſeſſilibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 146.

Cynogloſſum foliis ellipticis, lanceolatis, ſericeis; caule folioſo. HALL. *Hiſt.* n. 587.

Cynogloſſum vulgare. MATTIHOL. *Dioſc.* p. 759.

DIAGN.

DIAGN. *Caulis ramofus. Folia lanceolata, feffilia. Racemi monophylli. Capfulae echinatae.*

Habitat fecus vias.

Corolla infundibuliformis; fauce claufa fquamis erectis fubemarginatis. Filamenta attenuata.

Stylus eft pyramis obtufe tetragona. Stigma exaratum linea media.

In radice latet quid Narcotici.

192. CYNOGLOSSUM *Lappula.*

Myofotis feminibus aculeis glochidibus; foliis lanceolatis, pilofis. LINN. *Syft. Nat.* p. 145. *Spec. Plant.* p. 131. n. 3.

Cynogloffum glandulis in faucibus florum glabris. HALL. *Hift.* n. 589.

DIAGN. *Flores fubfeffiles, alares, Capfulae echinatae: aculeorum apicibus ftellatim fimbriatis.*

Habitat prope vias.

Semina germinant relicto cortice echinato, et propria membranacea epidermide tecta funt.

193. CYNOGLOSSUM *cheirifolium.*

Cynogloffum corollis calyce duplo longioribus; foliis lanceolatis. LINN. *Syft. Nat.* p. 146.

DIAGN. *Folia utrinque albo villo canefcentia, inter flores nulla. Corollae albae, venis violaceis et caeruleis variegatae, calyce duplo maiores.*

Habitat circa *Tergeftum, Duinum* &c. ad vias.

Radix multicaulis. Folia fuperne nullis tuberculis afpera, ut in CYNOGL. *Officin,* per ficcitatem nigricantia.

64. PULMONARIA.

TOURN. *I. R. H. p. 136. Tab. 55.*

Calyx prifmatico - 5 - angularis LINN. GLEDITSCH in *officinali*, faux coronata villis conniventibus. Squamula nectarifera adfidens

ſidens germini ſingulo. Stigma bifidum; ſegmentis ſubrotundis.

194. PULMONARIA *officinalis.*

Pulmonaria foliis radicalibus in petiolum decurrentibus, caulinis ſeſſilibus, ſemiamplexicaulibus. *Fl. Carniol.* p. 442.

Pulmonaria foliis radicalibus ovato-cordatis, ſcabris, LINN. *Syſt. Nat.* p. 146. *Spec. Plant.* p. 135. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 163. HALL. *Hiſt.* n. 597.

Pulmonaria foliis radicalibus ovato-lanceolatis, inferius decurrentibus. BOEHM. *Lipſ.* 30.

DIAGN. *Folia ſcapi floralis ovalia decurrentia, radicalia petiolata et ovato-lanceolata.*

Habitat in locis ſylveſtribus et umbroſis, floretque circa medium M. Martii.

Calycis verrucoſi baſis pentagona, nec non baſis pedunculi rugis tranſverſis corrugata eſt. Verrucae terminantur papilla pellucida, quibus interiacent villi minores. Corollae tubus ſub pentagonus, diametro limbi brevior. Filamenta alba. Antherae nigricant, effuſo polline. Germen ſingulum gerit lineam dorſalem elevatam.

65. SYMPHYTUM.

TOURN. *I. R. H. p. 138. Tab. 56.*

Staminibus interiacent pali, quorum margines denticulati ſunt. Antherae ſagittatae.

195. SYMPHYTUM *officinale.*

Symphytum foliis ovato-lanceolatis, decurrentibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 147. *Spec. Plant.* p. 136. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 165. caule alato. HALL. *Hiſt.* n. 600. *Fl. Carniol.* p. 443. (a)

Conſolida maior MATTHIOL. *Dioſc.* p. 620.

DIAGN.

DIAGN. *Caulis alatus. Pali florales ad basin edentuli.*

Habitat in pratis pinguibus et pomariis, Maio M. florens.

Caulis valde ramosus. Folia alterna, decurrentia, uno latere usque ad folium subiacens, altero ad secundum folium usque; oris undulatis. Racemi cernui. Corollae rubrae. Stylus obiter sulcatus.

196. SYMPHYTUM *tuberosum.*

Symphytum radice tuberosa. IACQUIN. *Obs. Botan.* III. p. 12. Tab. 63.

Symphytum foliis semidecurrentibus: summis oppositis. LINN. *Syst. Nat.* p. 147. *Spec. Plant.* p. 136. n. 2. IACQUIN. *Austr.* p. 29.

Symphytum tuberosum. I. BAUH. *Hist.* III. p. 594. et DODONAEI.

DIAGN. *Caulis simplex, terminatus racemis duobus monophyllis. Pali florales undique denticulati.*

Habitat in sylvestribus, herbidis, *Idriae*, et alibi, initio Aprilis florifer.

Radicis caput tuberosum. Caulis pedalis. Folia elliptica. Racemi oppositi et alterni, bifidi et trifidi, flore solitario e divisione nato; ramis 3-6-floris. Corollae pallide luteae, limbo per aetatem ferrugineo. Stylus teretiusculus.

66. CERINTHE.

TOURN. *I. R. H. p. 79. Tab. 16.*

Corollae segmenta erecta, acuminata, conniventia; foveis quinis ad originem tubi. Antherae pone in hamulos attenuatae, quibus invicem vinciuntur. Capsulae binae biloculares. TOURN.

197. Cerinthe *echioides.*

Cerinthe foliis lanceolato-linearibus, hiſpidis; fructibus geminis; corollis acutis, clauſis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 915. *Spec. Plant.* p. 137. nunc *Onoſma echioides. Syſt. Nat.* edit. 12. *Fl. Carniol.* p. 444. n. 2. GRONOV. *Orient.* p. 16. n. 39.

Symphytum foliis lingulatis, hiſpidis; flore palis deſtituto. HALL. *Enum.* p. 515. n. 2. *Hiſt.* n. 601.

Echium Anchuſae facie &c. HERMANN. *Lugdb.* p. 225.

Diagn. *Caulis adſcendens et una cum foliis lanceolato-linearibus hiſpidus.*

Habitat in aridis montibus circa *Vipaccum.*

198. Cerinthe *Glabra.*

Complectitur tres Species *Linnaeanas*, nempe *maiorem*, *minorem* et *maculatam*; Omnibus enim caulis erectus, hiſpiditas nulla; Folia amplexicaulia, ſeſſilia, baſi cordata plus minus verrucoſa; imis obtuſis; Corollae flavae; Calyces pentaphylli: foliis tribus maioribus; Capſulae nigrae, plerumque binae; Facies una; In floreſcentia eadem.

Cerinthe *maior.* folia gerit obtuſiora, per aetatem coeruleſcentia, albis verrucis magis adſperſa, nec non corollae ſegmenta breviora.

—— *maculata* folia poſſidet modo glabra et magis maculata, modo ad apicem verrucoſa, et corollae ſegmenta longiora.

—— *minor.* diverſa eſt corollae ſegmentis brevioribus.

Plantarum harum ſpecimina varia invicem contuli, nec limites inveni.

67. ASPERUGO.

TOURN. *I. R. H. p. 135. Tab. 54.*

Capſulae a calyce eodem modo teguntur, ut ſemen Atriplicis *patulae* flore foecundo.

199. As-

199. ASPERUGO *procumbens*.

Aſperugo LINN. HALL. IACQUIN. RUPP. TOURNEFORT. ZANNICHELL. aliorumque.

DIAGN. *Caules proſtrati, anguloſi.*

Habitat circa ſepes.
Flores parvi, violacei.

68. ECHIUM.

TOURN. *I. R. H. p. 135. Tab. 54.*

Corolla irregularis. Stamina inaequalia.

200. ECHIUM *vulgare*.

Echium ſpicis lateralibus; foliis lanceolatis, hiſpidis. *Fl. Carniol.* p. 446.
Echium caule tuberculato-hiſpido; foliis caulinis lanceolatis, hiſpidis; floribus ſpicatis, lateralibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 148. *Spec. Plant.* p. 139. n. 3. *Fl. Suec.* 2. 168.
Echium foliis lingulatis, hiſpidis, calycibus pungentibus et hirſutis. HALL. *Hiſt.* n. 603. 604.

DIAGN. *Tota planta hiſpida; foliis lanceolatis.*

Habitat in pratis ſiccioribus.
Iuvenis planta caulem ſimplicem habet, adulta vero ſaepe adeo ramoſum, ut procumbere fere debeat. Apes, quae hos flores ſaepius frequentant, eroſas acquirunt alas.

69. ANDROSACE.

LINN. *Gen. Plant. 179.*

Corollae limbus planus, quinquefidus, ut in PRIMULA *farinacea*, ſed tubus ovatus, Capſula unilocularis, quinquevalvis.

Quaeſivi *Ill.* HALLERUM, quem fructum gerat ARETIA ſua *ſecunda*, et reſpondit

huic fructus subrotundus eſt, *4-5-valvis*, *cartilagineus*, *ſeminibus tribus grandibus ad receptaculum.* Ergo ARETIA LINN. non eſt Genus diſtinctum ab ANDROSACE.

201. ANDROSACE *maxima.*

Androſace perianthiis fructuum maximis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 150. *Spec. Plant.* p. 141. n. 1. *H. Upſal.* p. 36. KRAM. *Auſtr.* p. 31. IACQUIN. *Auſtr.* p. 32.
Androſace ſtipulis quinis, ampliſſimis, HALL. *Hiſt.* n. 624.
Androſace vulgaris TOURN. *Inſt.* p. 123.
Androſace altera MATTHIOL. *Dioſc.* p. 186.

DIAGN. *Folia radicalia, elliptica, dentata, acuminata. Scapi nudi. Pedunculi umbellati. Involucri folia denticulata, patula, elliptica, acuminata, coriacea.*

Habitat in cultis *Carnioliae* calidioris.
Radix annua, fibroſa. Scapi rubelli, dilatati, ſimplices, villoſuli, digitum longi. Umbella quinqueflora; ſexto flore medio. Calyx fructifer late campaniformis, plus quam ſemiquinquefidus. Corolla albida. Capſula rotunda, cartilaginea, ſubpellucida, magnitudine pilulae maioris. Semina (ad 14) trigona, adhaerentia receptaculo craſſo et alveato.

202. ANDROSACE *villoſa.*

Androſace foliis piloſis; perianthiis hirſutis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 150. *Spec. Plant.* p. 142. n. 3. *Fl. Carniol.* p. 293. KRAM. *Auſtr.* p. 41. IACQUIN. *Auſtr.* p. 33.
Aretia foliis ovatis, villoſis; ſcapis umbellatis HALL. *Hiſt.* n. 620.
Chamaeiasme. I. BAUHIN. *Hiſt.* III. p. 869.
Sedum minus X. Alp. IV. CLUS. *Hiſt.* II. p. 62.

DIAGN.

DIAGN. *Folia lanceolata, una cum ſcapo et calycibus pubeſcentia. Corollae albae, circa faucem roſeae aut luteae.*

Habitat in *Alpibus Vochinenſibus*, aliisque.

Folia ad terram in roſulas congeſta, quae ungue digiti auricularis nunquam latiora ſunt. Scapus rubellus, vix biuncialis. Pedunculi umbellati (3 — 6), involucro vix longiores. Corollae ſegmenta ſubovata, faux ornata glandulis flaveſcentibus. Antherae flavae. Capſula rotunda, diſperma, quinque ſtriis longitudinalibus inſtructa.

203. ANDROSACE *lactea.*

Androſace foliis linearibus, glabris; umbella involucris multoties longiore. LINN. *Syſt. Nat.* p. 150. *Spec. Plant.* p. 142. n. 5. IACQUIN. *Auſtr.* p. 33.

Aretia foliis gramineis; ſcapis paucifloris. HALL. *Hiſt.* n. 622.

Phyllo *Dalechampii.* I. BAUHIN. *Hiſt.* III. p. 762.

DIAGN. *Folia anguſta. Pedunculi (1 — 4.) longi, Flores involucro longiores.*

Habitat in ruinis *M. Greben*, cum PAPAVERE *Alpino.*

Folia in roſulas congregata, ſub quibus ſcapi prodeunt tenues, et triunciales. Pedunculi unciales, quandoque et unicus. Calyces ex viridi lutei; ſegmentis acutis, dorſo angulatis. Corolla nivea; ſegmentis emarginatis; fauce glandulis luteis ornata. Capſula rotunda, ſeminibus (4 — 6) foeta.

Raram varietatem in alpibus *Styriae* lectam miſit P. BRWALD, foliis lanceolatis et pedunculis folio brevioribus, unde patet folia linearia non eſſe ſemper huic Plantae propria.

70. PRIMULA.

LINN. *Gen. Plant.* 180.

Solus isque cylindricus corollae tubus ſeparat ab ANDROSACE.

204. PRIMULA *Sylveſtris.*

Primula pedunculis radicalibus, unifloris. *Fl. Carniol.* p. 293. n. 1.

Primula foliis dentatis, rugoſis; pedunculis radicalibus unifloris; limbo corollarum plano. KRAM. *Auſtr.* p. 42. n. 2.

Primula foliis hirſutis, rugoſis, dentatis; ſcapis unifloris. HALL. *Hiſt.* n. 608.

Primula VI. TABERNEMONT. p. 701.

DIAGN. *Folia rugoſa, villoſa. Scapi radicales uniflori. Corollae limbus planiuſculus, diametro ſua ſuperans longitudinem calycis.*

Habitat in ſylveſtribus herbidis, argillaceis, et ſterilibus locis.

Pro varietate PRIMULAE *inſequentis* habet Ill. LINNAEUS; ſed citius floret, ſylvas amat autumno quandoque bifera occurrit, aliam faciem, aliamque floris figuram habet, et culta in aliam ſpeciem nunquam degenerat.

Hac florente MOTACILLA *Trochilus* cudit in ſylvis, LACERTA *Agilis* prodit in lucem. TIPULA *Regelationis* choraeas inſtituit, Theatrum FLORAE panditur.

205. PRIMULA *Officinalis.*

Primula floribus ſubumbellatis; foliis rugoſis, hirſutis. *Fl. Carniol.* p. 293. n. 2.

Primula foliis dentatis, rugoſis; ſcapo multifloro; limbo corollarum concavo. KRAM. *Auſtr.* p. 42.

Primula foliis rugoſis, dentatis, hirſutis; ſcapis multifloris. &c. HALL. *Hiſt.* n. 609. 610.

DIAGN. *Flores umbellati, penduli; corollarum limbis concavis, ſuaque diametro, calycis longitudinem non aequantibus.*

Habitat in pratis ſubalpinis, circa columnas *M. Loibel*, inodora vero varietas in M. *Storſchetz* et Alpibus *Vochinenſibus.*

Cum

Cum priore nunquam et ferius floret, *Humi* nec terrae martialis amica.

206. PRIMULA *farinofa.*

Primula foliis crenatis, glabris; florum limbo plano. LINN. *Syft. Nat.* p. 150. *Spec. Plant.* p. 143. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 172.

Primula umbellifera; foliis ferratis, glabris, carnofis. HALL. *Hift.* n. 612.

Primula veris purpurea. I. BAUHIN. *Hift.* III. p. 498.

DIAGN. *Flores umbellati, erecti; limbo plano. Folia fubtus albo polline adfperfa.*

Habitat in pratis udis *Carnioliae* fuperioris.

Corolla pulchre rubens. Folia oblonga, crenulata. Calyx fructifer pentagonus. Capfula calyce paulo longior 5-valvis.

Infignem varietatem tubis uncialibus, olim legi in Patriis alpibus *Comitatus Tyrolienfis.*

207. PRIMULA *Auricula.*

Primula foliis ferratis, glabris. LINN. *Syft. Nat.* p. 150. *Spec. Plant.* p. 143. n. 3. *Fl. Carniol.* p. 294. n. 3. KRAM. *Auftr.* p. 42. GRONOV. *Orient.* p. 17.

Primula umbellifera; foliis ferratis, glabris, carnofis. HALL. *Hift.* n. 612.

DIAGN. *Flores umbellati. Folia craffa, ferrata, glabra.*

Habitat in fiffuris rupium Alpinarum.

Iuniora folia integra funt, adulta vero fupra medium ferrata redduntur; margine albo. Calyx corollae tubo triplo brevior. Corollae faux farina confperfa eft. Capfula pariter farinofa, coriaceo-cartilaginea, fubrotunda; vertice planiufculo.

208. PRIMULA *integrifolia.*

Primula foliis integerrimis, glabris, oblongis; calycibus tubulofis, obtufis. LINN. *Syft. Nat.* p. 150.

 Spec.

Spec. Plant. p. 144. n. 6. IACQUIN. *Austr.* p. 32. Obs. II. *Obs. Botan.* I. Tab. 15.

Primula foliis ciliatis, ellipticis, carnosis, integerrimis, HALL. *Hist.* n. 615. *Fl. Carniol.* p. 294. n. 4.

DIAGN. *Flores umbellati, pauci, erectiusculi, rubri. Calycis longitudo est tertia pars diametri corollae.*

Habitat in rupium fissuris, in *Struk*, prope *Idriam*, et in *M.* supra *Schwarzenberg*.

Diameter limbi corollae lineas (6—7) longa, tubus longitudine segmentorum. Filamenta alba. Antherae luteae. Germen basi virens, alibi rubrum et splendens. Stylus roseus, tres lineas longus. Stigma rotundatum, pulvinatum, pallide virens, modice ad latus flexum. Floris odor melleus. Semina in una capsula (40—50).

Floret cum CERASIS, RIBESIO, DENTARIA *Pentaph.* canente CUCULLO, parturiente RANA *temporaria*, florente PINGUICULA.

Unifloram varietatem inveni in M. *Grindovitz*.

209. PRIMULA *minima*.

Primula foliis cuneiformibus, dentatis, nitidis, hirsutis; scapis subunifloris. LINN. *Syst. Nat.* p. 151. *Spec. Plant.* p. 143. n. 4. KRAM. *Austr.* p. 42. n. 5.

Primula foliis cuneiformibus, nitidis; scapis unifloris. IACQUIN. *Austr.* p. 32. Obs. 10. *Obs. Botan.* I. Tab. 14. HALL. *Hist.* n. 614.

DIAGN. *Folia cuneiformia, apice dentata, scapus uniflorus.*

Habitat in *Alpicus Vochinensibus.*

Determinatio Linnaeana non valde bona est; folia enim nec minima, nec corollis longe minora sunt, sed semiuncialia, extrorsum latiora, apice rotundata, et dentibus usque septem ibidem instructa. Corollae carneae segmenta semibifida, tubus calyce longior. Caly-

Calycina ſegmenta obtuſa. Capſula ſubrotunda, in vertice plana et rubens. Semina (ad 60), receptaculo ovato et pedunculato adfixa.

71. SOLDANELLA.

GESN. CLUS. TOUR. *I. R. H. p. 82. Tab. 16.*

Petalum campanulatum; laceris oris. Capſula oblonga, ſtriata, colorata, unilocularis; apice demum decem dentato. Receptaculum ovale, ſtylo terminatum.

210. SOLDANELLA *alpina.*

Soldanella. LINN. HALL. *Fl. Carniol.* aliorumque.

DIAGN. *Folia ſubrotunda, integerrima, firmula.*

Habitat in Alpibus *Carnioliae* ſuperioris.

Specimen maximum, quod poſſideo, folium habet undecim lineas longum, unciam latum, baſi emarginatum; petiolo fere biunciali. Scapus praeterea nudus, unicus, ſpithamaeus, tribus floribus terminatus, medio longiore. Corollae caeruleae, cum aliquo immixto rubore, modice nutantes. Fructus erecti, et valde ſimiles capſulae CERASTII *Arvenſis.* Receptaculum inſidet pedunculo columnari, et lineam longo. Semina ſubrotunda (ad 60).

Quare *Goliam* vocat religioſiſſimus alioquin TOURNEFORTII Cultor ADANSONIUS?

72. CYCLAMINUS.

DIOSC. et PLIN. *L. 21. C. 9. 38.*

Corolla profunde quinquefida: ſegmentis reflexis et ſemel tortis; tubo ſubrotundo, antherifero. Capſula hemiſphaerica, unilocularis, ſtylo terminata, intus pulpoſa GLEDITSCH. Semina multa, parva, ſubrotunda.

211. CYCLAMINUS *europaeus.*

Cyclamen corolla retro flexa. LINN. *Syst. Nat.* p. 151. *Spec. Plant.* p. 145. *Fl. Carniol.* p. 292. IACQUIN. *Austr.* p. 32. KRAM. *Austr.* p. 43.

Cyclaminus flore cernuo, segmentis sursum reflexis. HALL. *Hist.* n. 635.

DIAGN. *Folia bina, radicalia, cordata, denticulata.*

Habitat in Humo vegetabili, sylvestribus umbrosisque in locis, sub finem Iunii M. florens. Subrotundam duramque radicem tegit cuticula ferruginea, cutisque lineam crassa, sub qua alba caro et fere insipida. Folia persistunt in alium annum, subtus rubra, superne viridia et punctulis consertis prominulis adspersa. Pedunculus et petioli radicales sunt teretes. Calycini dentes crenulati, interna vero superficies variegata venis fuscis ramosis, et per tubum corollae transparentibus. Antherarum apices conniventes germen tegunt.

73. MENYANTHES.

TOUR. *I. R. H. p. 117. Tab. 15.*

Corollae limbus semiquinquefidus; segmentis tenuiter fimbriatis. Stigma discoidaeum, bifidum. GLEDITSCH.

212. MENYANTHES *trifoliata.*

Menyanthes foliis ternatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 152. *Spec. Plant.* p. 145. n. 3. *Fl. Carniol.* p. 295. KRAM. *Austr.* p. 43. IACQUIN. *Austr.* p. 33. BOEHM. *Lips.* 40. DALIBARD. *Paris* p. 62. HALL. *Hist.* n. 633. ROYEN. *Lugd.* p. 430.

Trifolium fibrinum. III. TABERNEM. p. 906.

DIAGN. *Folia ternata, oblonga.*

Habitat in paludibus *Labacensibus*, et circa *Lokopolim* in pratis, quae alluit, rivulus agitans rotam Molendinii cartarii.

Sca-

Scapus nudus, racemofus. Calyx 6-7 fidus, corollae tubo duplo brevior; fegmento uno longiore. Corolla albida, rubore aliquo fuffufa; fegmentis fuperne barbatis. Stigma quadrifidum. Capfula continet femina in duos ordines collocata.

Vires egregias poffidet in corrigendo humorum lentore, et acida acrimonia.

74. HOTTONIA.

BOERRH. LUDWIG. LINN. *Gen. Plant.* 186.

Calyx ad bafin ufque quinquefidus. Cor. hypocrateriformis; fauce flava. Ad bafin fegmenti finguli duae plicae. Stylus longitudine calycis. Planta aquatica, floribus in fpica verticillata. LUDWIG.

213. HOTTONIA *paluftris*.

Hottonia pedunculis verticillato-multifloris. LINN. *Syft. Nat.* p. 152.

Hottonia florum verticillis fpicatis. HALL. *Hift.* n. 632.

DIAGN. *Scapus fiftulofus, flores verticillatim collocati, pedunculis unifloris, bractea fuffultis.*

Habitat in foffis *Labacenfibus* frequens Maio M.

Folia fubmerfa, verticillata, pinnata: pinnis linearibus. Scapus nudus. Corollae albae ftamina flava.

75. LYSIMACHIA.

TOURN. *I. R. H. p. 141. Tab. 59.*

Differt ab ANAGALLIDE capfula decemvalvi, nec circumciffa; perfiftente ftylo breviore, craffam placentam fovente, in cuius alveolis funt femina trigona, dorfo parietem coriaceam capfulae contingentia, nonnullis abortientibus.

214. LYSIMACHIA *vulgaris*.

Lyſimachia racemis lateralibus; caule ſulcato. *Fl. Carniol.* p. 282.

Lyſimachia paniculata; racemis terminalibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 152. *Spec. Plant.* p. 146. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 175. GRONOV. *Orient.* p. 17.

Lyſimachia foliis ovato-lanceolatis; ſpicis paniculatis. HALL. *Hiſt.* n. 630.

Lyſimachia MATTHIOL. *Dioſc.* p. 614.

DIAGN. *Racemi terminales. Stamen unum longius, et e contra.*

Habitat in pratis.

Corolla adſperſa glandulis breviſſime pedicellatis. Stamina etiam glanduloſa, exceptis apicibus. Antherae obtuſae; ſepto rubro. Germen glanduloſum. Stylus baſi tenuior. Stigma non craſſius ſtylo.

215. LYSIMACHIA *punctata*.

Lyſimachia pedunculis axillaribus, teretibus, unifloris; foliis ellipticis; caule erecto. *Fl. Carniol.* p. 283. n. 4.

Lyſimachia foliis ſubquaternis; pedunculis verticillatis. unifloris. LINN. *Syſt. Nat.* p. 153. *Spec. Plant.* p. 147. n. 6.

Lyſimachia lutea minor. I. BAUH. *Hiſt.* II. p. 304.

Lyſimachia lutea II. CLUS. *Hiſt.* p. 52.

DIAGN. *Ex qualibet ala folii utrinque villoſi prodeunt pedunculi duo ſimplices. Folia ſubtus nigro punctata. Germen croceis punctulis variegatum.*

Habitat in aridis et ſterilibus montibus *Carnioliae* paſſim.

E ſingula baſi folii duae lineae decurrunt per caulem ſimplicem et ramoſum. Folia digiti longitudine, unciam lata ſubſeſſilia. Saepius ternata. Pedunculus unus citius floret et caulem reſpicit, alter vero folium. Calyx villoſus, profunde quinquefidus. Corollae tubus interne purpuraſcens. Filamenta ubique

que villis capitatis adfperfa. Stylus inberbis, corona fulvo-ferruginea terminatus.

216. LYSIMACHIA *Nummularia.*

Lyfimachia pedunculis axillaribus, angulatis, folitariis; foliis ovatis, caule repente. *Fl. Carniol.* p. 283. n. 3.

Lyfimachia foliis fubcordatis; floribus folitariis; caule repente. LINN. *Syft. Nat.* p. 153. *Spec. Plant.* p. 148. *Fl. Suec.* 2. 177.

Lyfimachia caule proftrato; foliis fubrotundis; petiolis alaribus, unifloris. HALL. *Hift.* n. 629.

Lyfimachia humifufa. TOURNEF. *Inft.* p. 141.

DIAGN. *Caulis repens, tetragonus. Pedunculi folitarii. Calycina fegmenta cordata.*

Habitat circa fepes.

Tota glabra; foliis floribusque fecundis. Pedunculi pentagoni. Margines fegmentorum calycis ad bafin reflexi. Antherae acuminatae. Filamenta duo longiora, aut unum longius ftylo.

Olea infufa Planta necat Curculionem *Granarium.*

76. ANAGALLIS.

TOURN. *I. R. H. p. 141. Tab. 59.*

Differt a LYSIMACHIA filamentis hirfutis. GLEDITSCH. Capfula circumciffa, receptaculo alveolato.

217. ANAGALLIS *Phoenicea.*

Anagallis foliis indivifis; caule procumbente. LINN. *Syft. Nat.* p. 153. *Spec. Plant.* p. 148. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 178. *Fl. Carniol.* p. 282. HALL. *Hift.* n. 625. 626.

Anagallis mas. MATTHIOL. *Diofc.* p. 424.

DIAGN. *Caules angulofi. Folia fubtus punctata.*

Habitat fecus hortos, et interdum in agris.

Anagallis flore coeruleo, feu *Anagallis fem.* MATTH. differt

differt tantum colore floris alio, caule ramosiore, et pedunculis plerisque foliorum longitudinem non superantibus, qualis habitat *Tergesti* et *Goriziae* in colle *Medaeae.*

77. AZALEA.

LINN. *Gen. Plant.* 195.

Staminum numero ab ERICA et ANDROMEDA primario differt. A SEDIS nostris differt calyce quinquefolio. HALL. sed quinquedentatus est LUDWIG. aut 5-fidus LINN. GLEDITSCH.

218. AZALEA *procumbens.*

Azalea ramis diffuso-procumbentibus. LINN. *Syst. Nat.* p. 154. *Spec. Plant.* p. 151. n. 6. *Fl. Suec.* 2. 179. KRAM. *Austr.* p. 45. IACQUIN. *Austr.* p. 34.

Anagallis caule procumbente, foliis ovato-lanceolatis, calycis segmentis lanceolatis. HALL. *Hist.* n. 625.

DIAGN. *Ramosa, procumbens,*

Habitat in Alpibus *Carnioliae* super.

Flores solitarii ex summis alis et breviter pedunculati. Calyx fere ad basin usque quinquefidus.

78. COVOLVULUS.

TOURN. *I. R. H. p. 82. Tab. 17.*

Corolla campanulata, plicata. Capsula bilocularis; loculis dispermis. LINN. quadrispermis GLEDITSCH. ut et TOURN. I. ADANS. coniungit cum IPOMAEA LINN.

219. CONVOLVULUS *arvensis.*

Convolvulus foliis sagittatis, utrinque acutis; pedunculis subunifloris. LINN. *Syst. Nat.* p. 155. *Spec.*

Spec. Plant. p. 153. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 181. *Fl. Carniol.* p. 291. n. 1.

Convolvulus foliis ſagittatis, lateſcentibus; petiolis unifloris; ſtipulis remotis, ſubulatis. HALL. *Hiſt.* n. 664.

Helxine ciſſampelos MATTHIOL. *Dioſc.* p. 646.

DIAGN. *Folia ſagittata; apice et hamis acuminatis. Pedunculi uniflori.*

Habitat in agris et hortis, proditorio amplexu viventibus fulcris ingrata planta.

Folia et flores uno verſu diſpoſiti. Pedunculi, petalo etiam duplo longiores, binis bracteolis in medio inſtructi. Calycina folia quina, ovata. Filamenta plana, baſi latiora, apice teretia, villis capitatis adſperſa. Germen album, inpoſitum diſco croceo nectarifero ſubquinquelobo. Stylus apice furcatus.

220. CONVOLVULUS *ſepium.*

Convolvulus foliis ſagittatis, poſtice truncatis; pedunculis tetragonis, unifloris. LINN. *Syſt. Nat.* p. 155.

Convolvulus foliis ſagittatis; hamis emarginatis, anguloſis; petiolis unifloris; ſtipulis cordatis, maximis. HALL. *Hiſt.* n. 663.

Smilax laevis. MATTHIOL. *Dioſc. p. 750.*

DIAGN. *Ambitus nectarii cotylaeformis in hac ſpecie quinquedentatus eſt.*

Habitat in hortis vitioſiſſimus.

Calycis folia duo exteriora cordata. Corolla nivea magna.

221. CONVOLVULUS *Cantabrica.*

Convolvulus foliis lineari-lanceolatis, acutis; caule ramoſo, erectiuſculo; calycibus piloſis; pedunculis ſubbifloris. LINN. *Syſt. Nat.* p. 157. *Spec. Plant.* p. 158. n. 22. KRAM. *Auſtr.* p. 45. in eodem, quem notat, loco, a me etiam viſus, Ao. 1763, cum montes *Badenſes* conſcenderem.

Vol-

Volvulus tereftris. I. BAUH. *Hift.* II. p. 49.
Cantabrica quorundam. CLUS. *Hift.* p. 49.

DIAGN. *Tota planta villofa. Folia lanceolata, fubfeffilia. Pedunculi faepe biflori.*

Habitat in montibus circa *Tergeftum*, in colle *Medaeenfi*, et trans *Lifoncium*, via ad fylvam *Sabotinam* P. WULFEN, et circa *Duinum*.
Calyx femi quinquefidus. Corolla rubra. Capfula acuminata, bilocularis; loculis mono- et difpermis. Sem. fufca, glabra, fubhemifphaerica.

222. CONVOLVULUS *Soldanella.*

Convolvulus foliis reniformibus; pedunculis unifloris. LINN. *Syft. Nat.* p. 157. *Spec. Plant.* p. 159. n. 29.
Braffica marina, f. Soldanella. I. BAUH. *Hift.* II. p. 166.

DIAGN. *Folia reniformia. Pedunculi uniflori.*

Habitat *Tergefti*, *al Molo.*
Caulis decumbens. Folia craffula, obtufa, glabra. Pedunculi ftriati, petiolis longiores. Calyx internus profunde quinquefidus. Corolla profunde quinquepartita; fegmentis acuminatis.

79. CAMPANULA.

TOURN. *I. R. H.* p. 108. *Tab.* 37.

Ovarium coronatum calyce quinquefido et fulciente campanam quinquedentatam, quae demum collabitur, et bafi fua tegit receptaculum, e quo valvae quinae ftaminiferae, una cum medio ftylo trifido prodeunt. Fructus latere dehifcens trilocularis: loculo fingulo fovente placentam bilobam, alveolatam, cui horizontaliter adfixa funt femina ovata compreffa multa.

(*) Fo-

225. *Campanula Cespitosa.* Tab.



(*) *Foliis levioribus.*

123. CAMPANULA *pulla.*

Campanula cauliculis unifloris; foliis caulinis ovatis, crenatis; calycibus cernuis. LINN. *Syst. Nat.* p. 159. *Spec. Plant.* p. 163. n. 2. IACQUIN. *Austr.* p. 35. *Observ. Botan.* I. Tab. 18.

DIAGN. *Folia crenata; ima subrotunda, obtusa, minima cordata; superiora ovato-lanceolata, acuminata. Caules villosuli, saepius uniflori.*

Habitat in *Alpibus Vochinensibus.*

C. BAUHINUS in *Prodromo* ramosam speciem pinxit, calycibus corolla duplo brevioribus. Exemplaria ramosa et ego vidi, nunquam vero corollas adeo longas, et adeo pendulas, ut cernuae dici queant.

124. CAMPANULA *rotundifolia.*

Campanula foliis radicalibus reniformibus, caulinis linearibus. LINN. *Syst. Nat.* p. 159. *Spec. Pl.* p. 163. n. 3. *Fl. Suec.* 2. 184.

DIAGN. *Folia omnia acuminata: ima subrotunda et crenata; superiora lanceolata. Caules 2-3-flori.*

Habitat in *Alpibus nostris.*

Et haec est CAMPANULA *minor* etc. CLUSII *Hist.* p. 173. CAMPANULA *alpina, rotundifolia minor.* C. BAUHIN. *Prodr.* p. 34. CAMPANULA *parva, Anguillarae. Cantabrica.* I. BAUHIN *Hist.* II. p. 796. consequenter etiam CAMPANULA *rotundifolia* LINN. etsi folia radicalia reniformia nulla videam, Flos in hac specie est lata campana, eaque nullo folio brevior. Vide *Annal. II. Histor. Nat.* p. 46.

125. CAMPANULA *Cespitosa* Tab. 4.

Campanula caule angulato; foliis imis ovatis, serratis, glabris; germinibus decagonis. *Fl. Carniol.* p. 261. n. 5. non vero Synon.

DIAGN.

Diagn. *Folia caulina congesta, dura, dentata. Flos est campanula ovalis, ad ventrem crassior ac est diameter oris.*

Habitat in siccis, saxosisque montibus, initio Augusti florens.

Plures caules et surculi ex una radice, cespitem faciunt. Surculi sola gerunt folia petiolata, ovata, acuminata, dentata, alioque anno floriferi fiunt, spithamam longi, ramosi: ramis laxis, tenuibus, paucifloris; foliis ad basin imbricatis, lanceolatis, sessilibus, sparsis, et subtus punctatis, supra medium modice concavis, dentatis: dentibus rubella glandula terminatis. Foliis hisce tertia pars caulis singuli tecta est, caetera vero folia linearia sunt, integerrima remotiora. Campanulae nutant, sature caeruleae, semiunciam longae, quatuor lineas crassae; segmentis singulis trilineatis. Calycini dentes longitudinem habent segmentorum corollae, erecti, non dentati, tenues et acutissimi. Germen glaberrimum, decagonum: angulis alternis crassioribus. Semina elliptica, compressa, aliaque parte colorata dum iuniora sunt.

Ill. *de* HALLER. missam Plantam habuit pro Varietate *Campanulae alpinae* C. BAUH.

226. Campanula *linifolia.*

Campanula linifolia. *Ann. II. Hist. Nat.* p. 47.

Diagn. *Folia caulina linearia integerrima, digitum longa. Dentes calycini setacei, inaperto flore longiores.*

Habitat in *Carnioliae* subalpinis, inter *Veldes*, et *Vochein.*

Caulis pedalis, simplex, teretiusculus. Folia radicalia subrotunda et cordata pereunt, dum floret planta, caulina heteromalla, mollia. Ex alis superioribus prodeunt pedunculi solitarii setaceo foliolo instructi. Videtur Campanula *caule simplici* etc. HALL. *Hist.*

Hiſt. n. 160. Sed in Litteris monet ad CAMPANULAM *rotundifoliam* C. BAUH. pertinere.

227. CAMPANULA *patula.*

Campanula caule angulato; foliis lanceolatis, ſerratis; calycinis ſegmentis erectis, baſi dentatis. *Fl. Carniol.* p. 262. n. 7. non vero ſynon.

Campanula foliis ſtrictis, radicalibus lanceolato-ovalibus; panicula patula. LINN. *Syſt. Nat.* p. 159. *Spec. Plant.* p. 163. n. 4. *Fl. Suec.* 2. 186.

Campanula caule brachiato, foliis lanceolato-linearibus, glabris; petiolis paucifloris, nudis. HALL. *Hiſt.* n 698.

DIAGN. *Caulis ſtriatus, ramoſus; ramis ſparſis, paucifloris. Denticulus utrinque ad baſin ſinguli ſegmenti calycini.*

Habitat circa vias et hortos.

Radix obliqua. Caules angulati; angulis plus minus ſcabris. Folia lanceolata, glabra, ſeſſilia crenata. Calycina ſegmenta erecta; germine duplo longiora, baſi utrinque uni- et bidentata, Corollae os patulum, unciali diametro inſtructum, ſemiquinquefidum; ſegmentis brevioribus, ac ſunt dentes calycini. Germen glabrum, decagonum. Capſula trilocularis.

228. CAMPANULA *perſicifolia.*

Campanula caule unifloro, tereti; foliis imis ſubovatis; ſuperioribus lanceolatis. *Fl. Carniol.* p. 261. n. 4.

Campanula foliis radicalibus obovatis, caulinis lanceolato-linearibus, ſubſerratis, ſeſſilibus, ramoſis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 159. *Spec. Plant.* p. 164. n. 7. *Fl. Suec.* 2. 197.

Campanula foliis radicalibus ovatis, caulinis linearibus; petiolis longiſſimis, paucifloris. HALL. *Enum.* p. 494. n. 12.

Campanula Perſica folio. CLUS. *Hiſt.* p. 171.

DIAGN. *Tota planta glabra. Folia lanceolata. Germina hirta.*

Habitat in *M. Nanas*, et circa *Goriziam.*

Facile dignofcitur germinibus et capfulis hirtis, in planta alibi glabra; nec non campanae apertura maiore ac tota eiusdem longitudo eft.

In *Hungaria* occurrit etiam caule unifloro, bifloro, trifloro.

229. CAMPANULA *pyramidalis.*

Campanula foliis laevibus, ferratis, cordatis: caulinis lanceolatis; caulibus iunceis, fimplicibus; umbellis feffilibus, lateralibus. LINN. *Syft. Nat.* p. 159. *Spec. Plant.* p. 164. n. 8.

Campanula pyramidata. TOURN. *Inft.* p. 109.

Pyramidalis laevis. I. BAUHIN *Hift.* II. p. 808.

DIAGN. *Caulis quadripedalis, ab imo ad fummum ramis brevibus paniculatus. Folia omnia ovata, petiolata, breviter dentata.*

Habitat circa *Idriam* in *Struk*, inter fiffuras rapium. In M. *Sancto*, in muris circa *Heidenfchaft*, et in *M. S. Caterinae.* P. WULFEN.

Lactefcunt radix et caulis. Dentes foliorum pallidiore glandulae terminati. Campana patulae, ultra medium quinquefida. Calycini dentes, etiam dum corolla claufa eft, horizontaliter patentes, germine duplo longiores. Germen trigonum.

230. CAMPANULA *rhomboidalis.*

Campanula foliis rhomboidibus, ferratis; fpica fecunda; calycibus dentatis. LINN, *Syft. Nat.* p. 160. *Spec. Plant.* p. 165. n. 11.

Campanula caule levi, fimplici; foliis glabris, ovato - lanceolatis, ferratis; petiolis paucifloris. HALL. *Hift.* n. 693.

Campanula, alpina, glabra etc. I. BAUHIN. *Hift.* II. p. 804.

DIAGN.

DIAGN. *Flores approximati, in ſpicam ſecundam diſpoſiti. Capſulae glabrae, venoſae: venis anaſtomoſantibus.*

Habitat in *Agro Gorizienſi*, et *M. S. Caterinae.* P. WULFEN.

Data differentia coniungit CAMPANULAM *rhomboidalem*, cum *Rapunculoide* LINN. caulibus plus minus ramoſis, et ſuperficie inferna foliorum plus minus ſcabra, diverſam.

231. CAMPANULA *Rapunculus.*

Campanula foliis undulatis; radicalibus lanceolato-ovalibus; panicula coarctata. LINN. *Syſt. Nat.* p. 159. *Spec. Plant.* p. 164. n. 5. *H. Upſal.* p. 40.

DIAGN. *Folia undulata. Paniculae racemi unciales, demum erecti. Flores ſubcorymboſi.*

Habitat *Goriziae* in colle *Medeae.* P. WULFEN.

Panicula ſpithamaea; racemis imis 4-5-floris, et ita cauli adpoſitis, vt verticillos repraeſentent. Dentes calycini erecti, ſetacei, germine longiores.

(***) *Foliis aſperioribus.*

232. CAMPANULA *Bononienſis.*

Campanula foliis ovato-lanceolatis, ſubtus ſcabris, ſeſſilibus; caule paniculato. LINN. *Syſt. Nat.* p. 160. *Spec. Plant.* p. 165. n. 15.

Campanula caule erecto, ramoſiſſimo; foliis ovato-lanceolatis, ſubtus tomentoſis; petiolis multifloris, erectis. HALL. *Hiſt.* n. 689.

DIAGN. *Folia ſeſſilia, amplexicaulia, crenata; nervis ſubtus ferruginea lana pubeſcentibus,*

Habitat in *Auſtriaco Littorali.* Ill. a MYGIND.

Caulis teres. Flores in longam et ſtrictam paniculam diſpoſiti. Facies CAMPANULAE *Pyramidalis* Pedunculi 3-5-flori, ſupremi uniflori. Calycina ſegmenta erecta, lanceolata, germine duplo longiora.

233. CAMPANULA *thyrſoidea.*

Campanula hiſpida; racemo ovali, oblongo, terminali; caule ſimpliciſſimo; foliis lanceolato-linearibus. IACQUIN. *Auſtr.* p. 37. Obſ. 13. *Obſerv. Botan.* I. Tab. 21. LINN. *Syſt. Nat.* p. 160.
Campanula foliis lingulatis, aſperis; floribus hirſutis, denſiſſime ſpicatis. HALL. *Hiſt.* n. 668.

DIAGN. *Folia lanceolato-linearia. Tota planta hirſuta. Flores ſeſſiles in longam ſpicam diſpoſiti.*

Habitat in Alpibus noſtris.
Deſcriptionem vide apud *Celeb.* HALLERUM *l. c.*

234. CAMPANULA *Trachelium.*

Campanula caule angulato; foliis petiolatis; calycibus ciliatis; pedunculis trifidis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 160. *Spec. Plant.* p. 166. n. 18. *Fl. Suec.* 2. 189. *Fl. Carniol.* p. 263. n. 8.
Campanula foliis cordato-lanceolatis, acute ſerratis, hirſutis; petiolis ex alis paucifloris; calycibus hiſpidis. HALL. *Hiſt.* n. 690.

DIAGN. *Ima folia cordata. Pedunculi plerumque triflori. Calycina ſegmenta rigidis albidisque pilis minus adſperſa, quam germen.*

Habitat in aridis, ſaxoſis, et circa muros.
VAR. 1. *Pedunculis imis trifloris, ſupremis unifloris.* Haec ſynonyma dicta genuit, ſed detur etiam,
—— 2. *Pedunculis unifloris.*
In agro Gorizienſi lecta, et miſſa a P. WULFEN, cui caulis minus angulatus, et ſubteres. Folia omnia ſubcordata, aſperiora, dentata. Pedunculi omnes uniflori; flore longiores.

235. CAMPANULA *glomerata.*

Campanula caule angulato, ſimplici; floribus ſeſſilibus; capitulo terminali. LINN. *Syſt. Nat.* p. 160. *Spec. Plant.* p. 166. n. 19. *Fl. Suec.* 2. 190. *Fl. Carniol.* p. 262. n. 6.

Campa-

Campanula caule ſimplici, aſpero, foliis amplexicaulibus, floribus capittatis. HALL. *Hiſt.* n. 685.

Diagn. *In ſummitate plantae et e ſupremis foliorum alis prodeunt flores glomerati, ſeſſiles.*

Habitat in pratis paſſim.

E ſingula baſi folii decurrit per caulem linea elevata. Folia ima in petiolum decurrentia; ſuperiora ſeſſilia, rigida, amplexicaulia. Calycini dentes erecti, infra medium dente utrinque inſtructi; oris villoſis, infra medium reflexis. Corollae ſemiquinqueſidae, faux piloſa. Capſula trilocularis.

236. Campanula *medium.*

Campanula capſulis quinquelocularibus, obtectis; caule indiviſo, erecto, folioſo; floribus erectis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 161. *Spec. Plant.* p. 167. n. 22.

Viola Mariana quorundam. CLUS. *Hiſt.* p. 172.

Diagn. *Calyx tot ligulas deorſum protendit, quot ſegmenta ſurſum educit. Campanula calyce triplo longior.*

Habitat in *Agro Tergeſtino*, et *Gorizienſi.*

Pedunculi biflori et triflori; ſed data diagnoſis Campanulae etiam *Alpinae* JACQUINII communis eſt, et erit, donec ſera dies deteget, quantum valeat natale ſolum, et aeris ingenium, in mutanda facie Plantarum, quae in his ſaltem ſpeciebus varia omnino ſe prodit.

(***) *Corolla rotata.*

237. Campanula *Speculum.*

Campanula caule angulato, ramoſo; calycibus corolla longioribus; capſulis priſmaticis. *Fl. Carniol.* p. 263. n. 9.

Campanula caule ramoſiſſimo, diffuſo; foliis oblongis, ſubcrenatis; floribus ſolitariis; capſulis priſmaticis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 161. *Spec. Plant.* p. 168. n. 22.

 Campa-

Campanula caule procumbente; fructibus prifmaticis, floribus rotatis, longiffime petiolatis, folitariis. HALL. *Hift.* n. 703.

DIAGN. *Calyces corollis longiores. Capfulae prifmaticae.*

Habitat in arvis.

Annua, ramofa, fubdecumbens; flore quafi pentapetalo, rotato, expanfo, et omnino degenere.

80. RAPUNCULUS.

TOURN. *I. R. H. p. 113. Tab. 38.* HALL. *Hift. 303.*
PHYTEUMA. LINN. *G. P. 203.*

Petalum corniculatum, in lacinias quinque lineares ab imo furfum pandendas, dehifcens.

238. RAPUNCULUS *fpicatus.*

Phyteuma fpica oblonga; capfulis bilocularibus; foliis radicalibus cordatis. LINN. *Syft. Nat.* p. 103. *Spec. Plant.* p. 171. n. 4. *Fl. Carniol.* p. 259. n. 2.

Rapunculus foliis radicalibus cordatis; tubis, bicornibus, revolutis. HALL. *Hift.* n. 684.

Rapunculus fpicatus. C. BAUH. *Prodr.* p. 32.

DIAGN. *Flores in longam fpicam congefti. Staminum filamenta transverfim undulata.*

Habitat in fylveftribus umbrofisque locis, circa finem M. Maii florens.

Spica floralis digitum longa. Apices dentium calycinorum pellucidi. Bracteola linearis fub fingulo flore. Filamenta villofa. Antherae filiformes.

Huius Varietas eft *Rapunculus* I. Tab. I. *Inftit. Bonon.* Tom. IV. p. 296. fig. I.

239. RAPUNCULUS *orbicularis.*

Phyteuma capitulo fubrotundo; foliis ferratis; radicalibus cordatis. LINN. *Syft. Nat.* p. 163. *Spec. Plant.* p. 170. n. 3. *Fl. Carniol.* p. 259. n. 1.

Rapun-

Rapunculus foliis imis longe cordatis, caulinis sessilibus, acutis; bracteis ovato-lanceolatis. HALL. *Hist.* n. 681.

DIAGN. *Folia lanceolata: infima duo, aut unicum basi cordatum. Flores collecti in capitulum subrotundum, non ultra (50).*

Habitat in muris et rupibus, circa *Idriam*, et alibi, circa medium Iunii florens.

Folia dura; ima petiolo proprio breviora; superiora breviter dentata, subtus pallidiora, marginibus modice deflexis. Caulis teres, nec striatus, ut in priore. Dentes calycini germine longiores. Corolla basi pentagona, dum adhuc clausa est. Filamenta minime undulata. Flores breviter pedunculati.

240. RAPUNCULUS *comosus.*

Phyteuma fasciculo terminali, sessili; foliis dentatis: radicalibus cordatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 163. *Spec. Plant.* p. 171. n. 5. IACQUIN. *Austr.* p. 35.

Rapunculus foliis imis longe petiolatis, caulinis linearibus, integris; bracteis linearibus: duabus imis longissimis. HALL. *Hist.* n. 632.

Rapunculus Alpinus corniculatus. C. BAUHIN. *Prodr.* p. 33.

Rapunculo spicato adfinis etc. I. BAUHIN. *Hist.* II. p. 811.

DIAGN. *Capitulum terminale duobus foliis suffultum. Folia lanceolata: ima petiolata; superiora semiamplexicaulia.*

Habitat in *Alpibus Vochinensibus.*

Nescio quam laxam capituli deformationem pinxerint FRATRES BAUHINI; nec folia illa subrotunda et cordata, qualia pinxit C. BAUHINUS in meis exemplaribus tam indigenis, quam exteris, adsunt.

241. Rapunculus *pauciflorus*.

Phyteuma capitulo ſubfolioſo; foliis omnibus lanceolatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 162.

Rapunculus foliis ovatis, obtuſe dentatis; bracteis maximis, obtuſis. HALL. *Hiſt.* n. 680.

Rapunculus alpinus, parvus. I. BAUHIN. *Hiſt.* II. p. 811.

Diagn. *Caulis biuncialis. Folia lanceolata. Flores duo tresve intra folia in ſummo caule ſepulta.*

Habitat cum priore.

Folia obiter, crenulata et glabra. Calycini dentes longitudine germinis. Folia exteriora, quae floribus circumſtant, cordata ſunt.

In multis convenit cum ſpecie priore, cuius forte ſoboles eſt. ANN. II. *Hiſt. Nat.* p. 48.

Huc ſpectat *Rapunculus folio oblongo, ſpica orbiculari.* C. BAUH. pictus in Tom. IV. *Comment. Inſt. Bonon.* ob folia omnia lanceolata.

81. LONICERA.

LINN. *Gen. Plant.* 210.

Germen ſubrotundum, coronatum, calyce parvo, quinquedentato, e quo ſurgit corolla longa, limbo quinquefido: lacinia una profundius ſeparata. Bacca ſubrotunda, modo unica, modo cum ſocia connata. Notae hae coniungunt Caprifolium Symphoricarpos, Xylosteum, Diervillam, in unum Genus Naturale, et ſi idem non ſit in omnibus loculorum baccae, ac ſeminum numerus Caprifolii nomen genericum retineri potuiſſet, praeſtantius Lonicera, quae eſt Loranthus Vaillant.

242. Lonicera *Caprifolium*.

Lonicera floribus verticillatis, terminalibus; foliis ſummis connato-perfoliatis. LINN. *Syſt.*

Nat.

Nat. p. 165. *Spec. Plant.* p. 173. n. 1. *Fl. Carniol.* p. 267. n. 1.
Caprifolium. DUHAMEL. *Arbor.* I. p. 123.

DIAGN. *Flores ſolitarii, verticillati, ſeſſiles, terminales.*

Habitat ad ſepes agri *Labacenſis*, *Vipacenſis*, *Gorizienſis*, *Tergeſtini*, circa *Lok*, *Ober-Laybach;* Folia glabra. Flores (6——8). Corollae labium tubo unciali longus. Stamina ſub ſtylo collocata Baccae rubrae, ſubovatae, foetae ſeminibus (1—6).

243. LONICERA *Periclymenum.*

Lonicera capitulis ovatis, imbricatis, terminalibus; foliis omnibus diſtinctis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 165. *Spec. Plant.* p. 173. n. 3.

DIAGN. *E ſupremis foliis prodeunt pedunculi 4-6-flori,*

Habitat in Agro *Gorizienſi.*

244. LONICERA *Xyloſteum.*

Lonicera pedunculis bifloris; baccis diſtinctis; foliis integerrimis, pubeſcentibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 166. *Spec. Plant.* p. 174. n. 6. *Fl. Carniol.* p. 268. n. 3. HALL. *Hiſt.* n. 677.
Xiloſteon. DUHAMEL. *Arbor.* II. p. 373.

DIAGN. *Folia integerrima, villoſa. Baccae rubrae, diſtinctae, geminae.*

Habitat ad ſepes, et circa ſylvas. Maio M. florens. Folia ovata. Pedunculus teres, uncialis, tribus bracteis inſtructus, quarum media ſetacea, aliae autem ovatae ſunt. Calyx tridentatus: dentibus glanduloſis. Corolla alba, labii inferioris latitudine eadem, quae galeae laciniarum lateralium; tubo ſubtus ſtrumoſo. Antherae rufeſcentes, polline luteolo. Filamenta piloſa ubique, apice excepto. Stylus totus villoſus. Stigma bifidum, orbiculatum viride. Baccae rotundae, latere coalitae, rubrae, triloculares:

 locu-

loculis dispermis. Semina ovalia, complanata, flavescentia.

245. LONICERA *alpigena.*

Lonicera foliis ovali-lanceolatis; pedunculis bifloris; baccis coadunatis, didymis. LINN. *Syst. Nat.* p. 166. *Spec. Plant.* p. 174. n. 8. *Fl. Carniol.* p. 268. n. 2. HALL. *Hist.* n. 675.

DIAGN. *Folia glabra, ovato-oblonga. Floris galea triloba. Baccae connatae, rubrae.*

Habitat in sylvis, et pratis subalpinis.

Folia subtus splendentia. Pedunculi striati, digitum longi. Bracteae binae. Corolla rubra. Calix quinquedentatus. Filamenta basi pilosa. Antherae corollae concolores.

246. LONICERA *caerulea.*

Lonicera pedunculis bifloris; baccis coadunato-globosis; stylis indivisis. LINN. *Syst. Nat.* p. 166. *Spec. Plant.* p. 174. n. 9.

Caprifolium foliis ovatis, bacca singulari, ovata, biflora. HALL. *Hist.* n. 674.

DIAGN. *Folia oblonga, nervosa. Baccae coalitae, nigro-caeruleae.*

Habitat in pratis subalpinis, circa *Voiska.*

Bacca succo tinctorio plena.

82. VERBASCUM.

LINN. *Gen. Plant.* 217.

Calyx modice irregularis. TOURN. Tab. 61. D. Cor. rotatae, 5-fidae, tubus brevis. Stamina inaequalia. Capsul. bilocul. TOURN. E. F. bivalvis. LINN. valvis bifidis. Receptacula seminum bina, subrotunda, septo adnata.

Si

Si VERBASCUM eſt Planta *Perſonata*, tunc etiam HYOSCYAMUS, STRAMONIUM, et aliae ſimiles.

247. VERBASCUM *Thapſus*.

Verbaſcum foliis decurrentibus, utrinque tomentoſis; caule ſimplici. LINN. *Syſt. Nat.* p. 169. *Spec. Plant.* p. 177. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 159. *Fl. Carniol.* p. 284. n. 1. HALL. *Hiſt.* n. 581.

Verbaſcum I. MATTHIOL. *Dioſc.* p. 716.

DIAGN. *Folia amplexicaulia, utrinque tomentoſa. Flores in longum thyrſum ſpicati.*

Habitat in aridis, circa vias.

Folia crenata. Flores quatuor ſimul. Stamina flava: binis imberbibus et truncatis, caeteris flavicante lana pubeſcentibus. Antherae fulvo-rubrae. Semina in uno loculo (ad 315).

Radix recens et ſicca gallinaceam gentem mire nutrit ad obaeſitatem uſque, acrimoniam quoque demulcet, ideoque utiliſſima in Phthyſi bovilla LINN. imo et humana ZANNICHEL. et in cruciatibus dyſentericis et haemorrhoidalibus. In *Carniolia* habetur ubique pro ſpecifico in morbis Pulmonum Bovillae Gentis, dictum ideo *Plutſchnik*, *Plutſchentza*.

248. VERBASCUM *Lychnitis*.

Verbaſcum foliis cuneiformi-oblongis. LINN. *Syſt Nat.* p. 169. *Spec. Plant.* p. 177. n. 2. *Fl. Carniol* p. 284. n. 2.

Verbaſcum ſpica ramoſa; foliis ovato-lanceolatis; inferioribus petiolatis. HALL. *Hiſt.* n. 583.

Verbaſcum pulverulentum. I. BAUHIN. *Hiſt.* III. p. 872.

DIAGN. *Tota planta tomento pulverulento tecta. Folia inferiora lanceolata, ſuperiora ſeſſilia et auriculata.*

Habitat in incultis circa *Gartſchereutz*.

To-

Tomentum farinaceum, huic uni proprium.

249. VERBASCUM *nigrum.*

Verbascum foliis cordato-oblongis, petiolatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 169. *Spec. Plant.* p. 178. n. 3. *Fl. Suec.* 2. 197.

Verbascum foliis imis petiolatis, cordato-lanceolatis: superioribus sessilibus, ovatis, acutis. HALL. *Hist.* n. 584.

Verbascum nigrum. I. BAUHIN. *Hist.* III. p. 172.

DIAGN. *Caulis et rami laxe spicati; pedunculis ex uno loco (ad 7). Stamina omnia barbata villis fluitantibus, et ovali saturatiore capitulo clavatis.*

Habitat ad radices montium.

Caulis angulatus, rubens. Folia oblonga, duplicato-crenata, superne rugosa et obscure virentia, subtus subhirsuta. Corollae faux maculis rubris, luteo variegatis, hemisphaericis coronata. Filamentorum apices luteo virides et imberbes. Antherarum pollen flavus. Stigma ad latera styli decurrens. Capsula obtusa.

250. VERBASCUM *phoeniceum.*

Verbascum foliis ovatis, nudis, crenatis, radicalibus; caule subnudo, racemoso. LINN. *Syst. Nat.* p. 169. *Spec. Plant.* p. 178. n. 7.

Verbascum flore coeruleo vel purpureo. I. BAUH. *Hist.* III. p. 875.

DIAGN. *Pedunculi uniflori, solitarii, subiecto folio longiores, in racemum longum digesti. Folia caulina lanceolata, sessilia, crenata, subvillosa.*

Habitat in *Kartschia* et *Istria.*

Caulis angulatus, folia sub floribus ovata. Pedunculi et calyces villosi. Tubo postice adsident maculae virides cordiformes. Filamenta barbata. Antherae fulvo polline plenae. Stylus glaber.

251. VER-

251. VERBASCUM *blattaria.*

Verbafcum foliis glabris; imis petiolatis, finuatis; fuperioribus feffilibus; floribus folitariis. *Fl. Carniol.* p. 285. n. 3.

Verbafcum foliis amplexicaulibus, oblongis, glabris; pedunculis folitariis. LINN. *Syft. Nat.* p. 170. *Spec. Plant.* p. 178. n. 4.

Verbafcum fpica rariffima, foliis glabris, ferratis, cordato-lanceolatis; imis femipinnatis, fuperioribus amplexicaulibus. HALL. *Hift.* n. 585.

Blattaria lutea I. BAUHIN. *Hift.* III. p. 874.

DIAGN. *Folia glabra: ima finuata, fuperiora amplexicaulia.*

Habitat ad vias, non rarum.

Caulis ftriatus. Foliorum orae crifpae et dentatae. Corollae flavae. Pedunculi fubiecto folio breviores. Calyces glandulofi. Filamenta fupra medium barbata villis rubris et clavatis; fed ftamen fupremum et duo alia huic proxima albam barbam gerunt. Stylus glandulofus. Germen glandulofum. Capfula rotunda.

83. STRAMONIUM.

TOURN. *I. R. H. p. 118. Tab. 43.*

Calyx tubulofus. C. femideciduus. GLEDITSCH. Corolla infundibul. plicata. Stigma bilamellatum. Capf. 4-valvis. *Idem.*

152. STRAMONIUM *Foetidum.*

Datura pericarpiis fpinofis, erectis, ovatis; foliis ovatis, glabris. LINN. *Syft. Nat.* p. 170. *Spec. Plant.* p. 179. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 181. *Fl. Carniol.* p. 290. STOERCK. *libell. de Datura* cum icone.

Stramonium foliis angulofis; fructu erecto, muricato; calyce pentagonio. HALL. *Hift.* n. 586.

Solanum maniacum. COLUMN. *Phythob.* p. 47.

DIAGN.

DIAGN. *Capſulae ſpinoſae, erectae, ovatae.*

Habitat ſecus vias, *Styriam* verſus.

Capſulae quadriloculares valvae contextae nervis ramoſis anaſtomoſantibus, quorum aliqui connivent et coaleſcunt in ſpinas. Septa omnino bina, ſed unicum uſque ad apicem capſulae extenſum. Semina (ad 160), nigra, reniformia, foveis exarata.

84. HYOSCYAMUS.

TOURN. *I. R. H. p. 117. p. 42.*

Calyx quinquedentatus. Corolla infundibuliformis. Capſula bilocularis, circumſciſſa, polyſperma.

253. HYOSCYAMUS *niger.*

Hyoſciamus foliis amplexicaulibus ſinuatis; floribus ſeſſilibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 170. *Spec. Plant.* p. 179. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 199. GRONOV. *Orient.* p. 20. *Fl. Carniol.* p. 289. HALL. *Hiſt.* n. 580. STOERCK. libell. de *Hyoſcyam.* cum icone.

DIAGN. *Piloſus, ruderalis; floribus pallide luteis, capſulis ſecundis.*

Habitat in oppidis et pagis circa domos.

Capſula cupellae furni anemii ſimilis, quam culter facile in duas ſeparat interno latere fiſſas. Corolla inaequaliter 5-fida, operculum capſulae biloculare.

254. HYOSCYAMUS *Scopolia.*

Atropa caule herbaceo; foliis ovatis integris; calycibus erectis; fructu capſulari. *Fl. Carniol.* p. 288. n. 2.

Hyoſcyamus foliis ovatis integris; calycibus inflatis, campanulatis, laevibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 171.

Scopola Carniolica. IACQUIN.

Solanum ſomnificum, alterum. MATTHIOL. non enim alia planta Solanoides in eo, quem indicat, loco

loco nafcitur; fed bonus homo, maluit fructum baccatum dicere, quam fibi ignotum ingenue fateri.

Radix perennis, tranfverfa, nodofa, craffa, ramofa, flexuofa, pollicis craffitie, humo tecta.

Caulis etiam tripedalis, herbaceus, teres, glaber, digiti craffitie, trifidus et bifidus; ramis dichotomis, ut in ATRORA *Belladona*.

Folia ovata et oblonga, digiti longitudine: ima integerrima, fuperiora non raro modice finuata, aut repanda.

Pedunculi uniflori, penduli, ex axillis et alis, debiles, biunciales.

Calyx pendulus, glaber, quinquedentatus, perfiftens, amplior fructu, et quafi inflatus.

Corollae color et figura eadem, ut in ATROPA *Bellad.*

Stamina attenuata, villofa.

Antherae biloculares, luteolae.

Stylus deciduus, ftaminibus longior; ftigmate capitato, fubbifido, pulvinato, et in apice trigona foveola notato.

Germen feffile, glabrum, fafi flavum.*

Capfula tenuis, diametro quinque linearum, calyce minor, difficulter dehifcens; operculo fignato lineis duabus cruciformibus.

Semina in fingulo loculo (20—24), receptaculo orbiculato adfixa, non germinantia.

Habitat in fylvis circa *Idriam*, frequens, circa medium Aprilis florens.

Ab ATROPA differt fructu capfulari, calyce, ftigmate, et receptaculi dentibus nectariferis.

Pro novo Genere fub *Scopolae* nomine propofuit Cl. IACQUINIUS. Verumtamen merita mea in re herbaria non ea effe fateor, quae me viris illis adnumerare queant, quorum cognomina novis plantarum generibus data fuerunt. Alii funt his honoribus longe digniores. Vide ANN. noftrum IV. HIST. NAT. in *Dubiis Botan.*

85. BE-

85. BELLADONNA.

CLUS. TOURN. *I. R. H. p. 77. Tab. 13.*

Bacca ſubrotunda, patulo calyci impoſita. TOURN. E. C. Segmenta quoque calycina haud prorſus aequalia ſunt. C.

255. Belladonna *Trichotoma.*

Atropa caule herbaceo; foliis ovatis, integris. LINN. *Syſt. Nat.* p. 171. *Spec. Plant.* p. 181. n. 1. *Flor. Carniol.* p. 287. n. 1.

Belladonna caule herbaceo, brachiato, foliis ovato-lanceolatis, integerrimis. HALL. *Hiſt.* n. 579.

Belladonna. CLUS. *Pann.* p. 503.

Diagn. *Caulis herbaceus. Folia ovata, et integra.* LINN.

Habitat in ſylvis noſtris, non rara, ſub initium Iunii florens.

Inter locula antherarum iacent bina tubercula. Stigma bilobum. Bacca ſtellato calyci inſidens, nigra, lucida, ſucculenta valde, obtuſa et punctulis inpreſſis notata; receptaculis duobus cordiformibus, quibus adhaerent ſemina (110).

86. PHYSALIS.

DIOSC. *L. 4. C. 67.*

Bacca rotunda, bilocularis, inflato calyce tecta. TOURN. *I. R. H.* Tab. 64. H. E. F.

256. Physalis *Halicacabum.*

Phyſalis foliis geminis integris, acutis; caule herbaceo, inferne ſubramoſa. LINN. *Syſt. Nat.* p. 172. *Spec. Plant.* p. 183. *Fl. Suec.* 2. 183. *Fl. Carniol.* p. 285.

Phyſalis foliis coniugatis, cordatis, ſinuatis; caule ramoſo. HALL. *Hiſt.* n. 577.

Solanum Halicacabum. MATTHIOL. *Dioſc.* p. 677.

Diagn.

DIAGN. *Folia gemina* LINN. *cordata. Calyx rubens.* HALL.

Habitat in ſiccis et ſylveſtribus, ſub finem M. Maii florens.

Radix translata in hortis, reptatu ſuo denique moleſta eſt. Unica ala florida. Pedunculus corollae diametro brevior. Calyx cum albida corolla villoſus. Stamina tria longiora. Germen baſi fulvum. Stigma ſubtrigonum, fere ut in *Liliis.*

87. SOLANUM.

TOURN. *I. R. H. p. 148. Tab. 62.* et LYCOPERSICUM EIUSD.

Antherae circa ſtylum coalitae. Bacca calyce patulo nec turgido ſuſtentata.

257. SOLANUM *Dulcamara.*

Solanum caule inermi, fruticoſo, tereti; foliis ſuperioribus haſtatis; racemis dichotomis, oppoſitis. *Fl. Carniol.* p. 286. n. 1.

Solanum caule inermi, fruteſcente, flexuoſo; foliis ſuperioribus haſtatis; racemis cymoſis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 173. *Spec. Plant.* p. 185. n. 5. *Fl. Suec.* 2. 201.

Solanum caule flexuoſo fruteſcente; foliis ſupremis tripartitis et cordato-lanceolatis. HALL. *Hiſt.* n. 575.

Vitis ſylveſtris. MATTHIOL. *Dioſc.* p. 790.

DIAGN. *Caulis fruteſcens, inermis. Folia ſuperiora haſtata, Racemi dichotomi, folio oppoſiti.*

Habitat in ruderoſis, circa ſepes, et aquaeductus.

Pedunculi florales ad baſin bulboſi. Calycina ſegmenta acuminata. Corolla violacea ad baſin ſinguli ſegmenti habet maculas duas virides et ovatas. Fructus continet ſemina (20).

258. SOLANUM *nigrum.*

Solanum caule inermi, herbaceo, ancipiti; foliis ovatis, angulatis; umbellis ſolitariis, cernuis. *Fl. Carniol.* p. 287. n. 2.

Solanum caule inermi, herbaceo; foliis ovatis, dentato-angulatis; racemis diſtichis nutantibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 173. *Spec. Plant.* p. 186. n. 12. *Fl. Suec.* 2. 200. HALL. *Hiſt.* n. 576.

DIAGN. *Caulis anceps, herbaceus. Folia ovata, angulata. Umbellae ſolitariae, cernuae.*

Habitat in cultis.

Pedunculi ſubumbellati. Calycis ſegmenta ſubrotunda. Corollae albae. Stamina villoſa. Baccae nigrae.

88. RHAMNUS.

LINN. *Gen. Plant.* 235.

Calyx diviſus in dentes patulos tot, quot ſtamina. Petala parva, ligulata, ſub quibus ſtamina latent. Fructus ſaepius baccatus et diviſus in locula tot, quot ſtyli aut ſtigmata.

259. RHAMNUS *catharcticus.*

ARDUIN. *Memor.* I. p. 74. Tab. 13.

Rhamnus ſpinis terminalibus: floribus quadrifidis, dioicis; foliis ovatis; caule erecto. LINN. *Syſt. Nat.* p. 178. *Spec. Plant.* p. 193. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 202. *Fl. Carniol.* p. 589. n. 3.

Rhamnus foliis ſpinoſis, ovato-lanceolatis, ſerratis. HALL. *Hiſt.* n. 824.

Spina infectoria. MATTHIOL. *Dioſc.* p. 129.

DIAGN. *Frutex erectus. Calyces quadrifidi. Flores hermaphroditi in una planta, maſculi in alia. Stylus ſemitrifidus.*

Habitat ad vias, ſepes, colles.

Petala alba. Semen quaſi pyriforme, fuſcum, uno latere ſutura marginatum, baſi rotundatum, apice acumina-

minatum. Bacca rotunda, ſeparabilis a calyce perſiſtente et integro. Semina raro ultra quatuor.

260. RHAMNUS *Lycium*.

Rhamnus catharcticus minor. ARDUIN *Memor.* I. p. 78. Tab. 14. DUHAMEL. *Arbor.* II. p. 214. n. 2.
Grain d'Avignon. TOURN. *Inſt.* p. 593.
Lycium Gallicum. I. BAUHIN. *Hiſt.* I. P. II. p. 58.

DIAGN. *Flores hermaphroditi et maſculi in diverſis plantis. Floris hermaphroditi Calyx cyathiformis, edentatus. Stylus indiviſus et truncatus.*

Habitat inter lapidum fiſſuras, ſupra *Prewald*, ad radicem *M. Nanas*.

Ill. LINNAEUS in litteris fecit varietatem RHAMNI *catharctici*. Huic Radix intra lapidum fiſſuras adeo arcte deſcendit, ut evelli non poſſit. Caulis ſtatim ſupra radicem finditur in ramos ramoſiſſimos, quibus denſum ceſpitem conſtituit. Spinae terminales et laterales, nudae, Folia elliptica, ſerrulata, ſubtus villoſula. Flores copioſi axillares, alares, et infra folia. Calyces luteoli. Petala minuta, flaveſcentia. Bacca trilocularis; loculo uno ſaepius inani.

261. RHAMNUS *Alpinus*.

Rhamnus inermis; floribus dioicis; foliis duplicato-crenatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 179. *Spec. Plant.* p. 193. n. 2.
Rhamnus inermis, foliis ovatis, crenulatis. HALL. *Hiſt.* n. 823.

DIAGN. *Flores hermaphroditi. (Femineos nondum vidi.) Petala bifida. Styli trifidi.*

Habitat paſſim in montanis noſtris, et ad vias publicas, non ubique florens.

Folia magna, ſerrata, oblonga; nervis ferrugineis. Flores ex alis et infra folia. Calyces quadrifidi; ſegmentis demum reflexis.

262. Rhamnus *Rupeſtris.* Tab. 5.

Frangula montana, pumila, ſaxatilis; folio ſubrotundo. TOURNEF. *Inſt.* p. 612?

Diagn. *Folia ovata, obiter crenata, nervis ferruginea lana tectis.*

In montibus et rupibus, circa *Goriziam* invenit et communicavit. P. WULFEN.

Arbuſcula parva, inermis. Folia vix uncialia; oris ſubcartilagineis, albidis, et obſolete crenatis. Flores omnes hermaphroditi, 4-5-fidi; ſegmentis calycinis ſubdenticulatis. Petala et ſtamina alba. Fructum nondum vidi.

263. Rhamnus *Frangula.*

ARDUIN. *Memor.* I. p. 80. Tab. 15.

Rhamnus inermis; floribus monogynis, hermaphroditis; foliis integerrimis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 179. *Spec. Plant.* p. 193. n. 3. *Fl. Suec.* 2. 203. *Fl. Carniol.* p. 588. n. 1.

Rhamnus inermis foliis ovato-lanceolatis, integris; floribus quinquefidis, androgynis. HALL. *Hiſt.* n. 821.

Frangula MATTHIOL. *Dioſc.* p. 783.

Diagn. *Folia integerrima. Flores hermaphroditi, ſemiquinquefidi. Bacca primo rubra, dein nigra.*

Habitat in montibus et ſepibus paſſim.

Bacca trilocularis iuniperinae magnitudine. Semen ovatum flavum, compreſſum in quolibet loculo, uno quandoque caeteris minore, vel et penitus eliſo.

264. Rhamnus *Paliurus.*

Rhamnus aculeis geminatis: inferiore reflexo; floribus trigynis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 179. *Spec. Plant.* p. 194. u. 5. GRONOV. *Orient.* p. 23. *Fl. Carniol.* p. 589. n. 2.

Diagn.

262. *Rhamnus Rupestris*. *Tab. 5.*



DIAGN. *Racemi laterales, folio breviores. Petiolus naſcitur inter duos aculeos, quorum unus rectus et petiolo longior, alter reflexus eſt et brevior.*

Habitat in Agro *Vipacenſi*, et *Gorizienſi*.

265. RHAMNUS *Zizyphus.*

Rhamnus aculeis geminatis, rectis; floribus digynis; foliis ovato-oblongis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 180. *Spec. Plant.* p. 194. n. 10.

DIAGN. *Aculei recti, geminati. Flores digyni* LINN. *Ego digynos et trigynos video.*

Habitat *Goriziae.*

Calyx ſtellatus. Petala poſt nuptias reflexa, quae prius erecta erant.

89. EVONYMUS.

THEOPH. CLUS. TOURN. *I. R. H. p. 617. Tab. 388.*

Calycini dentes, Petala, Stamina, Fructus locula, valvae, ſemina, (4-5). Stylus unicus. Fructus ſingularis conſtans cortice coriaceo, quadrilobo; loculo ſingulo fovente granum album, duplici cute miniata tectum, et continens nucleum ex binis lamellis viridibus factum. Fructus hic latere dehiſcens granum oſtendit ſuturae albae loculi ſinguli tenui filo adpenſum. Structura haec nec Capſulae, nec Baccae convenit.

266. EVONYMUS *latifolius.*

Evonymus pedunculis lateralibus; petalis ſubrotundis; fructibus alatis. *Fl. Carniol.* p. 325. n. 3. HALL. *Hiſt.* n. 829.

Evonymus latifolius. C. BAUHIN. *Pin.* p. 428. TOURNEFORT. *Inſt.* p. 617. IONSTON. *Dendr.* L. 7. C. 3. Tab. 104. DUHAMEL. *Arbor.* II. p. 225. n. 3.

 Evo-

Evonymus I. CLUS. *Hist.* I. p. 56.

DIAGN. *Petala rotunda. Filamenta sunt tubercula conica, viridia, antheras sustinentia.*

Habitat in frigidioribus sylvis.

Folia LONICERAE *Alpigenae*, serrulata, non lucida. Calycina segmenta rotundata, oris albidis. Petala saepius quina. Stigma bifidum. Capsula inaequaliter truncata, non depressa, quinis alis a CLUSIO quoque notatis, plerumque instructa, latitudine summa dimidia longitudinis.

267. EVONYMUS *vulgaris*.

Evonymus pedunculis solitariis; petalis oblongis; fructibus apteris. *Fl. Carniol.* p. 324. n. 1.

Evonymus foliis ovato-lanceolatis, serratis; ramis tetragonis. HALL. *Hist.* n. 829.

Evonymi Europaei. LINN. *Spec. Plant.* p. 197. *Var.* (a).

DIAGN. *Petala oblonga; oris revolutis. Valvarum apices elevati, capsulae verticem deprimunt.*

Habitat passim ad sepes.

Petala (4) albo-viridia. Foveolae totidem nectariferae, receptaculo tetragono insculptae, e quibus stamina prodeunt, stylo duplo longiora. Capsula ad lentem villosula, cuius longitudo ad latitudinem summam se habet ut 3 ad 5.

268. EVONYMUS *verrucosus*.

Evonymus pedunculis lateralibus; petalis subrotundis; fructibus apteris. *Flor. Carniol.* p. 324. n. 2.

Evonymus granis nigris. IONSTON. *Dendr.* L. 2. C. 3. Tab. 104. cum icone non bene hirsuta.

Evonymus flore phoeniceo. I. BAUHIN. *Hist.* I. P. II. p. 203.

Evonymus II. CLUS. *Hist.* I. p. 55. verrucosa superficie bene expressa.

DIAGN.

DIAGN. *Rami verrucosi. Calycis segmenta et petala utrinque rubro-punctata. Seminis portio e cuti hiante prospiciens atra, ut semen* GLYZINES *Abri.*

Habitat in rupibus et asperioribus sylvis.

Differt a prioribus 1. Caule ramisque verrucosis. 2. Petalorum pagina superiore exiguarum papillarum vellere tecta. 3. Antheris rotundatis et filamento suo pyramidali ita impositis ut pileus in AGARICIS. 4. Tuberculo elevato, sustinente singulum filamentum. 5. Receptaculo rubris punctis variegato. 6. Stylo nullo, eiusque loco, stigmate vesicae simili. 7. Capsulae vertice depressiore, superficie rugulosa, latitudine longitudini pari. 8. Seminibus seminigris.

90. GROSSULARIA.

TOURN. *I. R. H. p. 639. Tab. 409.*

Calycina Segmenta, Petala, Stamina (5). Stylus nullus. Bacca globosa, unilocularis, polysperma.

269. GROSSULARIA *rubra.*

Ribes inerme; racemis glabris, pendulis; floribus planiusculis. LINN. *Syst. Nat.* p. 184. *Spec. Plant.* p. 200. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 205. GRONOV. *Orient.* p. 27. *Fl. Carniol.* p. 588.

Ribes inerme floribus planiusculis, stipulis minimis. HALL. *Hist.* n. 818.

DIAGN. *Racemi florales, demum deflexi. Calyx rotatus. Petala sub hemisphaerica; erecta, parva.*

Habitat in sylvis circa *Idriam* in *Struk.* Aprili M. florens.

Dubitare omnino licet, RIBES *Alpinum* LINNAEI a *Rubro* EIUSDEM non esse distinctum, cum ex Veterum descriptionibus et figuris, nullum verum discrimen erui possit; Dein RIBES *rubrum* sylva-

 rum

rum noſtrarum incola racemos florales primo erectos habet, dein vero reflexos, quos etiam exhibet figura RIBESII *alpini* a I. BAUHINO data.

Cultura conciliat huic Plantae calycem magis erectum, petala emarginata, ſtamina e fundo calycis prodeuntia, bracteas ſubrotundas.

270. GROSSULARIA *Uva.*

DIAGN. *Spinoſua; pedunculis unifloris; baccis hirſutis, pellucidis. albidis.*

Habitat circa *Guelb,* et alibi.

Ill. LINNAEUS ſeparat GLOSSULARIAM ab UVA *criſpa,* eique baccas hirſutas, huic vero glabras adſignat. Sed obiicere omnino licet 1. GLOSSULARIAM *ſimplici acino,* vel *ſpinoſam ſylveſtrem.* C. BAUH. quam UVAM *criſpam,* LINNAEUS appellavit, eſſe omnino, iuxta TOURNEFORTIUM et alios, UVAM *criſpam,* ſ. GROSSULARIAM I. BAUHINI, cuius baccas hirſutas eſſe monet, non vero glabras. 2. HALLERUS etſi de hirſutie baccarum RIBESII ſui *primi,* qui eſt UVA *criſpa* LINNAEI, mentionem nullam fecerit, attamen monuit, ovarium gerere ſubhirſutum. Quod ſi dicat, decuti hoſce villos in fructu maturo, erit hoc ipſum evidens argumentum notae fallacis, cui inaedificatae ſunt eſſentiae ſpecificae RIBESII *Groſſulariae,* et UVAE *criſpae.* 3. Si daretur *Groſſularia* fructu glabro diverſa ab alia, quae eosdem hirſutos habet, Veteribus ſine dubio innotuiſſet, ut ſynonymum ex BAUHINI *Pinace* petere potuiſſet Ill. LINNAEUS, ubi de RIBESIO *Groſſularia* verba fecit.

91. HEDERA.

TOURN. *I. R. H. p. 612. Tab. 384.*

Petala quinque. Bacca pentaſperma, receptaculo coronata. Cum UMBELLIFERIS in Ordine Nat. coniungi nullo modo poteſt.

271. HE-

271. HEDERA *Helix*.

Hedera foliis ovatis lobatisque. LINN. *Syst. Nat.* p. 184 *Spec. Plant.* p. 202. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 209. *Fl. Carniol.* p. 322.

Hedera foliis sterilibus, trilobatis, fructiferis ovato-lanceolatis. HALL. *Hist.* n. 826.

DIAGN. *Folia angulata et integra.*

Habitat in arboribus antiquis, et muris.

Umbellae terminales globosae. Bacca subrotunda, apice dilatata, coronata receptaculo et stylo conico brevi, quadrilocularis; loculis monospermis: uno non raro inani.

Prodest in Erisypelate et cutaneis inflammationibus. Ingens copia insectorum in his floribus nectar lingit.

92. VITIS.

TOURN. *I. R. H. p. 613.*

Calyx exiguus, quinquedentatus. Petala (5.) mox decidua. Stylus nullus. Bacca unilocularis. Semina quatuor scrotiformia, semibilocularia. LINN. GLEDITSCH.

272. VITIS *Labrusca*.

Vitis foliis cordatis, subtrilobis, dentatis, subtus tomentosis. LINN. *Syst. Nat.* p. 184. *Spec. Plant.* p. 203. n. 3.

Vitis foliis semitrilobatis hirsutis, dentatis. HALL. *Hist.* n. 825.

DIAGN. *Folia lobata.*

Habitat ad sepes *Duinenses*, et *Gorizienses*.

Labrusca LINNAEI est planta Americana, quaenam ergo est VITIS *spontanea* ad sepes *Europae* Australis, cui pariter descriptio quaelibet VITIS *sylvestris* hactenus data convenit? Haec VITIS *sativae* mater, HALL. SEGUIER. Sapidissimum vinum praebet.

 93. PER-

93. PERVINCA.

TOURN. *I. R. H. p. 119. Tab. 45.*

Apex ſinguli filamenti dilatatus retrorſum flectitur, latus vero adnatum antheram gerit. Sub ſtigmate rotundato et umbilicato eſt annulus eo amplior. Fructus fit binis folliculis ſemina nuda remota foventibus.

273. PERVINCA *minor.*

Vinca caulibus procumbentibus; foliis lanceolato-ovatis; floribus pedunculatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 189. *Spec. Plant.* p. 209. n. 1. HALL. *Hiſt.* n. 572.

Clematis I. MATTHIOL. p. 616.

DIAGN. *Caules ſteriles humifuſi, viminei; florifer erectus. Pedunculus nudus ex una ala tertiae foliorum coniugationis.*

Habitat in ſiccis et aſperioribus locis.

Planta ſuffruteſcens, ſempervirens, ſub finem Martii florens; foliis marginatis, duris, oblongis; auriculis conicis, cohaerentibus, ſtellam facientibus in fauce corollae.

Herbae decoctum lacteum ſanavit raucedinem, aphoniae fere ſimilem.

274. PERVINCA *maior.*

Vinca caulibus erectis, foliis ovatis; floribus pedunculatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 189. *Spec. Plant.* p. 209. n. 2.

Pervinca caulibus erectis, foliis ovato-lanceolatis, ciliatis, petiolis unifloris. HALL. *Hiſt.* n. 573.

Pervinca latifolia. TOURNEF. *Inſt.* p. 119. TILLI *H. Piſan.* p. 133.

DIAGN. *Caules erecti. Folia villoſa. Calyx pentaphyllus; foliis duobus maioribus.*

Habitat *Goriziae.*

Folia

Folia ovata. Calycina folia lanceolata, villosa. Corollae segmenta integerrima. Filamenta glabra. Stylus flavescens; stigmate alba lana pubescente.

DIGYNIA.

94. ASCLEPIAS.

LINN. *Gen. Plant. 270.*

Stamina supra medium cohaerentia. Antherarum apices membranacei, germini apicis stellae ad instar circumpositi. Cotyla nectarifera quinqueloba, germen sustentans. Styli nulli. Semina papposa, folliculis duobus inclusa.

275. Asclepias *Vincetoxicum.*

Asclepias foliis ovatis, basi barbatis; caule erecto; umbellis proliferis. LINN. *Syst. Nat.* p. 193. *Spec. Plant.* p. 216. n. 12. *Fl. Suec.* 2. 212. *Fl. Carniol.* p. 437.

Asclepias ex alis racemosa; caulibus simplicibus erectis; foliis ovato-lanceolatis. HALL *Hist.* n. 571.

Vincetoxicum MATTHIOL. *Diosc.* p. 539.

Diagn. *Corolla sine corniculis. Folia subcordata. Racemus floralis inter petiolos e latere caulis prodiens.*

Habitat in aridis collibus.

Foliorum nervi villosuli. Racemi foliis longiores. Corollae albae.

95. HERNIARIA.

TOURN. *I. R. H. p. 507. Tab. 287.*

Calycina segmenta tot, quot stamina (4-5), fertilia totidemque sterilia. LINN. Tuba bifida

fida HALL. Semen unicum. DILLEN. Capſula polyſperma. Semina involucro tenui tecta. RAI. monoſperma TOURN. GLEDITSCH. cum PORONYCHIA TOURN. et ILLECEBRO LINN. coniungit. ADANS. AMARANTHIS magis, quam SPERGULIS adnumeranda, ob intermediam QUERIAM.

276. HERNIARIA *glabra.*

Herniaria glabra. LINN. *Syſt. Nat.* p. 194. *Spec. Plant.* p. 218. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 213.

Herniaria glabra; glomerulis multifloris. HALL. *Hiſt.* n. 1552.

DIAGN. *Flores ſaepius ſolitarii.*

Habitat in arenoſis, aridiſſimisque locis, circa *Duinum.* Caulis fere decumbens. Flores breviter pedunculati. Bracteae albae et ciliatae.

277. HERNIARIA *hirſuta.*

Herniaria hirſuta. LINN. *l. c.* n. 2. I. BAUHIN *Hiſt.* III. p. 379.

Herniaria hirſuta; glomerulis paucifloris. HALL. *Hiſt.* n. 1553.

DIAGN. *Planta erecta hirſuta, ramoſior, floribus ſeſſilibus, (uſque 6) ex uno loco.*

Habitat in *Carniolia calidiore.*

96. CHENOPODIUM.

TOURN. *I. R. H. p. 506. Tab. 288.*

Calyx profunde quinquefidus. Corolla nulla. Stylus profunde bifidus. Semen nudum orbiculatum. TOURN. erectum ADANS. Capſula unilocul. LVDWIG.

278. CHENOPODIUM *Bonus Henricus.*

Chenopodium foliis triangulari ſagittatis, integerrimis; ſpicis compoſitis, aphyllis, axillaribus. LINN.

LINN. *Syst. Nat.* p. 194. *Spec. Plant.* p. 218. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 214. *Fl. Carniol.* p. 424. n. 1.
Chenopodium foliis triangularibus, undulatis integerrimis, fubtus farinofis. HALL. *Hist.* n. 1578.

DIAGN. *Folia sagittata, integerrima, subtus saponaceo polline adspersa.*

Habitat in ruderatis et ad vias.

279. CHENOPODIUM *Polyspermum.*

DIAGN. *Folia ovata, integerrima. Caulis erectus, ramosus, racemis alaribus paniculatus.*

Habitat in cultis.

Specierum notitiae, earumque effentiae naturales, in hoc Genere, etiamnum mancae funt. Ego hanc, in cultis, vulgarem plantam, ideo ad CHENOPOD. *Polyspermum* LINNAEI refero, quia mea fpecimina cum figura et defcriptione BLITI *erectioris*, *sive tertii* TRAGI a I. BAUHINO data, et ab HALLERO citato cum Synonymo. C. BAUHINI eodem, quod LINNAEUS CHENOPODIUM vocat *polyspermum*, omnino conveniunt, fed caulibus non decumbentibus, nec racemis dichotomis, ut habet LINNAEUS.

Noftrae plantae Caulis pedalis, obtufae tetragonus, glaber, rubellus, Rami oppofiti, furfum breviores: binis fupra radicem. Folia petiolata; oris rubellis. Racemi femiuncia raro longiores, cupreffiformes, fed in fupremis alis glomerati. Calyces pentaphylli, glabri. Stylus brevis, profunde bipartitus. Semen rubrum, calyci conniventi innixum.

280. CHENOPODIUM *viride.*

DIAGN. *Calycina segmenta et folia subtus farinacea. Racemi florales glomerati.*

Habitat in cultis.

Semen nigrum, rotundum, depreffum, tectum membranula tenuiffima aurato nitore fulgida.

Vix

Vix ulla diverſitas inter Chenopodium *viride* et *album* LINNAEI; et hoc forte ratio eſt, quod Chenopod. *Opuli folii* VAILLANTII in *Spec. Plant.* ad *viride*, in *Fl. Suec.* autem ad *album* relatum fuerit. An vere diverſum Chenop. *murale* LINN.? an non idem dubium de *rubro* movendum? certe ſi Chenopodium *Daturae folium* a *viridi* natum fuiſſe ſuſpicari potuit LINNAEUS, quidni etiam ex *Anſerino pede Veterum* varias proles demum natas; dubitabimus?

281. Chenopodium *Vulvaria.*

Chenopodium foliis integerrimis, rhombeo-ovatis; floribus conglomeratis, axillaribus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 195. *Spec. Plant.* p. 220. n. 13. *Fl. Suec.* 2. 222.

Chenopodium caule diffuſo; foliis obtuſe lanceolatis. HALL. *Hiſt.* n. 1577.

Diagn. *Foetor ſingularis ſpeciem diſtinguit.*

282. Chenopodium *ſcoparia.*

Chenopodium foliis lineari-lanceolatis, planis, integerrimis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 195. *Spec. Plant.* p. 221. n. 15.

Chenopodium Linifolio villoſo. TOURNEFORT. *Inſt.* p. 506.

Linaria Belvedere. I. BAUHIN. *Hiſt.* III. p. 462.

Diagn. *Folia lineari-lanceolata, integerrima, villis ciliata. Flores duo ſeſſiles in ſupremis alis.*

Habitat *Goriziae* et *Tergeſti*, in cultis.

Caulis teres. Folia ſubtus nervoſa. Pericarpium pentagonum. Stylus bifidus et trifidus.

Planta haec Cimices pellit.

283. Chenopodium *maritimum.*

Chenopodium foliis ſubulatis, ſemicylindricis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 195. *Spec. Plant.* p. 221. n. 16.

Chenopodium ſedifolio minimo; kali facie ZANNICHEL. *Ven.* p. 64. n. 67.

Diagn.

DIAGN. *Folia linearia, glauca. Calyces ſeſſiles in alis ſuperioribus.*

Habitat *Tergeſti.*

97. KALI.

TOURN. *I. R. H. p. 247. Tab. 128.*

Stamina inſerta laciniis calycinis. Stylus bifidus. Semen ſpirale. Cal. 5 fol. Stigmata bina. ADANS.

284. KALI *Tragus.*

Salſola herbacea, erecta; foliis ſubulatis, ſpinoſis, levibus; calycibus ovatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 196. a.

Kali ſpinoſum; foliis craſſioribus et brevioribus. TOURNEF. *Inſt.* p. 247. ZANNICHEL. *Ven.* p. 153. Tab. 17.

Tragum. MATTHIOL. *Dioſc.* p. 658.

DIAGN. *Folium ſpina terminatum. Flores digyni.*

Habitat in maritimis *Auſtriaci Littoralis.*

Stamina ex receptaculo non ex calyce prodeunt. Capſula rotunda, tecta ſegmentis calycinis, fovens ſemen ſpirale.

285. KALI *Soda.*

Salſola herbacea patula, foliis inermibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 196. *Spec. Plant.* p. 223. n. 5.

DIAGN. *Folia longiora, tenuia, carnoſa, inermia.*

Habitat ibidem.

98. ULMUS.

TOURN. *I. R. H. p. 601. Tab. 372.*

Calycini dentes tot, quot ſtamina. (4-5). Corolla nulla. Fructus ſiccus, compreſſus, mono-

monofpermus. DU HAMEL. *Arbor.* II. p. 367.

286. ULMUS *campeftris.*

Ulmus foliis duplicato - ferratis, bafi inaequalibus. LINN. *Syft. Nat.* p. 198. *Spec. Plant.* p. 225. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 226.

Ulmus foliis ovato - lanceolatis, dentatis, dentibus ferratis. HALL. *Hift.* n. 1586.

DIAGN. *Dentes calycini duo minores, lobulo laterali ad bafin aucti.*

Habitat *Vipaci*, *Goriziae*, et alibi.

99. GENTIANA.

LINN. *Gen. Plant.* 285. HALL. *Hift.* p. 282.

Genus naturale, Radice fibrofa; Foliis integris, oppofitis, Cal. monophyllo, tot dentibus quot fegmenta Corollae, et quot Stamina. Stigmatibus binis. Capfula longa, uniloculari, polyfperma.

Genera artificialia funt, CENTAURIUM *minus*, PNEVMONANTHE, SABATIA; TRETORHIZA. CIMINALIS, DASYSTEPHANA, CICENDIA, CHLORA, ASTERIAS, COILANTHA, CYANA, THYLACITIS, ERICOILA, ERITHRAEA, OPSANTHA, EYRYTHROLIA.

(*) *Corollis faepius quadrifidis.*

287. GENTIANA *ciliata.*

Gentiana corollis quadrifidis, margine ciliatis. LINN. *Syft. Nat.* p. 201. *Spec. Plant.* p. 231. n. 19. *Fl. Carniol.* p. 297. n. 2.

Gentiana flore quadrifido; oris ciliatis. HALL. *Hift.* n. 653.

Gentiana lanuginofa. I. BAUH. *Hift.* III. p. 525.

DIAGN.

DIAGN. *Folia lineari-lanceolata. Segmenta corollae per oram barbata. Florescentia a fine Augusti M. per totum autumnum.*

Habitat in collibus siccis, circa *Idriam*, et alibi.

Caulis subdecumbens. Folia longitudine calycis tetragoni et rubro-punctati. Filamentorum bases ad oram barbatae, apices decurvi. Germen pedicellatum: pedicello tubuloso; cui adsident quatuor glandulae nectariferae; stigmata foliacea; subrotunda; marginibus reflexis.

288. GENTIANA *Cruciata*.

Gentiana corollis quadrifidis, imberbibus, verticillatis, sessilibus. LINN. *Syst. Nat.* p. 201. *Spec. Plant.* p. 231. n. 20. *Fl. Carniol.* p. 296. n. 1.

Gentiana foliis ovato-lanceolatis, nervosis, vaginalibus; floribus verticillatis et umbellatis. HALL. *Hist.* n. 643.

Gentiana minor. MATTHIOL. *Diosc.* p. 439.

Tretorhiza. RENEALM. *Spec.* 74. Tab. 73. ADANS. *Famil. Pl.* p. 503.

DIAGN. *Flores verticillati. Corollae imberbes.*

Habitat secus vias et in aridis.

Caules magna ex parte diffusi et quatuor ex una radice. Pedunculi triflori, supremi uniflori. Calyx fructifer in hac specie non rumpitur latere. Capsulae erectae. Semina ovata, exigua, ferruginea, rugulosa, splendida (ad 216).

289. GENTIANA *campestris*.

Gentiana corollis quadrifidis, fauce barbatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 200. *Spec. Plant.* p. 250. 251. n. 17. 18. *Fl. Carniol.* p. 300. n. 10.

Gentiana faucibus barbatis, calycis segmentis quinis aequalibus. HALL. *Hist.* n. 651.

DIAGN. *Corollae in fauce barbatae. Folia amplexicaulia.*

GENTIANAM *campeſtrem* cum *Amarella*, in unam ſpeciem, ſequentes notae coniungunt. Corollae inſtante pluvia ſeſe claudentes. Auriculae tenuiter laciniatae, erectae. Calycinorum dentium margines reflexi. Corollae baſis tam firmiter adhaerens calyci, ut avulſa interiorem eius cutim ſecum rapiat, Stigmata lamelloſa, erecta, adpoſita, integerrima et obtuſa.

(**) *Corollis quinquefidis.*

(✝) *Hypocrateriformibus.*

290. GENTIANA *pumila.*

Gentiana corolla quinquefida, infundibuliformi, ſubſerrata; foliis lanceolato - linearibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 200. IACQUIN. *Auſtr.* p. 215. n. 18. *Obſ. Botan.* II. p. 29. Tab. 49.

Gentianella omnium minima. C. BAUH. *Prodr.* p. 97.

DIAGN. *Calyx ſemiquinquefidus, quinque lineis elevatis angulatus. Corollae ſegmenta integerrima. Auriculae bicornes.*

Habitat in *Alpibus Vochinenſibus;* ex *Auſtria* quoque ſpecimen obtinui, noſtris ſimillimum.

Folia acuta, quatuor lineas vix longa, unam lata. Cauliculus circiter uncialis; duobus paribus foliorum: uno prope calycem. Corollae tubus flaveſcens, non plicatus.

An differat a GENTIANA *verna*, dubitat Ill. HALLER dum ait: *Neque ego credo Gentianam minimam differre ab Hippio.* in Epiſt.

291. GENTIANA *verna.*

Gentiana corolla quinquefida, hypocrateriformi; ſegmentis crenulatis; caule ſimplici. *Fl. Carniol.* p. 299. n. 8.

Gentiana corolla quinquefida, infundibuliformi, caulem excedente; foliis radicalibus confertis, maioribus

ioribus. LINN. *Syst. Nat.* p. 199. *Spec. Plant.* p. 228. n. 9.

Gentiana foliis ovato-lanceolatis; caule unifloro. HALL. *Hist.* n. 645.

Ciminalis. ADANS. *Famil. Plant.* p. 504.

DIAGN. *Corollae segmenta crenulata. Calyx pentapterus.*

Habitat in pratis et collibus, circa medium Aprilis florens.

A priore diversa est foliis canaliculatis, rigidioribus et semiamplexicaulibus, plicis calycinis, in totidem dentes calycem terminantes, elevatis; Auriculis emarginatis; stigmatibus serrulatis et scyphulum repraesentantibus.

292. GENTIANA *utriculosa.*

Gentiana corollis quinquefidis, hypocrateriformibus, glabris; calycibus plicatis. *Fl. Carniol.* p. 299. n. 9.

Gentiana corollis quinquefidis, hypocrateriformibus; calycibus plicato-carinatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 200. *Spec. Plant.* p. 229. n, 13.

Gentiana caule ramoso; calycibus alatis, HALL. *Hist.* n. 646.

DIAGN. *Membrana calycis exterior plicas quinque alis similes duplicata constituit. Stigmata formant pileum vertice depressum, ambitu Papillosum.*

In montibus *Idriensibus.* M. *Nanas*, *Dul*, et alibi occurrit.

Caulis angulosus, ramosus: ramis unifloris. Folia in rosam tetragonam super terram congesta. Calycis tunica interna omnino adponitur corollae tubo. Corolla auriculas conduplicatas bifidasque gerit, tubum vero calyce longiorem et interne decem striatum; striis alternis crassioribus et stamiferis. Stigmata albida.

293. GENTIANA *Centaurium.*

Gentiana corollis quinquefidis, infundibuliformibus; caule dichotomo; piſtillo ſimplici. LINN. *Syſt. Nat.* p. 200. *Spec. Plant.* p. 229. n. 14. *Fl. Suec.* 2. 232. *Fl. Carniol.* p. 301. n. 13.

Gentiana corolla quinquefida; foliis lanceolatis. BOEHM. *Lipſ.* 57.

Gentiana caule dichotomo; floribus infundibuliformibus, ſtriatis, quinquefidis. HALL. *Hiſt.* n. 648.

Centaurion. ADANS. *Famil. Plant.* p. 502.

DIAGN. *Flores corymboſi. Corolla ſine auriculis. Antherae elatae ſupra ſtigmata, haemiſphaerico-cordata.*

Habitat in Montibus aridis non rara.

Calyces pentagoni ſegmentum unum caeteris longius. Corollae purpureae aut albae tubus flaveſcens, ſtriatus, calyce longior.

Decoctum pediculos necat; Extractum eſt ſapo bilis ſuccedaneus.

(**) *Campanulatis.*

294. GENTIANA *acaulis.*

Gentiana corolla quinquefida, campanulata, caulem excedente. LINN. *Syſt. Nat.* p. 199. *Spec. Plant.* p.. 228. n. 8. *Fl. Carniol.* p. 297. n. 3.

Gentiana foliis lanceolatis, caule unifloro, flore maximo, campaniformi. HALL. *Hiſt.* n. 642.

Gentiana magno flore. I. BAUH. *Hiſt.* III. p. 523.

Ciminalis. ADANS. *Famil. Plant.* p. 504.

DIAGN. *Corolla biuncialis, caule longior.*

Habitat in pratis ſubalpinis, et etiam in *Alpibus Vochinenſibus*, et M. *Storſchetz.*

Caulis fructifer non ſemper, imo ſaepius corollae longior eſt. Semina (ad 150), ſulcata, ovata.

295. GENTIANA *Pneumonanthe.*

Gentiana corollis quinquefidis, campanulatis, oppofitis, pedunculatis; foliis linearibus. LINN. *Syft. Nat.* p. 199. *Spec Plant.* p. 228. n. 5. *Fl. Suec.* 2. 228. *Fl. Carniol.* p. 298. n. 5.

Gentiana alis floriferis; foliis linearibus. HALL. *Hift.* n. 641.

Ciminalis ADANS. *Famil. Pl.* p. 504.

DIAGN. *Folia lanceolato - linearia; coniugationibus inferioribus ex ala unica, fupremis ex utraque florem edentibus.*

Habitat in montanis circa *Idriam*, *Seirach. Reifnitz; Autumno florens.*

Plantae huius definitionem aptam, Schola Botanica nondum dedit; Corollae enim imae pedunculatae, non terminales, fed ex alis foliorum prodeuntes. Folia non vere linearia.

296. GENTIANA *afclepiadea.*

Gentiana 6. 7. *Fl. Carniol.* p. 298. Utramque mifi *Celeberr.* LINNAEO et ex una *Afclepiadeam*, ex altera vero *Punctatam* fecit, fed fpecimina bene examinata docent, effe unam eademque Plantam.

Gentiana corollis quinquefidis, campanulatis, etc. LINN. *Syft. Nat.* p. 199. *Spec. Plant.* p. 227. n. 4.

Gentiana floribus campaniformibus; alis paucifloris; foliis ovato-lanceolatis. HALL. *Hift.* n. 640.

Dafyftephana. RENEALM. ADANS. *Famil. Plant.* p. 502.

DIAGN. *Calyces prifmatici, pentagoni, feffiles, folitarii, alares. Styli divaricati, fpiraliter revoluti. Floret cum* AIRA *coerulea.*

Habitat circa *Idriam*, paffim.

Calycini anguli et dentes tuberculofo-rugofi. Corollae tubus calyce fere duplo longior, limbus interne fe-

riebus punctorum fusco-caeruleorum, longitudinaliter variegatus. Antherae dentibus calycinis longiores.

Folia a situ bivario in cruciformem transeunt, sicque flores pariter situm mutant, ut saepe vidi.

(***) *Corollis saepe plus quam quinquefidis.*

297. Gentiana *Pannonica.*

Gentiana foliis ovato-lanceolatis, nervosis; floribus campaniformibus, punctatis. HALL. *Hist.* n. 638.
Gentiana corollis campanulatis, 6-7-fidis, punctatis, verticillatis, IACQUIN. *Obs. Bot.* II. p. 17. Tab. 39.
Gentiana flore purpureo. I. BAUH. *Hist.* III. p. 521.
Gentiana I. CLUS. *Hist.* I. p. 312.
Gentiana alpina, floribus punctatis. BESLER. *Gazophyl.* C. 12.

Diagn. *Flores verticillati, sessiles; corollis et calycibus sexfidis. Stigmata hemisphaerica.*

Habitat in M. *Bursen.*

Caulis cubitalis. Folia quinquenervia, digito longiora. Flores in uno verticillo (4-6). Calyces pallide viridi-rubroque varii; dentibus viridibus: uno longiore: Corolla unciam et lineas tres longa, nigro-punctata, obscure rubineo colore tincta; segmentis ovatis, obtusis, cum interiectis lingulis. Filamenta pallide virentia. Antherae flavae, acumine terminatae, quatuor lineas longa. Germen nigro-punctatum. Stigmatum orae denticulatae, et violaceae.

298. Gentiana *lutea.*

Gentiana corollis quinquefidis, rotatis, verticillatis; calycibus spathaceis. LINN. *Syst. Nat.* p. 199. *Spec. Plant.* p. 227. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 227.
Gentiana caule folioso, foliis ovatis, nervosis; floribus rotatis, verticillatis. HALL. *Hist.* n. 637.
Gentiana maior. MATTHIOL. *Diosc.* p. 439.

Diagn.

DIAGN. *Flores verticillati. Calyx est spatha bicornis. Corollae luteae, profunde, et fere ad basin usque dissectae.*

Habitat in *M. Dull*, *Nanas*, aliisque. Initio Iulii florens.

Verticillus quilibet fit racemis duobus, e basi ramosis et flores suos in corymbum disponentibus. Corollae segmenta lanceolata, acuminata, tribus seriebus punctorum fuscorum longitudinaliter interne variegata. Inter has lacinias oriuntur filamenta sursum attenuata. Antherae circa stylum coalitae, ut in floribus semiflosculosis. Stylus profunde bifidus. Stigmata patentia, simplicia, minime foliacea. Semina compressa, in duas series imbricata. Larva quaedam hasce capsulas saepius inhabitat.

299. GENTIANA *perfoliata.*

Gentiana corollis octofidis; foliis perfoliatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 952. *Spec. Plant.* p. 237. n. 23.

Gentiana foliis radicalibus ovatis, caulinis triangularibus, perfoliatis; floribus octofidis. HALL. *Hist.* n. 649.

Perfoliatum Centaurium. I. BAUH. *Hist.* III. p. 355.

Chlora. RENEALM. ADANS. *Fam. Pl.* p. 503. foliis perfoliatis. LINN. *Syst. Nat.* Edit. 12. p. 267.

DIAGN. *Folia perfoliata. Corollae flavae, octofidae.*

Habitat in udis circa *Goriziam*, et *Cormons.*

Planta glauca, glabra, spithamaea. Corollae octofidae, flavae. Stamina octo.

UMBELLIFERAE.

Semina sola suppeditant notas infallibiles, quae certos horum Generum limites statuant. Involucra Artediana fallere videmus in CARO, SPHONDILIO *Vulgari*, ATHAMANTIS, aliisque.

que. Florum regularitas aut irregularitas in multis Generibus nimium minutas et omnino incertas exhibent differentias. Verbo: omnia fallunt excepto fructu, iuxta cuius ſtructuram aut ſuperficiem, meas Plantas umbelliferas in ſua Genera dividere conabor, faciam praeeuntibus, RIVINIO, MORISONIO, TOURNEFORTIO, HALLERO, aliisque.

I. Umbellis simplicibus.

100. ERYNGIUM.

TOURN. *I. R. H.* *p. 317.* *Tab. 173.*

Receptaculum paleaceum ſuſtinet flores hermaphroditos, ſeſſiles, ſemina teretia, calyces coronata. HALL. latere plano contigua. LUDWIG. ſtriata. ADANS.

300. Eryngium *alpinum.*

Eryngium foliis radicalibus cordatis oblongis, caulinis pinnatifidis; capitulo ſubcylindrico. LINN. *Syſt. Nat.* p. 202. *Spec. Plant.* p. 233.

Eryngium foliis radicalibus petiolatis, cordatis; involucro pinnato, ciliato. HALL. *Hiſt.* n. 736.

Eryngium alpinum. I. BAUHIN. *Hiſt.* III. P. I. p. 88.

Diagn. *Folia cordata, dentata: inferiora longe petiolata, ſuprema amplexicaulia.*

Habitat in *Alpibus Tolminenſibus.*

Folia ima ſimilia Cacaliae foliis, ut bene notat HALLER. ſed acutiora et dentata, dentibus molli ſpinula terminatis. Haec bene exprimuntur in icone I. BAUHINI. Folia ſuperiora, pinnatifida LINNAEI, aut laciniata I. BAUHIN. mihi nunquam videre licuit. Capitulo florali oblongo circumſtant folia amethyſtina, quorum aliqua ſetacea et reflexa, alia vero pinnatifida et lanceolata ſunt. Petala alba. Anthe-

203. *Astrantia Epipactis.* Tab. 6.



Antherae virides. Calyces corollis longiores, ariſtati. Paleae ſetaceae, rigidae.

301. ERYNGIUM *campeſtre.*

DIAGN. *Folia pinnato-diſſecta. Tota fere planta per aetatem amethyſtino-coeruleſcens.*

Habitat in Campis.

Neque inter ERYNGIUM *Campeſtre* et *Amethyſtinum* diſcrimen invenio, niſi quod folia in uno minus, in alio magis inciſa ſint. Confer icones ERYNGII *montani*, *vulgaris*, et *caerulei* MATTHIOL. I. BAUHIN. CLUSII, MORISONII aliorumque, et videbis, quam difficulter invicem diſtingui poſſint; ſed neque in Herbariis Amicorum ſpecimina vidi, quae inter ea ERYNGIA differentiam veram oſtenderint.

302. ERYNGIUM *maritimum.*

Eryngium foliis radicalibus, ſubrotundis, plicatis, ſpinoſis; capitulis pedunculatis; paleis tricuſpidatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 202. *Spec. Plant.* p. 233. n. 5.

DIAGN. *Dura et ſpinoſa ſunt folia, nec diviſa ut in Campeſtri.*

Habitat in Maritimis *Littoralis Auſtriaci.*

101. ASTRANTIA.

Fl. Carniol. p. 336.

Flores maſculi et feminei in eodem capitulo, cui ſubiacet involucrum patulum et perſiſtens. Fructus angulatus, ſubrotundus.

303. ASTRANTIA *Epipactis* Tab. 6.

Aſtrantia floribus maſculis pedunculatis; femineis ſeſſilibus; feminum angulis obtuſis, glabris. *Fl. Carniol.* p. 337. n. 2.

Sanicula involucris maximis; quinquefoliis; feminibus tuberculoſis. HALL. *Nomencl.* 737.

Helleborine. TABERNEMONT. p. 247. figura, non defcriptio.
Helleborine. VII. C. BAUH. *Pin.* p. 186.
Epipactis. MATTHIOL. *Diofc.* p. 721.
Alpina Elleborine, Saniculae et Ellebori nigri facie. LOBELL, *Icon.* p. 664. bona.

DIAGN. *Scapi angulati, nudi, radicales. Folia ad bafin ufque trifida: lobo medio trilobo, lateralibus bilobis.*

Habitat copiofe circa *Idriam* et *Goriziae.* Martio M. florens.

Plantulam elegantem a LINNAEO aliisque derelictam, accurate defcribere, et in fpeciei dignitatem reftituere vifum eft.

Radix perennis extus nigricans, longis funiculis radicata. Gemmae bivalves: valvis ovatis, carinatis, acuminatis. Ex his unum prodit folium, et unus fcapus. Folium fcapo brevius, petiolo trigono, laevi, terminato foliis aut lobis tribus nitidis dentatis; dentibus molli fpinula terminatis. Scapus laevis, tot angulos habet, quot funt involucri folia. Involucrum naturaliter pentaphyllum; foliis ovatis, fupra medium dentatis; dentibus breviter ariftatis. Capituli rotundati; convexi diameter linearum (4-6). Huic flores infident lutei, calycibus 3-5-fidis, petalis inflexis. Horum alii *hermaphroditi*, pauci, feffiles, ftaminibus (2-5); tubis duabus reflexis. Alii *mafculi* pedunculati, plures quam feminei, pentandri. Alii denique *feminei*, feffiles, digyni. Semina duo, fubrotunda, plicis quinis in apice et bafi evanefcentibus inftructa. Haec decidunt remanentibus pedunculis et calycibus florum mafculorum.

304. ASTRANTIA *Diapenfia.*

Aftrantia floribus feffilibus; feminibus aculeatis. *Fl. Carniol.* p. 336. n. 1.
Sanicula foliis radicalibus fimplicibus; flofculis omnibus feffilibus. LINN. *Syft. Nat.* p. 202.
Spec.

305. *Astrantia Minor.* Tab. 7



Spec. Plant. p. 235. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 235. (Europaea.)

Sanicula foliis radicalibus trilobatis, lateralibus lobis bipartitis; umbellis globofis. HALL. *Hift.* n. 737.

Diapenfia MATTHIOL. *Diofc.*

DIAGN. *Ex apice caulis prodeunt rami (4-5): medio indivifo, exterioribus trifidis. Capitula floralia fubrotunda, parva. Flores polygami: mafculis pedunculatis, hermaphroditis femineisque feffilibus.*

Habitat in fylvis, Maio M. florens.

Rami umbellati. Feminei flores apetali funt, receptaculo cotyleformi et albo. Germen incurvis fetis hifpidum.

Differt ab *Aftrantia*, ut GALIUM *mollugo* ab APARINE.

305. ASTRANTIA *minor.* Tab. 7.

Aftrantia floribus pedunculatis; feminum angulis alato-plicatis. *Fl. Carniol.* p. 337. n. 4.

Aftrantia foliis digitatis, feptenis, integris, dentatis. HALL. *Hift.* n. 791.

DIAGN. *Habitus prioris, fed flores omnes pedunculati mafculi et hermaphroditi. Semina oblonga, ornata, quatuor feriebus longitudinalibus plicarum tuberculofarum: intermediis duplicibus.*

Habitat in fylveftribus faxofis udisque locis, circa *Idriam.*

Radix perennis, nigricans, fibrofa. Caulis etiam pedalis, ramofus, obiter ftriatus. Folia longe petiolata, glabra, triloba et quinqueloba: lobo medio, trifido, lateralibus femibifidis: lobis incifis, dentatis; dentibus ariftatis. Rami umbellati (4—5.) medio indivifo, caeteris trifidis, ut in fpecie priore. Umbellae parvae. Involucri folia (ad 12), albentia, lanceolata. Flores in umbellis hifce (14—16), albi, inte-

terioribus hermaphroditis. Pedunculi tenuissime denticulati; semen quodlibet dimidia parte corollae et stylo uno terminatum, dorso tribus ordinibus denticulorum vesiculas referentium duplici serie, margine vero simplici serie instructum; Eiusdem facies interior plana et lineis tribus elevatis longitudinaliter striata est. Mares persistunt, nec decidunt.

Habitus, flores, et involucra eadem ut in ASTRANTIA *foliis digitatis*, *septenis dentatis.* HALL. *Hist.* cuius specimina ab HALLERO missa, benevole communicavit. Cl. WILLICH. diversitas fere unica in foliis erat, quae in ASTRANTIA HALL. omnino plura et distincta communi petiolo insidebant, in nostra autem perpetuo lobata sunt; ut ergo certior essem, misi Plantam Celeb. HALLERO, qui demum monuit esse omnino minorem, sed Cl. WILLICHIUS aliter sentit. In *Illustrat.* 1766. XXXXI. quid ergo statuendum?

306. ASTRANTIA *nigra.*

Astrantia floribus pedunculatis; seminum angulis denticulatis. *Fl. Carniol.* p. 337. n. 3.

Astrantia foliis quinquelobis: lobis trifidis. LINN. *Syst. Nat.* p. 203. *Spec. Plant.* p. 235. n. 1. (maior).

Astrantia. TOUNEFORT. *Inst.* Tab. 166.

DIAGN. *Involucri folia (ad 15). Flores omnes pedunculati. Pedunculi involucro breviores.*

Habitat in pratis, ad sepes.

Distinguitur a priore, natali loco, umbellis coloratis magnis, involucri foliis venosis: venis anastomosantibus, calycibus aristatis.

II. UMBELLIS COMPOSITIS.

(*) *Seminibus villosis*

102. DAU-

102. DAUCUS.

TOUR. *I. R. H. p. 307. Tab. 161. exceptis ſpeciebus caucalis.*

Petalum extimum caeteris multo maius. TOURN. Invol. pinnatifida, in DAUCO *Carota*, in aliis ſimplicia. Styli erecti. TOURN. D. Semen ſingulum quatuor angulis donatum, e quibus pili rigidi prodeunt. Inter angulos linea eſt elevata.

307. DAUCUS *Carota.*

Daucus ſeminibus hiſpidis; petiolis ſubtus nervoſis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 206. *Spec. Plant.* p. 242. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 237. *Fl. Carniol.* p. 327.

Daucus involucris cavis, communibus, pinnatis, peculiaribus lineari-lanceolatis. HALL. *Hiſt.* n. 746.

Paſtinaca ſylveſtris. MATTHIOL. *Dioſc.* p. 500.

DIAGN. *Radix fuſiformis. Involucrum primum patens, pinnatifidum.*

Habitat in ſiccioribus pratis.

Centrum umbellae occupat parvum et obſcure rubrum capitulum, quae nota propria eſt *Staphyllino* DIOSCORIDIS, iuxta C. BAUH. poſtea vero veteres DAUCI nomen dabant. Plantis umbelliferis, quas alio referre non poterant, unde inſuperabiles difficultates occurrunt illis, qui veterum DAUCOS extricare conantur.

Apud nos ſues optime ſaginantur Radice DAUCI *ſativi*, *Corene* dicta.

308. DAUCUS *Grandiflorus.*

Caucalis involucro regulari, pentaphyllo; petalo exteriore maximo. *Fl. Carniol.* p. 327.

Caucalis involucris ſingulis pentaphyllis: foliolo unico duplo maiore. LINN. *Syſt. Nat.* p. 205. *Spec. Plant.* p. 240. n. 1.

Cau-

Caucalis umbellis planis; petalis extremis et involucris maximis. HALL. *Hiſt.* n. 740.
Caucalis I. TABERNEM. p. 290.

DIAGN. *Involucri primarii folia quinque lanceolalata, oris albis, longitudine petali maximi.*

Habitat *Vipaci* et *Goriziae* ad ſepes, nec non *Tergeſti.* Petalum maximum ad baſin uſque bifidum, ut in nonnullis ſpeciebus ALSINES: ſegmentis lanceolatis, obtuſis, et ſeptem venulis ferrugineis longitudinaliter ſtriatis. Setae, quae ex angulis ſeminum oriuntur, ſubulatae ſunt, et ſurſum verſae.

309. DAUCUS *Leptophyllus.*

Caucalis ſeminum aculeis triglochidibus, uncinatis: pilis verticillatis hiſpidis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 205. *Spec. Plant.* p. 242. n. 6.
Lappula tenuifolia. I. BAUHIN. *Hiſt.* III. p. 80. foliis non bonis.

DIAGN. *Involucrum primum monophyllum aut nullum.*

Habitat in Agro *Vipacenſi* et *Tergeſtino.* Umbellae radii pauci. Flores albi.

310. DAUCUS *Platycarpos.*

Caucalis umbellis trifidis: umbellulis triſpermis; involucellis triphyllis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 205. *Spec. Plant.* 241. n. 4.
Caucalis foliis triplicato-pinnatis, involucris ligulatis; univerſali unifolio. HALL. *Hiſt.* n. 739.
Echinopora. RIVIN. *Pentapet.*

DIAGN. *Caulis rigidus, angulatus. Radii (2-3) triſpermi. Semina (4-5) lineas longa.*

Habitat circa *Tergeſtum.* Folia bipinnata: pinnis profunde pinnatifidis, ſubtus rugoſulis. Involucrum primum nullum aut monophyllum. Seminum aculei rufeſcentes.

103. CAU-

103. CAUCALIS.

RIVIN. *Pentap.*

Semina minime ſulcata, aculeis ſparſis denſis hiſpida.

311. CAUCALIS *Anthriſcus.*

Tordylium umbellis confertis; foliolis ovato-lanceolatis, pinnatifidis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 205. *Spec. Plant.* p. 240. n. 6. *Fl. Suec.* 2. 236.
Caucalis foliis duplicato-pinnatis, nervo multoties latioribus. HALL. *Hiſt.* n. 741.
Daucus annuus minor. TOURNEFORT. *Inſt.* p. 308.
Anthriſcus ſemine aſpero. I. BAUH. *Hiſt.* III. p. 83.
Torilis. ADANS. *Famil. Plant.* p. 99.

DIAGN. *Caulis ſtriatus, ſcabriuſculus. Umbellae radii (ad 12). Pedunculi raro plures, quam (8) villi ſeminum ſurſum curvi, et ad lentem aculeati.*

Habitat in ſaxoſis ſylvoſisque locis.
Vidi in culta planta involucrum primum monophyllum et nullum. Flores rubelli, et albi irregulares. Fructus neque marginatus, neque compreſſus, removet plantam a *Tordyliis.*

312. CAUCALIS *Scandix.*

Scandix (*Anthriſcus.*) ſeminibus ovatis, hiſpidis; corollis uniformibus; caule laevi. LINN. *Syſt. Nat.* p. 214. *Spec. Plant.* p. 257. n. 4.
Caucalis vaginis lanuginoſis; foliis triplicato-pinnatis; ſeminibus roſtratis. HALL. *Hiſt.* n. 743.
Caucalis foliis Chaerefolii. RIVIN. *Pentap.*

DIAGN. *Umbellulae parvae. Semen clavaeforme, aculeis incurvis hirtum.*

Habitat in *Carniolia* calidiore.
Semina carent roſtro, quo aliae ſpecies Scandicinae gentis inſtructae ſunt.

313. CAU-

313. Caucalis *Nodosa.*

Tordylium umbellis simplicibus, sessilibus; seminibus exterioribus hispidis. LINN. *Syst. Nat.* p. 204. *Spec. Plant.* p. 240. n. 7.

Diagn. *Umbellae ad nodos caulis sessiles: radiis inaequalibus.*

Habitat in *Istria*, et circa *Duinum.*

Folia tenuiter divisa, utrinque villosa. Glomeres seminum foliis oppositi. Semina interiora verrucosa.

104. LIBANOTIS.

RIVIN. *et* HALLER. *Hist.* 325.

Kitlinga ADANS. *Fam. Pl. p.* 498.

Fructus oblongus, striatus, villosus, non echinatus, neque marginatus.

314. Libanotis *Cretensis.*

Athamanta foliis linearibus, planis, hirsutis; petalis bipartitis; seminibus oblongis, hirsutis. LINN. *Syst. Nat.* p. 208. *Spec. Plant.* p. 245. n. 5.

Libanotis foliis hirsutis, triplicato-pinnatis, lobulis profundissime bipartitis. HALL. *Hist.* n. 745.

Daucus creticus. I. BAUHIN. *Hist.* III. p. 56.

Diagn. *Tota planta villosa. Invol. primum nullum, vel mono- et diphyllum, foliola ultra duas lineas raro longa.*

Habitat in *Alpibus Vochinensibus.*

Caules striati. Foliola terminalia trifida. Involucrum partiale longitudine pedunculorum. Petala alba. Fructus albo et denso villo canescens, coronatus receptaculo flavicante, tubisque ferrugineis et angulum rectum inverso situ facientibus.


315. Libanotis *Rupestris* Tab. 9.

Diagn. *Folia setacea, fere uncialia, glabra, Flores omnes fertiles.*

Habitat *Tergesti*, et circa *Quelb.*

Cau-

15. *Libanotis Rupestris.* *Tab. 9.*



Caulis cubitalis, ramofus, fubvillofus, tenuiter ftriatus Foliorum caulinorum vaginae unciales, educunt tres petiolos, fulco exaratos, bipinnatos. Foliola capillacea funt, pedicellata, fuperne linea exarata, fubtus convexa. Invol. primum diphyllum, partialia polyphylla, et radiolis duplo ac triplo breviora. Radii (16) et plures, biunciales villofi. Pedunculi (ad 30). Petala alba aequalia. Semina albo villo pubefcentia.

III. HALLERUS l. c. et Cl. VILLICHIUS in *Epift.* in eam fententiam ire videntur, Plantam hanc effe poffe Varietatem fpeciei prioris, ac per confequens huc etiam pertinere ATHAMANTAM *annuam.* *Celeberr.* LINNAEI. Sed figura MYRRHIDIS *annuae femine villofo* &c. MORISONII quam pro varietate DAUCI *cretici* habet HALLERUS, plantam noftram minime oftendit. Infignis quoque corona feminum DAVCI *cretici,* quam haec fpecies non habet, differentiam fubminiftrat. Res tamen, non omnino improbabilis eft. Verum tamen non aliter, quam experimentibus hortenfibus explananda, aut ea copia fpeciminum, quae per gradus infenfibiles, a *Cretica,* ad *Rupeftrem* metamorphofin demonftrent.

316. LIBANOTIS *Riviniana.*

Athamanta. (*Libanotis.*) LINN. *Syft. Nat.* p. 207.
Daucus montanus, Apii folio minor. C. BAUHIN. *Prodr.* p. 77.

DIAGN. *Pallide virens. Pinnae nullae inter coftam et primos ramos.*

Habitat *Goriziae*, et *Tergefti.*

Tam indigenae quam exterae Plantae exemplaria evidentem a fpecie fequenti differentiam vel inde, demonftrant, quod cruciformes illas pinnas primas ramorum primorum, coftae non adnectant, quod etiam oftendit figura. C. BAUHINI.

317. LIBANOTIS *Daucoides.*

Libanotis pinnulis circa coftam decuffatis. HALL. *Enum.* p. 451. n. 1. fed confufa cum fpecie priori.

 Dauci

Dauci species alia. HALL. It. *Helv.* n. 42. p. 250. cum bona descriptione.

DIAGN. *Folia pinnata, pinnis pinnatifidis; segmentis plerisque trifidis. Involucra linearia.*

Habitat in *Alpibus Vochinensibus.*
Planta cubitalis. Folia tri-et quadriuncialia; pinnis uncia vix longioribus. Caulis striatus, exiguis villis, tanquam polline, adspersus. Pinnae primae, ramulorum primorum insident costae, cruciformes, et verticillatae. Umbellae densissimae. Radii (ad 40), villosuli. Involucra secunda pedunculis longiora, et erecta. Petala alba, fere aequalia. Styli albi, non deflexi. Germina hirsutula.

105. TORDYLIUM.

TOURN. *I. R. H. p. 320. Tab. 170.*

Semina compressa, marginata, pilosa.

318. TORDYLIUM *Syfolium.* Tab. 8.

DIAGN. *Folia pinnata; pinnis sessilibus, oblongis, serratis. Petala rubra; uno maximo in floribus exterioribus.*

Habitat in *Alpibus Vochinensibus.*
Caulis pedalis, simplex, sulcatus, fere nudus. Folia radicalia semipedem longa, vaginis suis membranaceis caulem amplexantia, semel pinnata, villosa; pinnarum paribus duobus, quae oblongae sunt, semicordatae, sessiles, dentatae. Primum par, ad basin, auctum est lobis duobus. Impar folium caeteris maius et semitrifidum est. Involucrum primum sit uno aliove foliolo. Umbellae radii (7—9). Involucra secunda, patula, linearia, polyphylla. Corollae rubrae, fere eadem quae in DAUCO *grandifloro.* Fructus ovatus, marginatus, pilis hispidus, coronatus calyce et stylis deflexis.
Synonyma non invenio.

319. TOR-

18. Tordilium Syfolium. Tab. 8.



319. TORDYLIUM *maximum.*

Tordylium umbellis confertis, radiatis; foliolis lanceolatis, inciso - ferratis. LINN. *Syst. Nat.* p. 204. *Spec. Plant.* p. 240. n. 4.

Tordylium maximum. TOURNEFORT. *Inst.* p. 320.

Caucalis maior CLUSIO. I. BAUH. *Hist.* III. p. 85.

DIAGN. *Tota planta scabra et hispida: Folium radicale triiugum; foliis sessilibus, subcordatis, crenatis; impare maiore, ovato, modice inciso.*

Habitat in *Istria*, et *Tergesti.*

Caulis subangulatus, durus, Folia caulina, lanceolata, radicalia vero alterius figurae. Involucra pentaphylla. Flores albi et irregulares. Fructus calyce coronatus, cuius dentes duo exteriores, longiores sunt.

Figura bona huius Plantae etiamnum deest.

(**) *Seminibus alatis.*

106. LASERPITIUM.

TOURN. *I. R. H. p. 324. Tab. 172.*

Singulum semen quatuor alis longitudinalibus instructum est, hinc totus fructus octapterus.

320. LASERPITIUM *latifolium.*

Laserpitium foliolis cordatis: inciso - serratis. LINN. *Syst. Nat.* p. 209. *Spec. Plant.* p. 248. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 242. HALL. *Hist.* n. 792.

Seseli Aethyopicum. MATTHIOL. *Diosc.* p. 502.

Libanotis *Theophrasti* Costus, &c. I. BAUH. *Hist.* III. p. 165.

DIAGN. *Folia cordata, serrata, non raro biloba, et triloba, amplis tumidisque vaginis caulem glabrum et substriatum amplexantibus.*

Habitat in pratis montanis.

Folium tres et quatuor uncias longum, duas circiter latum, dentibus tenuiſſime ſerrulatis; coſta ancipiti. Radii umbellae primariae (ad 60). Semen quatuor lineas longum, duas et paulo plus latum.

321. LASERPITIUM *gallicum.*

Laſerpitium foliolis cuneiformibus, furcatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 209. *Spec. Plant.* p. 248. n. 3 IACQUIN. *Auſtr.* p. 48.
Laſerpitium minus. RIVIN. *Pentap.*
Laſerpitium Maſſilioticum. TABERNEM. p. 211.
Laſerpitium e Maſſilia. C. BAUH. *Hiſt.* III. p. 137.

DAIGN. *Caulis ſulcatus, ſcaber. Folia bipinnata. Foliola ſeſſilia, laciniata; laciniis lanceolatis, acutis, alternis; coſta ramisque villoſis.*

Habitat circa *Goriziam*, et in M. *Medeae.*
Folia variant latitudine et longitudine. Umbella radii uncia paulo longiores (ad 12). Semen vix duas lineas longum, ovato ambitu; alis pellucidis.

322. LASERPITIUM *Siler.*

Laſerpitium foliolis ovali-lanceolatis, integerrimis, petiolatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 210. *Spec. Plant.* p. 249. n, 6.
Laſerpitium foliis duplicato-pinnatis, pinnulis integerrimis, lanceolatis, ſimplicibus et ternatis. HALL. *Hiſt.* n. 794.
Liguſticum MATTHIOL. *Dioſc.* p. 499.
Siler montanum. I. BAUHIN. *Hiſt.* III. p. 168.

DIAGN. *Diviſiones foliorum patulae, et angulum fere rectum cum coſta facientes. Semen oblongum, brevibus alis percuſum, quibus interiacet linea elevata.*

Habitat in montanis circa *Idriam*, et alibi.
Folia ima diffuſa; ramis adſcendentibus. Foliola tres lineas lata, uncialia et longiora, oris albidis, et ſubdiaphanis. Umbellae magnae; radiis (40 —— 50), lon-

longitudine digiti. Pedunculi ex uno radio (ad 40); exterioribus fertilibus. Flores exteriores unum petalum caeteris maius habent. Involucra parva.

Planta haec iuxta femen, media eft inter LASERPITIUM, et SILEREM *Aquilegiae folium.*

323. LASERPITIUM *Anguftifolium.*

DAIGN. *Folium bipinnatum: ramis fecundis fuftinentibus tria folia lanceolata, integerrima, feffilia, venofo - ftriata. Semen erectiufculo ftylo terminatum.*

Habitat in Alpibus *Carnioliae fuper* et circa *Idriam.*

Umbellae radii raro decem. Petala regularia, albo-rubella. Fructus ovalis.

Huc omnino reducendum eft LASERPITIUM *primum. Fl. Carniol.* LASERPITIUM *Peucedanoides foliorum fegmentis anguftiffimis.* SEGUIER. *Veron. fuppl.* p. 227. Tab. 7. LASERPITIUM *tenuifolium*, &c. PLUKENET. *Phyt.* Tab. 198. fig. 4. LASERPITIUM *anguftifolium, fegmentis indivifis.* MORISON. *Hift.* II. S. 9. Tab. 19. F. 8. nec non, iuxta defcriptionem, LIGUSTICUM five SILER *montanum anguftifolium.* C. BAUHIN. *Prodr.* p. 85. etfi hanc plantam ad LASERPITIUM *filerem* referat HALLERUS. Quomodo inter fe differunt LASERPITIA *Linnaeana*, nempe *auguftifolium*, *Prutenicum*, et *Peucedanoides?*

324. LASERPITIUM *Chironium.*

DIAGN. *Totum hirfutum eft. Folia ovata, ferrata, uno lobo acuta; terminalibus trilobis.*

Habitat in montibus *Lokopolitanis.* P. WULFEN.

Radix acerrimo et aromatico fapore praedita. Caulis humanae fere ftaturae, craffitie unciali; ftriatus et hifpidus, fungofa medula farctus. Coftae foliorum radicalium bipedales, pilofae, dividuntur in tres ramos. Foliola petiolata, fubtus hifpida, et aeque ampla, ac in ANGELICA *Archangelica.* Foliola

cau-

caulina ampliſſimas vaginas cauli circumponunt. Involucri primi folia uncialia et demum reflexa. Radii (ad 30) digiti longitudine. Flores plerique ſteriles. Semen quatuor fere lineas longum, tres latum, ampla ala in margine cinctum, quae in dorſo minores ſunt.

Ergo nullum eſt dubium eſſe ſpeciem LASERPITII, quod vero non differat a LASERPITIO *Chironio* LINNAEI, etſi noſtrum folia oblique cordata non habeat, demonſtrat RIVINUS icone PANACIS, quae noſtram plantam exacte refert. Dein, cum duos *Panaces* habeamus, nempe *Heracleum* et *Paſtinacaefolium*, quod eſt ſpecies *Paſtinacae*, non vero *Laſerpitii*, ſequitur omnino *Panacem* hunc alium eſſe non poſſe quam *Chironium* LINNAEI, ſed non bene determinatum.

325. LASERPITIUM *Selinoides*.

Peucedanum foliis pinnatifidis; laciniis oppoſitis. LINN. *Spec. Plant.* p. 246. n. 3? Sed Involucrum univerſale non diphyllum.

Peucedanum. HALL. *Hiſt.* n. 797. videtur idem.

DIAGN. *Involucra reflexa. Involucella pedunculis breviora. Floreſcentia initio autumni.*

Habitat in pratis montanis, non rarum.

Caulis ſtriatus, cubitalis et longior. Folia pinnata; pinnis pinnatifidis: laciniis lanceolatis, pilo terminatis, et margine rubro fructificationis tempore saepius inſtructis. Petioli caulini membranaceum marginem habent. Flores parvi, albi, et rubelli. Pedunculi plerique fertiles ſunt, et ita uniti, ut penicillum repraeſentent. Seminis alae marginales in omni aetate evidentes ac maiores, intermediae tres obſcurae in ſemine immaturo manifeſtae, marginalibus tamen minores in maturo; media itaque Planta inter *Laſerpitium*, et *Selinum*, prioris tamen Generis, ob ſemen ſingulum quinis alis inſtructum.

107. AN-

107. ANGELICA.

LINN. *Gen. Plant. 309.*

Seminum alae marginales, et dorfum tribus lineis longitudinalibus angulatum, funt notae, quae IMPERATORIAE et AETHUSAE quoque conveniunt; fed fructus conftans duobus feminibus, dorfo unice cohaerentibus, alibi vero liberis, ANGELICAE proprius eft.

326. ANGELICA *Archangelica.*

Angelica foliorum impari lobato- LINN. *Syft. Nat.* p. 211. *Spec. Plant.* p. 250. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 245.
Angelica foliis duplicato-pinnatis, ovato lanceolatis, ferratis. HALL. *Hift.* n. 807.
Angelica fativa. TOURNEFORT. *Inft.* p. 317.
Archangelica. I. BAUHIN. *Hift.* III. p. 143.

DIAGN. *Folia pleraque lobata.*

Habitat circa *Goriziam* in montibus.
Umbellae radii (ad 60). Petala pallide viridia et aequalia. Flores omnes fertiles. In hac fpecie feminis dorfum convexum magis et vere fulcatum eft, ita ut non lineatum, fed vere angulatum dici queat.

327. ANGELICA *fylveftris.*

Angelica foliis aequalibus, ovato-lanceolatis, ferratis. LINN. *Syft. Nat.* p. 211. *Spec. Plant.* p. 251. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 246. *Fl. Carniol.* p. 331.
Angelica foliis duplicato-pinnatis, ovatis, ferratis. HALL. *Hift.* n. 806.
Angelica paluftris. RIVIN. *Pentap.*
Angelica fylveftris. MATTHIOL. *Diofc.* p. 729.

DIAGN. *Folia pleraque aequalia, nec lobata.*

Habitat fecus aquas, et aquaeductus.
Folia minora, planioraque; impare plerumque lobato.

108. IMPERATORIA.

LINN. *Gen. Plant.* 321.

Differt ab ANGELICA feminibus planioribus, tota interna facie invicem cohaerentibus, dorfoque lineis elevatis, non autem angulis, ftriato; involucris nullis.

328. IMPERATORIA *Oftruthium.*

Imperatoria LINN. HALL. MATTHIOLI aliorumque, excepto TOURNEFORTIO, qui cum *Angelicis* coniunxit, fervato tamen IMPERATORIAE nomine.

DIAGN. *Involucrum primarium nullum. Folia magna, lobata, dentata.*

Habitat in *Alpibus Carnioliae fuper.*

Folium impar perpetuo trilobum. Flores qui in loco natali fteriles funt, fi planta in hortum transferatur, fertiles fiunt. Styli in fructu breves reflexi. Semen fingulum lineis quatuor longitudinalibus.

(***) *Seminibus marginatis.*

109. SELINUM.

Petala regularia. Semina ovata, compreffa, lineis elevatis (3-5) longitudinaliter ftriata.

329. SELINUM *Auftriacum.*

Selinum foliolis fubovatis, trifidis, incifis. IACQUIN. *Auftr.* p. 49. Obf. 22. ut viva planta in *Horto Academico Vindobonenfi* a Cl. Viro translata, me docuit.

Sefeli II. montanum Pannonicum CLUS. *Hift.* II. p. 193. cum icone *Cervariae.*

DIAGN. *Petioli lineis (8-10) albidis, elevatis, longitudinaliter ftriati. Foliola elliptica; terminalibus trifidis.*

Habitat in fylvis circa *Idriam* non rarum. Inveni etiam in *Auftria*, circa *Baden.*

Radix

Radix initio autumni modicam copiam lactis albo-lutei fundit. Caulis striatus, glaber. Folium radicale tereti petiolo dividitur, in tres ramos, denuo ramosos. Rami secundi gerunt pinnas sessiles et fere ad basin usque divisas in segmenta lanceolata simplicia bifida et trifida. Folia haec plana sunt, superne fature viridia, subtus pallidiora. Praeterea his Varietatibus, proprium est habere apices albidos et veluti spinula molli terminatos. Involucrum primum reflexum, vix semiunciam longum, polyphyllum: foliorum oris albidis, et quasi membranaceis. Radii umbellae (ad 22) villosuli. Involucella patentia. Pedunculi etiam ultra (40). Petala alba, aequalia, cordata. Styli erecti, et demum divaricati. Flores non omnes fertiles.

C. BAUHINUS confundit cum DAUCO *montano Apii folio maiore*, seu LIBANOTIDE RIVINI. Semina adulta margines ita denique explanant, ut alata dici queant, ideoque seminibus ANGELICAE *sylvestris* aut IMPERATORIAE valde similia.

330. SELINUM *Oreoselinum.*

Athamanta foliolis divaricatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 208. *Spec. Plant.* p. 244. n. 3.

Selinum foliis triplicato-pinnatis; angulis divisionum obtusis. HALL. *Hist.* n. 803.

Oreoselinum. CLUS. et RIVIN.

DIAGN. *Foliorum rami naturaliter quodammodo refracti et patentissimi. Radii striati. Petala subaequalia.*

Habitat in herbidis, ficcioribusque pratis.

Omnio notanda cum RIVINO refracta foliorum ramificatio. Involucrum primum breve et reflexum. Radii ultra (30). Pedunculi (ad 40). Styli divaricati. Eadem est ATHAMANTA. *Fl. Carniol.*

331. SELINUM *Cervaria.*

Athamanta foliis pinnatis, decussatis, inciso-angulatis; seminibus nudis. LINN. *Syst. Nat.*

 p. 207.

p. 207. quae *Selinum* erat in *Append. Spec. Plant.*

Selinum foliis duplicato-pinnatis; pinnulis ſemibilobis, circum ſerratis. HALL. *Hiſt.* n. 804.

Cervaria RIVINI *Pentap. irreg.*

Daucus II. MATTHIOL. *Dioſc.* p. 518.

DIAGN. *Folium ſemel ramoſum. Folia pleraque ſeſſilia, elliptica, acuminata, dentata: terminalibus trilobis et in petiolum decurrentibus.*

Habitat circa *Goriziam* et *Vipaccum.*

Foliorum ſpecifica durities, et firmitas, fere eadem quae in foliis *Pyri* huic Plantae propria.

332. SELINUM *paluſtre.*

Selinum leviter lacteſcens; radice unica. HALL. *Enum.* p. 443. n. 3. LINN. *Syſt. Nat.* p. 207. *Spec. Plant.* p. 244. n. 2.

Selinum ſublacteſcens, leve, foliis quadruplicato-pinnatis, linearibus. HALL. *Hiſt.* n. 799.

DIAGN. *Caulis ſulcatus. Habitatio in paludibus.*

Habitat in *paludibus Labacenſibus*, verſus viam publicam, qua itur *Carlſtadium.*

Diverſiſſima ſpecies eſt; ſed radix unica, et ſublacteſcens, non ſatis diſtinguit a SELINO *primo.*

110. PASTINACA.

TOURN. *I. R. H. p. 319. Tab. 170.*

Differt a SELINO defectu involucri utriusque, et ſemine evidentius marginato, caeterum quoque plano, ovato, et tribus ſtriis dorſalibus lineato.

233. PASTINACA *ſativa.*

Paſtinaca foliis ſimpliciter pinnatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 216. *Spec. Plant.* p. 262. n. 1. HALL. *Hiſt.* n. 808. *Fl. Carniol.* p. 336.

Paſtinaca Germanica. I. BAUH. *Hiſt.* III. p. 149.

DIAGN.

DIAGN. *Flavi flores. Folia ſemel pinnata.*

Habitat ad vias, in ſalicetis, et in ſterilibus locis.

Receptaculum nectare ſuavi madidum frequentant MUSCAE, CONOPSES, aliaque Inſecta. Styli patentiſſimi. Semen viride convexum, obſcurius marginatum lineatumque, ſed ſiccefcens explanatur, et Genus indicat.

334. PASTINACA *Glauca.*

Pimpinella foliis ſupra decompoſitis; caule angulato ramoſiſſimo. LINN. *Syſt. Nat.* p. 217. *Spec. Plant.* p. 264. n. 2.

Tragoſelinum foliis tenuiſſime diviſis; pinnulis ultimis tripartitis. HALL. *Enum.* p. 430. n. 5. *Op. Botan.* p. 197 - 200.

Tragoſelinum caule craſſo, ſulcato, divaricato; foliis multifidis, capillaribus. HALL. *Hiſt.* n. 788.

DIAGN. *Folia ter diviſa in ramos, denique ſuſtinentes foliola lineam lata, et unicam fere longa terminalibus trifidis: Flores albi.*

Habitat in *Alpibus Vochinenſibus.*

Caulis ſtriato-anguloſus. Foliorum caulinorum vaginae longae, ſtriatae; marginibus albidis. Radii (ad 20). Flores omnes fertiles: Receptaculum album. Styli rubri, deorſum reflexi, lineam fere longi.

Semina omnino aliter conſtituta, ac in PIMPINELLA *ſaxifraga*, nullisque adeo ſimilia, quam illis, quae PASTINACA *ſativa* producit, elliptica ſunt tamen, et dum recentia, etiam convexa, interim evidenter marginata, et tribus ſtriis prominulis longitudinaliter lineata.

III. SPHONDYLIUM.

TOURN. *I. R. H. p. 319. Tab. 170.*

Semen compreſſum, ſubcordatum, ſtriis quatuor nigricantibus, non elevatis, nec ad apicem aut baſin uſque extenſis longitudinali-

ter

ter lineatum. Styli retrorſum deflexi, receptaculo triplo longiores.

335. Sphondylium *Branca.*

Heracleum foliis pinnatifidis, laevibus; floribus radiatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 210. *Spec. Plant.* p. 249. n. 1. *Fl. Carniol.* p. 330.

Sphondylium foliis hirſutis, pinnatis: pinnis quinquelobis. HALL. *Hiſt.* n. 809.

Sphondylium MATTHIOL. *Dioſc.* p. 525.

Diagn. *Folia ampliſſima, lobata, ſemiſeſſilia.*

Habitat in *Cemeteriis*, et pinguiore ſolo.

336. Sphondylium *Auſtriacum.*

Heracleum foliis pinnatis, utrinque rugoſis, ſcabris; floribus ſubradiatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 210. *Spec. Plant.* p. 249. n. 4. IACQUIN. *Auſtr.* p. 45. Obſ. 19.

Diagn. *Radii umbellae non ultra (10). Pedunculi plerique ſteriles, fructu nihilo longiores.*

Habitat in *Alpibus Vochinenſibus.*

Caulis ſtriatus. Folia pinnata, villis utrinque hiſpida.

112. FERULA.

TOURN. *I. R. H. p. 321. Tab. 170.*

Semen magnum, ellipticum, baſi emarginatum, primo convexum, dein per maturitatem explanatum, tribus ſtriis elevatis longitudinaliter lineatum. TOURN. D. E. Styli breviſſimi C.

337. Ferula *nodiflora.*

Ferula foliolis appendiculatis; umbellis ſeſſilibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 209. *Spec. Plant.* p. 247. n. 7.

Ferula ad ſingulos nodos umbellifera. TOURNEFORT. *Inſt.* p. 321.

Diagn.

DIAGN. *E nodis caulinis singulis, quatuor umbellae prodeunt.*

Habitat circa *Quelb*, *Tergestum*, et alibi in *Carniolia* calidiore.

Ultimae foliorum ramificationes divaricatae sustinent foliola acerosa plerumque terna. E nodis caulinis quae prodeunt umbellae, pedunculatae sunt, nec sessiles. Involucra brevissima et reflexa. Radii umbellae primariae (ad 14). Pedunculi (ad 12). Petala lutea.

(****) *Seminibus plicatis, s. sulcatis.*

113. LIGUSTICUM.

TOURN. *I. R. H. p. 323. Tab. 171.*

Fructus ovalis emarginatus, brevibus et divaricatis stylis terminatus. Semen gibbum plica longitudinali, quam inter et marginem duae aliae lineae elevatae prominent.

338. LIGUSTICUM *Peloponesiacum.*

Ligusticum foliis duplicato-pinnatis; pinnulis acute dentatis, longe lanceolatis. HALL. *Hist.* n. 758.

DIAGN. *Folia pinnata, pinnis lanceolatis, pinnatifidis.*

In montibus circa *Goriziam* invenit, et communicauit. P. WULFEN.

Attritum potenter olet, odore fere aromatico. Caulis fistulosus, humanae staturae et crassitie duorum digitorum. Involucri generalis folia angusta et uncialia. Umbellae radii (ad 30). Involucella pedunculis aequalia. Petala alba, aequalia. Flores non omnes fertiles.

Omnino est SESELI *Peloponesiacum*, quem ex MATTHIOLO repetit CAMERARIUS, et I. BAUHINUS coniungit cum SESELI I. *montano Pannonico* CLUSII, seu LIGUSTICO *Austriaco* LINNAEI,

NAEI, quo nomine insignitam hanc plantam vidi etiam in amplissimo Horto sicco *Nobilissimi* MYGINDI. Certe folia SESELIOS CLUSIANI *primi*, dempto nitore, cum foliis LIGUSTICI huius, valde congruunt, ut operae pretium videatur inquirerere, an LIGUSTICUM *Austriacum*, a *Peloponesiaco* vere diversum sit.

114. AETHUSA.

LINN. *Gen. Plant.* 317.

Fructus pyriformis octagonus.

339. AETHUSA *Cynapium.*

Aethusa. LINN. *Syst. Nat.* p. 213. *Spec. Plant.* p. 256. HALL. *Hist.* n. 765.

DIAGN. *Folia bipinnata; suprema e vaginis bifidis genita. Umbellarum radii (5-6).*

Habitat in cultis.

Foliola oblonga, incisa; segmento terminali longiore latioreque. Varietatem segmentis linearibus et ubique aeque latis *Gorizia* misit P. WULFEN. Dentes calycini quandoque foliolum lineare producunt.

115. CONIUM.

THEOPH. LINN. *Gen. Plant.* 299. *Cicuta* PLIN. TOURN.

Fructus ellipticus. Semen quatuor plicis crenulatis et subrepandis praeditum.

340. CONIUM *maculatum.*

Conium seminibus striatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 206. *Spec. Plant.* p. 243. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 238.
Cicuta MATTH. *Diosc.* p. 693. HALL. *Hist.* n. 766. STOERCK. libell. de *Cicuta*, aliorumque.
Cicutaria vulgaris. CLUS. *Hist.* p. 200.

DIAGN.

342. *Ammi Daucifolium.* Tab. 10



Rein sc. A.

DIAGN. *Caulis maculatus. Foliola pinnatifida; laciniis dentatis.*

Habitat ad ſepes et vias, nec non circa *Prardt.*
Planta foetida, villoſa; caule ad genicula craſſiore, et rubris maculis variegato.
Cancri ſpecificum, iuxta Obſervationes *Ill.* et *Celeberr.* STOERKII.

116. MYRRHIS.

TOURN. *I. R. H. p. 315. Tab. 166.*

Semina longa pentagona; angulis ſcabris, acutis.

341. MYRRHIS *Odorata.*
Scandix ſeminibus ſulcatis, angulatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 213. *Spec. Plant.* p. 258. n. 1.
Myrrhis foliis triplicato-pinnatis, mollibus; ſeminibus ſulcatis, maximis. HALL. *Hiſt.* n. 753.
Odorata. RIVIN. *Pentap.*

DIAGN. *Folia villoſa, beneolentia, terdiviſa, ſemen nitidum, nigricans.*

Habitat in paſcuis noſtris ſubalpinis, In *Vochein.*
Caulis ſtriatus, ſiſtuloſus. Folia filicinis accedentia. Flores albi modice irregulares. Semen lineas (8-9) longum, et omnino aliud ac in PECTINE *Veneris,* CEREFOLIO, et ſimilibus.

117. AMMI.

TOURN. *I. R. H. p. 304. Tab. 159.*

Semen gibbum, triſulcum, deflexo ſtylo terminatum. Involucrum primum, pinnatifidum.

342. AMMI *Daucifolium.* Tab. 10.
Ammi maius, exoticum; foliis per ambitum eleganter inciſis. PLUKENT. *Phyt.* Tab. XI. fig. 1. huic proximum.

DIAGN.

DIAGN. *Folia bipinnata: pinnis pinnatifidis, trifidisve; primis costae communi verticillatim adnatis.*

Circa *Idriam*, in *Kubillae* rupibus, prope rivum. Planta bi- & tripedalis, glabra. Caulis fulcatus, ramosus, auricularis digiti craffitie. Folia pedalia; costa striata; fegmentis terminalibus trifidis; omnibus planis, glabris, fubtus pallidioribus. Involucri primifolia linearia, patula, demum revolvuntur, apice pinnatifida, radiis duplo breviora. Radii (ad 40), digiti longitudine. Involucra fecunda polyphilla, fetacea, patula, indivifa, pedunculis nihilo breviora. Pedunculi (40-45), tres lineas longi, plerique fertiles. Petala albida, cordata, fubaequalia. Styli albi, demum reflexi. Fructus ellipticus lineam et dimidiam longus. Semen fingulum marginatum; lineis tribus, aut duobus, dorfalibus, valde elevatis. Lente vitrea videntur quandoque ad bafin linearum marginalium feminis cuiusque, prominentiae quaedam exiguae. Non ergo credibile eft, effe Varietatem LIBANOTIDIS *Hallerianae primae*.

343. AMMI *maius* LINN. audio crefcere in *Auftriaco Littorali*, fed ego nondum vidi.

(*****) *Seminibus ftriatis.*

118. PIMPINELLA.

MATTHIOL. LINN. *Gen. Plant.* 328.

Semen ftriis quinis, pallidioribus, elevatis, et ftylis erectis inftructum.

344. PIMPINELLA *Rotundifolia.*

Tragofelinum foliis pinnatis; pinnis ovatis. HALL. *Hift.* n. 786.
Pimpinella faxifragia. MATTH. *Diofc.* p. 657.
Tragofelinum minus. TABERNEM. p. 255.

DIAGN.

DIAGN. *Caulis ſtriatus villoſulus. Foliorum pinnae ſubrotundae, ſeſſiles; imis ſubcordatis.*

Habitat in ſiccis et ſylveſtribus.

Pinnae dentatae, modo acuminatae, modo obtuſiores; terminali ſemper indiviſa.

345. PIMPINELLA *ſaxifraga.*

Tragoſelinum foliis pinnatis; pinnis lanceolatis, ſerratis, extremis trilobatis. HALL. *Hiſt.* n. 785.

DIAGN. *Caulis ſulcatus glaber. Foliorum pinnae ovatae, inciſae et lobatae; impare trilobo.*

Habitat cum priore.

VAR. 1. *Floribus albis.*

Folia petiolata; dentibus herbaceo acumine terminatis. Petala ſubinaequalia.

—— 2. *Floribus rubris.*

Habitat in Alpibus.

Folia ſeſſilia, villoſula, ovata; ſtamina pedalis duplo longiora. Antherae albae. Receptaculum album, rubris punctis lineisque variegatum.

Bene *Celeberr.* HALLERUS diſtinxit has ſpecies, quas in unam coniunxit *Ill.* LINNAEUS.

119. BUPLEURUM.

TOURN. *I. R. H. p. 309. Tab. 163.*

Semen oblongum, nigricans, ſtriis quinis maioribus aliisque minoribus lineatum, ſtylis ſubereetis terminatum. His addit HALLERUS folia integerrima.

346. BUPLEURUM *rotundifolium.*

Bupleurum involucris univerſalibus nullis; foliis perfoliatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 203. *Spec. Plant.* p. 236. n. 1.

Bupleurum caule brachiato, ramoſiſſimo; foliis ovato-lanceolatis, amplexicaulibus. HALL. *Hiſt.* n. 767.

Scopoli Flora Carn. T. I. O Perfo-

Perfoliata. MATTH. *Diosc.* p. 721. annua. I. BAUH. *Hist.* III. p. 198.

DIAGN. *Folia perfoliata. Involucrum generale nullum; Partialia ovata.*

Habitat in cultis circa *Tergestum.*

Folia obtusa, nervo tamen in acumen exeunte. Radii (3 - 5).

347. BUPLEURUM *falcatum.*

DIAGN. *Folia radicalia petiolata, longa, duas lineas lata; caulina linearia. Involucra universalia subdiphylla, partialia pentaphylla.*

Habitat in districtu *Vipaccensi, Gorizienfi,* et *Tergestino.*

Caulis cubitalis. Folia radicalia, semipedalia; petiolis foliaceis, compressis, longis. Radii (8 - 9), unciales.

348. BUPLEURUM *odontites.*

Bupleurum foliis linearibus; involucellis pentaphyllis, aristatis, rigidis. *Fl. Carniol.* p. 329.

Bupleurum involucellis pentaphyllis, acutis, universali triphyllo; flosculo centrali altiore, ramis divaricatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 203. *Spec. Plant.* p. 237. n. 6.

Auriculae adfinis, Odontitis, etc. I. BAUH. *Hist.* III. p. 201.

DIAGN. *Caulis vix triuncialis. Folia lineari-lanceolata. Involucrum utrumque pentaphyllum, aristatum, rigidum; partiali pedunculis longiore.*

Habitat *Vipacci* in arvis.

Radix repanda, longitudine caulis. Caulis statim supra basin ramosus, angulatus. Folia sessilia.

120. SCANDIX.

TOURN. *I. R. H. p. 326. Tab. 173.*

Fructus attenuatus, rectis stylis terminatus, cuius crassities raro est sexta pars longitudinis totius.

349. SCANDIX *Pecten.*

Scandix feminibus roftro longiffimo. LINN. *Syft. Nat.* p. 213. *Spec. Plant.* p. 156. n. 2. fed omnino laevia non funt.

Myrrhis feminis cornu longiffima. HALL. *Hift.* n. 754.

DIAGN. *Umbellae radii (2-3). Semina longiffimo roftro, Geraniorum adinftar, terminata.*

Habitat in ficcioribus *Agri Tergeftini.*

Involucra partialia apice incifa, hinc ramofa dicta a Cl. ADANSONIO. *Fam. Pl.* p. 96.

350. SCANDIX *Hirfuta.*

Chaerophyllum caule aequali; foliolis incifis, acutis; fructibus biariftatis. LINN. *Syft. Nat.* p. 214. *Spec. Plant.* p. 257. n. 4.

Myrrhis radice praelonga; foliis triplicato-pinnatis, acutis; feminibus cylindricis. HALL. *Hift.* n. 751.

Myrrhis paluftris. RIVINI *Pentap.* non male.

DIAGN. *Caulis obiter ftriatus. Folia fubtus nitida, pinnatifida, ampliufcula. Involucella polyphilla, reflexa.*

Habitat fecus fluvios et in fylvis humidis *Carnioliae* frigidioris.

Eft omnino *Cicutaria latifolia* I. BAUH. modo hirfuta, modo vero glabra. Caulis et rami, fub umbellis evidenter ftriati funt. Umbellae primariae radii (17 - 20) biunciales et longiores. Petalum unum in floribus extimis, paulo maius caeteris eft. Locus natalis, fuperficies prona folii nitens, et genicula minime tumida. Speciem hanc abunde diftinguunt a fociis. Flores plerosque fteriles habet, et odorem non ingratum, fere *Petrofelini.* Semina ariftata, longa, coniungunt cum *Pectine.*

351. Scandix *Tinctoria.*

Diagn. *Folia ſimplicia, ternata, elliptica, duplicato-ſerrata, glabra. Semina recentia, ſi digitis fricentur, eos fuſco-rubro colore inficiunt.*

Crevit in horto, ex ſeminibus, neſcio an indigenis.

Caulis teres, laevis, ramoſus, aequalis. Folia dicta, digitum longa. Umbellae radii (2-5). Involucella exigua, ſeminibus breviora. Pedunculi (ad 6), inaequales, fertiles. Fructus ſtriis quinis pallidioribus lineatus, brevi ſtylo terminatus. An Chaerophyllum *aromaticum* LINNAEI?

121. SESELI.

Huc refero Plantas omnes Umbelliferas Fructu ovato, ſtriato, ſtylis deflexis terminato: Alii mea pace dividant in tot Genera, quot iis placent.

(*) *Involucro univerſali et partiali.*

352. Seseli *Meum.*

Athamanta foliolis capillaribus; ſeminibus glabris, ſtriatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 208. *Spec. Plant.* p. 245. n. 2.

Meum Anethifolium. TOURNEF. *Inſt.* p. 312. Tab. 165. ADANS. *Fam. Pl.* p. 97.

Meum. MATTHIOL. *Dioſc.* p. 23. HALL. *Hiſt.* n. 761.

Diagn. *Folia bipinnata; foliolis capillaceis.*

Habitat in ſummo, et fere inacceſſo dorſo M. *Greben.* In *Alpibus Vochinenſibus.*

Caulis pedalis, ſtriatus, ramoſus, Umbella radii non ultra duodecim, inaequales. Pedunculi pauci fertiles, hique breviores. Petala alba. Semina obiter ſtriata.

Incolae vocant *Sterbitz.*

353. Se-

353. SESELI *Nodiflorum.*

Sium foliis pinnatis; umbellis axillaribus, feffilibus. LINN. *Syft. Nat.* p. 211. *Spec. Plant.* p. 251.

DIAGN. *Umbellae inter ramos feffiles, nudae; ex alis fubfeffiles, et fultae folio profunde trifido.*

Habitat in foffis *Carnioliae* calidioris.

Caulis ftriatus, ramofus: Radii unciales et breviores. Pedunculi vix duas lineas longi. Folium impar non trifidum.

354. SESELI *Falcaria.*

Sium foliis linearibus, decurrentibus, connatis. LINN. *Syft. Nat.* p 211. *Spec. Plant.* p. 252. n. 6.

Sium foliis firmis, ferratis, pinnatis, nervo foliofo, lactefcente. HALL. *Hift.* n. 782.

DIAGN. *Cofta foliofa dividitur in anguftas, longas, dentatas, planas et pallide virentes lacinias.*

Habitat aridis et montofis *Auftriaci Littoralis.*

Spatia feminum lineis interiecta rugofula. Calycis conniventes denticuli, qui fructum terminant aliquam plantae, cum PHELLANDRIO adfinitatem indicant.

355. SESELI *Amomum.*

Sifon foliis pinnatis; umbellis erectis. LINN. *Syft. Nat.* p. 212. *Spec. Plant.* p. 252.

DIAGN. *Foliolum terminale perpetuo trifidum. Umbellae pedunculatae.*

Habitat in foffis.

Mea Planta omnino eft SISON *Lugdunenfium*, feu AMOMUM *Officinarum.* MORISON. *Hift.* III. S. 9. Tab. 5. fig. 7.

(**) *Involucro partiali tantum.*

356. SESELI *annuum.*

Sefeli petiolis rameis membranaceis, ventricofis, emarginatis. LINN. *Syft. Nat.* p. 215. *Spec.*

 Plant.

Plant. p. 260. n. 4. IACQUIN. *Austr.* Obs. 28.

Saxifraga Pannonica. I. BAUH. *Hist.* III. p. 19. ex CLUSIO.

DIAGN. *Folia bipinnata. Foliola profunde trifida.*

Habitat in montanis *Carnioliae*, non rarum.

Planta adulta rubens. Vaginae foliorum superiorum margines membranaceos, et rubellos habent. Bonam iconem huius plantae, aut saltem meliorem Clusiana dedit VAILLANTIUS in *Bot. Paris.* Tab. 9. fig. 4.

357. SESELI *glaucum*.

Seseli foliis linearibus, triplicato-pinnatis, caule vaginoso. HALL. *Hist.* n. 762.

Seseli petiolis ramiferis membranaceis, oblongis, integris: foliolis singularibus binnatisque canaliculatis, laevibus, petiolo longioribus. LINN. *Syst. Nat.* p. 215. *Spec. Plant.* p. 260.

DIAGN. *Folia bipinnata. Foliola solitaria, uncialia: terminalibus ad basin usque trifidis.*

Habitat in asperis *Carnioliae interioris*.

Planta haec omnino est PEUCEDANUM *Pannonicum* CLUSII, non confundenda cum SELINO *pumilo*, EIUSD. nec cum HIPPOMARATHRO RIVINI. Neque huc trahi potest SAXIFRAGA *tertia* MATTHIOLI, ut censet I. BAUHINUS, quae paradoxa omnino videtur.

358. SESELI *Hippomarathrum*.

Seseli involucris connato-monophyllis. IACQUIN. *Austr.* p. 52. Obs. 25. LINN. *Syst. Nat.* p. 215.

Hippomarathrum. RIVINI et KRAMERI.

DIAGN. *Involucella monophylla, dentata, et pelvis figuram referentia notante* KRAMERO.

Habitat in montibus *Carnioliae calidioris*.

Folio-

Foliola heteromalla, rigida, et veluti fafciculata. Involucra pelviformia bene exprimit figura Riviniana.
In Auftria invenit KRAMERUS, illuftravit IACQUINIUS, fed DAUCUS *montanus multifido brevique folio* C. BAUHINI, huc trahi nequit.

(***) *Involucris nullis.*

359. SESELI *Aegopodium.*

Aegopodium foliis caulinis, fummis ternatis. LINN. *Syft. Nat.* p. 217. *Spec. Plant.* p. 265. *Fl. Suec.* 2. 263. fed quid opus differentia, cum unica planta unum Genus conftituit?
Podagraria. RIVIN. HALL. *Hift.* n. 759.

DIAGN. *Petiolus dividitur in tres ramos triphyllos; foliis ovato-lanceolatis, dentatis, fubtus villofulis.*

Hortorum calamitas.
Funiculi albi, longi, reptantes, radicem faciunt. Folia fuperiora triloba. Petala alba. Semen oblongum.

360. SESELI *Graveolens.*

Apium foliis caulinis cuneiformibus. LINN. *Syft. Nat.* p. 217. *Spec. Plant.* p. 264. n. 2.

DIAGN. *Umbella feffilis in qualibet axilla, folio trifido fuffulta; radiis inaequalibus.*

Habitat in humidis *Auftriaci Littoralis*, non frequens.
Seminis ftructura eadem quae in PIMPINELLA *faxifraga*, fed ftyli retroflexi.

361. SESELI *Carum.*

Carum. OMNIUM BOTANICORUM.

DIAGN. *Folia bipinnata; cofta primaria, ad exortum ramorum primorum, foliolis verticillata.*

Habitat in pratis ficcioribus paffim.
Caulis ftriatus. Sub Umbella unum plerumque folium. Radii (ad 12). Pedunculi (ad 20). Flores omnes

 fertiles.

fertiles. Antherae luteolae. Styli rubelli. Semen in igne crepitans. Geſtatio menſtrua.

122. PHELLANDRIUM.

TOURN. *I. R. H. p. 306. Tab. 161.*

Fructus decemſtriatus, oblongus, coronatus calyce conſpicuo tubisque recurvis.

362. PHELLANDRIUM *Mutellina.*

Phellandrium caule ſubnudo; foliis pinnatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 213. *Spec. Plant.* p. 255. IACQUIN. *Auſtr.* p. 51. Obſ. 24.

Seſeli foliis duplicato-pinnatis; pinnulis ſemipinnatis, lobulis lanceolatis. HALL. *Hiſt.* n. 763.

Mutellina. I. BAUH. *Hiſt.* III. p. 66.

DIAGN. *Folia bipinnata: pinnulis acute multifidis. Umbella purpuraſcens.*

Habitat in *Alpibus Vochinenſibus.*

In alpibus parva planta, triplo maior in horto redditur, et calyce inſigni non vero circulo coronatos fructus exhibet.

363. PHELLANDRIUM *aquaticum.*

Phellandrium foliorum ramificationibus divaricatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 213. *Spec. Plant.* p. 255. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 252.

Phellandrium foliis refractis. HALL. *Hiſt.* n. 757.

DIAGN. *Caulis dichotomus, aquis immerſus. Foliorum rami divaricati.*

Habitat in foſſis maioribus paludum *Labacenſium.*

Caulis valde craſſus. Foliola parva, inciſa, ſeſſilia; ſupremis confluentibus.

123. OE-

123. OENANTHE.

TOURN. *I. R. H. p. 312. Tab. 166.*

Differt a PHELLANDRIO ſtylis erectis fructum terminantibus, et calycinis dentibus ſaepius inaequalibus.

364. OENANTHE *pimpinelloides.*

Oenanthe foliis radicalibus, cuneatis, fiſſis; caulinis integris, linearibus, longiſſimis, canaliculatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 213. *Spec. Plant.* p. 255. n. 5.
Oenanthe-folio Apii. I. BAUHIN. *Hiſt.* III. p. 190.
Filipendula II. TABERNEM. p. 419.

DIAGN. *Structura floris et fructus una ſemper. Folia valde mutabilia. Umbellae radius, non diſcus, in hac ſpecie abortivus.*

Habitat *Goriziae* ad ſepulcra *Iudaeorum*, P. WULFEN.
Caulis ſulcatus, laevis, ramoſus. Folia radicalia latiora, rotundato-cuneata, ſerrata; caulina linearia et longiora. Rami nudi. Involucrum generale conſtat foliis ſetaceis (8-9). Involucra partialia polyphylla. Dentes calycini duo caeteris maiores. Petala alba in radio maiora. Napuli ovales radicibus adpenſi.

124. SILER.

MORISON. *Hiſt. II. et* RIVIN. *Pentap.*

Fructus oblongus. Semina convexa et porcata. In fructu viridi et immaturo ſtriae per ſiccitatem attenuatae, breves alas repraeſentant, quae in perfectis ſeminibus obtuſae ſunt, nec alis ſimiles.

365. SILER *Trilobum.*

Laſerpitium foliolis trilobis, inciſis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 209. *Spec. Plant.* p. 248.

Angelica foliis tripartitis; lobis ſuperne inciſis, obtuſis. ROYEN. *Lugdb.* p. 104. GRONOV. *Orient.* 85.

Laſerpitium foliis imis rotunde lobatis, vaginalibus, lateralibus, trifidis. HALL. *Hiſt.* n. 793.

Angelica Aquilegiae foliis. TOURN. *Inſt.* p. 313.

Siler foliis Aquilegiae. RIVIN. *Pentap.* MORISON. *Hiſt.* II. S. 9. Tab. 3. fig. 3. PLUKENET. *Phyt.* Tab. 223. fig. 7. bene.

Liguſticum RAUWOLFII. I. BAUHIN. *Hiſt.* III. p. 148. ab Inventore ita dictum.

Libanotis latifolia. C. BAUH. *Prodr.* p. 83.

DIAGN. *Folia* AQUILEGIAE *ampla et triloba.*

Communicavit Amicus inter plantas alias Carniolicas; hinc neſcio, an indigena ſit. Vidi hanc ipſam in *Auſtria*, circa *Baden*, videnſque miratus ſum, de hoc loco natali nullam mentionem a CLUSIO factam fuiſſe; nec a FRATRIBUS BAUHINIS.

(******) *Seminibus omnino, aut maxima parte, laevibus.*

125. CHÆROPHYLLUM.

Fructus laevis, tenuis, longus, nitens, reflexis ſtylis terminatus.

366. CHAEROPHYLLUM *ſylveſtre.*

Chaerophyllum caule laevi, ſtriato; geniculis tumidiuſculis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 214. *Spec. Plant.* p. 258. n. 1.

Chaerophyllum foliis acute dentatis, triplicato-pinnatis, glabris: nervis hirſutis. HALL. *Hiſt.* n. 748.

DIAGN. *Caulis ſulcatus. Petala inaequalia. Semina denique nigricantia.*

Habitat in Pomariis, et ad ſepes, Maio M. florens.

Planta

Planta tripedalis. Vaginarum orae albae, et denſo villo pubeſcentes. Folia Chaerophyllaea, utrinque glabra, ſed ſubtus breviſſimo villo ad lentem, adſperſa, qui villi in oris pinnularum evidentiores ſunt. Umbellae parvae, radiis non ultra decem. Involucella pentaphylla.

Omnino eſt CEREFOLIUM *ſylveſtre, perenne, ſeminibus laevibus nigris.* MORISON. *Hiſt.* III. S. 9. Tab. 11. cum caulem ſtriatum pinxerit. Flores omnes fertiles, quos LINNAEUS pro diſcrimine poſuerat, non ſemper adſunt, imo in diſco plerumque maſculi ſunt. Vitioſae quoque videntur Definitiones Linnaeanae CHAEROPHYLLI *bulboſi*, et *temuli*, hoc etenim caulem ſcabrum non habet, ſed infimos tres articulos perpetuo villoſos, illud vero pariter hirſutum eſt.

126. CRITHMUM.

TOURN. *I. R. H. p. 317. Tab. 169.*

Figura fructus cum SILERE convenit, differt vero ſeminibus laevibus.

367. CRITHMUM *maritimum.*

Crithmum foliolis lanceolatis, carnoſis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 208. *Spec. Plant.* p. 246. n. 1.
Crithmum I. MATTHIOL. *Dioſc.* p. 355.

DIAGN. *Quilibet ſecundus folii ramus ſuſtinet tria folia lanceolata et carnoſa.*

Habitat *Tergeſti* circa Mare, et *Timavi* fontem. MATTHIOL.

Folia nihilo minora, ac in LASERPITIO *Silere.* Involucrum generale breve. Umbellae radii (ad 12). Involucra partialia ſeminibus breviora. Seminum ſapor viſcidus et acidulus.

TRI-

TRIGYNIA.

127. COTINUS.

TOURN. *I. R. H. p. 610. Tab. 380.*

Calyx quinquefidus, perſiſtens. Petala quinque. Bacca unilocularis, monoſperma. Semen triangulare.

368. Cotinus *Coggygria.*

Rhus foliis ſimplicibus ovatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 218. *Spec. Plant.* p. 267. n. 12.

Rhus racemis plumoſis, foliis ovatis. HALL. *Hiſt.* n. 827.

Coggygria. CLUS. *Hiſt.* I. p. 16. I. BAUHIN. *Hiſt.* I. p. 494.

Cotinus coriaria. DODON. DUHAMEL. *Arbor.* I. p. 191.

Diagn. *Paniculae terminalis racemi plerique in filamenta plumoſa et ſterilia deſinentes. Fructus potius capſularis, ſemicordatus, ramoſis venis inſtructus.*

Habitat *Vipacci* et *Tergeſti* in montibus.

Arbuſculae huius folia ſimplicia, ovalia, obtuſa, integerrima; petiolis rubellis. Calyces 3-5-fidi, patentes. Petala erecta, parva, tot, quot dentes calycini. Receptaculum rotundatum, carnoſum, in cuius centro ſedet germen. Stylus medius deflexus et brevior.

128. VIBURNUM.

LINN. GLEDITSCH. *Syſt. Plant.* 845.

Corolla monopetala, rotata. Germen ſuſtinens tubercula tria, loco ſtylorum. Bacca unilocularis, monoſperma.

369. Vi-

369. VIBURNUM *Lantana*.

Viburnum foliis cordatis, ferratis, venofis, fubtus tomentofis. LINN. *Syft. Nat.* p. 218. *Spec. Plant.* p. 268. n. 5. *Fl. Carniol.* p. 271. n. 1.
Viburnum foliis ovatis, ferratis, fubtus tomentofis. HALL. *Hift.* n. 669.
Viburnum. MATTH. *Diofc.* p. 167.

DIAGN. *Folia fubtus albo tomento incana. Umbellae radii feptem, bis trifidi.*

Habitat ad fepes, et in fylvis, initio Maii M. florens.
Sub fingulo ramo et pedunculo umbellae floralis eft bractea decidua. Filamenta corollae diametro longiora. Corollae fegmenta reflexa. Antherae flavae. Bacca ovalis, compreffa, ferrugineo femine foeta.

370. VIBURNUM *Opulus*.

Viburnum foliis lobatis; petiolis glandulofis. LINN. *Syft. Nat.* p. 218. *Spec. Plant.* p. 268. n. 7. *Fl. Suec.* 2. 264. *Fl. Carniol.* 272.

Opulus TOURNEFORT. ROYEN. HALL. *Hift.* n. 668.

DIAGN. *Folia triloba: petiolis glandulofis. Umbellae flores radiantes magni et fteriles.*

Habitat circa aquas in fylvis.
Foliorum lobi acuti, dentati. Glandulae aut tubercula feffilia inter folium et petiolum, et denuo alia pedunculata ad bafin petioli. Umbellae radii fex, ramofi ramis pedunculisque bracteatis.

In hac fpecie videtur ftylus brevis, craffus, et veluti ex tribus connatis ac fubbifidis factus, Bacca fubrotunda, mollis, loculum aut faccum membranaceum continet, in quo femen. Flores quoque in hortis imperfecti plures, quam ruri.

129. SAM-

129. SAMBUCUS.

TOURN. *I. R. H. p. 606. Tab. 376.*

Differt a VIBURNO bacca rotunda, disperma TOURN. trisperma LINN. LUDW. GLEDITSCH. III. TOURNEFORTIUS qui herbas ab Arboribus separavit, EBULUM cum SAMBUCO reliquit; quanta vis Generum naturalium!

371. SAMBUCUS *Ebulus.*

Sambucus cymis tripartitis; stipulis foliaceis. LINN. *Syst. Nat.* p. 219. *Spec. Plant.* p. 269. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 266 *Fl. Carniol.* p. 270. n. 1.

Sambucus herbacea; floribus umbellatis. HALL. *Hist.* n. 671.

Ebulus MATTHIOL. *Diosc.* p. 783.

DIAGN. *Gemma radicalis. Florescentia post solstitium aestivum.*

Habitat in montibus circa *Idriam* et alibi.

Caulis sulcatus. Folia lanceolata serrata, quadriiuga, petiolis septem striatis. Racemi oppositi trifidi. Calyx apice rubellus. Petalorum apices inflexi et rubri. Filamenta nodosa. Stigmata obscure rubra.

372. SAMBUCUS *nigra.*

Sambucus cymis quinquepartitis; caule arboreo. LINN. *Syst. Nat.* p. 219. *Spec. Plant.* p. 269. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 265. *Fl. Carniol.* p. 270. n. 2.

Sambucus arborea; floribus umbellatis. HALL. *Hist.* n. 670.

Sambucus MATTH. *Diosc.* p. 782. DUHAMEL. *Arbor.* II. p. 253.

DIAGN. *Gemmae caulinae. Cymae florales quinquepartitae. Bacca nigra.*

Habitat circa Domos, et in sylvis, cum ROSIS et CORNO *sanguinea* florens.

Omnes floris partes albae.

373. SAM-

373. SAMBUCUS *racemoſa.*

Sambucus racemis compoſitis, ovatis; caule arboreo. LINN. *Syſt. Nat.* p. 219. *Spec. Plant.* p. 270. n. 4. *Fl. Carniol.* p. 271. n. 3.

Sambucus arborea; floribus ſpicatis. HALL. *Hiſt.* n. 672.

DIAGN. *Gemmae caulinae. Racemi ovati. Bacca rubra.*

Habitat in ſylvis.

Stigma ſingulum nigra macula notatum.

130. STAPHYLLODENDRON.

PLIN. MATTH. TOURN. *I. R. H. p. 616. Tab. 386.*

Calyx quinquefidus, perſiſtens, ſuſtinens petala et ſtamina (5). Capſulae binae, inflatae, interiore ſutura connexae, foventes ſemina duo oſſea et ſubrotunda. DUHAMEL. *Arbor.* II. p. 287.

374. STAPHYLLODENDRON *Pinnatum.*

Staphyllaea foliis pinnatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 219. *Spec. Plant.* p. 270. n. 1. *Fl. Carniol.* p. 580. a *Calycifloris* removenda, a quibus numero ſtaminum, abſentia receptaculi nectariferi, et fructu, differt. HALL. *Hiſt.* n. 831.

Staphyllodendron TOURNEFORT. l. c. MATTHIOL. *Dioſc.* p. 201.

DIAGN. *Folia pinnata. Racemi penduli; racemulis ſaepius oppoſitis, trifloris.*

Habitat in umbroſis et humidioribus ſylvarum locis.

Foliorum iuga duo, cum impare, eaque oblonga, tenuiterque ſerrata. Bracteae ad petiolos et pedunculos. Calycis faux pentagona.

Hanc plantam *Digynam* video, nec *Trigynam.* Quare TOURNEFORTII nomen genericum antiquum

quum et efficax reliquit ADANS: contra legem propriam. *Praef.* p. 172. n. 1?

131. TAMARISCUS.

TOURN. *Inst. R. H. p. 661.* LUDW. HALL.

Calyx quinquefidus, permanens. Petala (5). Stylus nullus. Capſula unilocularis, trivalvis, valvis lanceolatis. Semina terminata ſtylo ſetulis undique pappoſo. His addit folia tenuiſſima Cupreſſinis ſimilia LVDWIG.

375. Tamariscus *Germanicus.*

Tamarix floribus decandris. LINN. *Syſt. Nat.* p. 219. *Spec. Plant.* p. 271. n. 2.
Tamariſcus ſpicis folioſis. HALL. *Hiſt.* n. 948.
Tamarix Germanica. I. BAUHIN. *Hiſt.* I. P. 1. p. 351. DUHAMEL. *Arbor.* II. p. 299.

Diagn. *Stamina alterna longiora, omnia inſidentia vaginae communi germen ambiente, diadelphica.*

Habitat circa fluvium *Savam*, et *Idrizam.*
Racemi terminales. Pedunculi bractea breviores, uniflori. Petala tenuia, obtuſa, rubella, villoſula, loco ſtylorum. Capſula calyce triplo longior, ad baſin uſque dehiſcens, in tres valvas lanceolatas, acutas.

132. ALSINE.

LINN. *Gen. Plant.* 342.

Calyx pentaphyllus. Petala bifida (5). Stamina (3-8). Capſula unilocularis quinquevalvis, fovens ſemina (15) rufa, ovalia, pedicellata, tuberculoſa.

376. Alsine *media.*

Alſine floribus pentandris; foliis ovato-cordatis. *Fl. Carniol.* p. 496. n. 2.

Alſine petalis bipartitis; foliis ovato-cordatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 221. *Spec. Plant.* p. 272. *Fl. Suec.* 2. 2 7.

Alſine foliis petiolatis, ovato-lanceolatis, petalis bipartitis. HALL. *Hiſt.* n. 880.

DIAGN. *Petala bifida. Foliorum apices rubella glandula terminati. Petioli ciliati; ciliis uno in latere per caulem decurrentibus.*

Habitat in hortis, in quibus autumno naſcitur ex ſeminibus aeſtivis, hyeme perſiſtit, et altero anno ſub veris initium flores explicat, plerumque triandros. Antherae rubrae et roſeae, flavo polline plenae. Staminum numerus inconſtans, indicat Genus ALSINES naturale. TOURNEF. LUDW. HALL. *Fl. Carniol.*

133. DRYPIS.

MICHEL, *Gen. Plant. p. 24. Tab. 23.*

Calyx monophyllus perſiſtens. Petala (5) unguiculata. Capſula tenuis calyce indurato et connivente ita tecta, ut cum eo cadere debeat, antequam dehiſcat; hinc capſula quinquevalvis MICHELII paradoxa eſt; neque etiam circumſciſſa dicenda, cum nullum ſponte ſeſe aperiendi ſpatium habeat, et culter capſulae pelliculam baſi abſcedentem quidem repraeſentet, ſed ſeparatio haec minime naturalis ſit. Semen unicum rufum, reniforme, ex hilo demittens filum, quo imo loco capſulae adfigitur.

377. DRYPIS *ſpinoſa.*

Drypis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 221. IACQUIN. cum egregia illuſtratione.

Drypis Italica, aculeata; floribus albis, umbellatim compactis. MICHEL. *l. c.*

Scopoli Fl. Carn. T. I. P DIAGN.

DIAGN. *Caules tetragoni, ramofiffimi. Folia iuniperina, patula, fpinofa.*

Habitat ad radicem M. *Grindovitz.* In *Iftria* ad portum S. *Martini* Ill. a MYGIND. Planta adulta frutefcens. Rami patuli. Folia fuperna plana, fubtus convexa, fub ramis fummis infra medium utrinque fpinofos dentes in margine proferentia. Petala apud nos rubella. Stamina decem ponit ADANS; quae ego nec in fpontanea, nec in culta Planta hucufque vidi.

TETRAGYNIA.

134. PARNASSIA.

TOURN. *I. R. H. p. 246. Tab. 127.*

Calyx quinquefidus perfiftens. Petala quina, Nectaria totidem ciliata: ciliis globulo terminatis. Capfula quadrivalvis, pyriformis, polyfperma.

378. PARNASSIA *paluftris.*

Parnaffia LINNAEI. HALLERI. LUDWIG. GLEDITSCH. ADANS. &c.

DIAGN. *Petala alba, ovata, lineata. Stamina perfiftentia.*

Habitat in udis.

Segmenta calycina longitudine ftaminum. Staminibus fubulatis interiacent nectaria flavo-viridia; ciliata; ciliis luteolo globulo terminatis.

PENTAGYNIA.

135. STATICE.

LINN. *Gen. Plant. 348.*

Calyx proprius monophyllus, fupra medium plicatus. Petala (5). Capfula obtufa, mono-

nosperma, stellam ex plicis quinque factam in apice gerens.

379. Statice *Armeria.*

Statice caule simplici, capitato; foliis linearibus. LINN. *Syst. Nat.* p. 222. *Spec. Plant.* p. 274. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 269. HALL. *Hist.* n. 835.

Diagn. *Scapi radicales, nudi, florali capitulo terminati. Folia graminea, canaliculata, scapis triplo breviora.*

Habitat in Alpibus *Vochinensibus. Privale, Drasche-Vuorch, Tostetz, pot Rangor pot Stagam, pot Kopitzo, Debel-Vuorch, v Vercho,* et supra *Kointschka.*

Scapi teretes, paleolis oblongis ad basin septi. Perianthium commune descendit in scapum eumque vaginat. Calyces villosi. Petala in Alpibus basi modice cohaerentia, rosea, elliptica, obtusa; brevibus unguibus albisque. Antherae basi bifidae; segmentis inflexis. Germen circumdatum annulo nectarifero, flavescente, quinquelobo; lobis staminiferis. Styli albi, filamentis longiores, ad basin pilosi, semen ovatum, obtusum.

Flores novi successive prodeunt, postquam veteres arefacti sese retraxerunt, ut in Diantho *prolifero.* Nectarium ostendit adfinitatem cum *Alsinibus*, quibus glandulae ad bases staminum, Antherae effuso polline fusco caerulescunt. Vagina perianthii com. in Alpibus rubra fit. Petala dempto calyce, vi elastica, sese subito pandunt. Pili stylorum superiores concolore glandula terminati.

380. Statice *Limonium.*

Statice caule paniculato, tereti; foliis laevibus, enerviis subtus mucronatis. LINN. *Syst. Nat* p. 222. *Spec. Plant.* p. 274. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 270.

Limonium MATTHIOL. *Diosc.* p. 630.

DIAGN. *Caulis paniculatus, nudus. Flores ſecundi: Folia glaberrima.*

Habitat ad *Littora Maris, Tergeſti* et in *Iſtria.* In paludibus, quae *Timavi* fontibus irrigantur MATTH.

Folia radicalia, oblonga, integerrima. Caulis rigidus, cubitalis. Paniculae rami dichotomi, angulati. Flores in ſummis ramis ſpicati, uno verſu diſpoſiti. Sub ſingulo calyce duae ſquamae baſi cohaerentes, ovatae, ſubvirides. Corolla caeruleſcens.

136. LINUM.

TOURN. *I. R. H. p. 339. Tab. 176.*

Calycina folia aut ſegmenta tot, quot petala, ſtamina, ſtyli, et locula ac valvae Capſulae. Semen unicum in ſingulo loculo. TOURN. LINN. LUDW. GLEDITSCH. bina ADANS.

381. LINUM *uſitatiſſimum.*

Linum calycibus, capſulisque mucronatis; petalis crenatis; foliis lanceolatis, alternis; caule ſubſolitario. LINN. *Syſt. Nat.* p. 223. *Spec. Plant.* p. 277.

Linum MATTH. *Dioſc.* p. 318. HALL. *Hiſt.* n. 836.

DIAGN. *Planta annua, ſativa, glabra, capſulis et calycibus mucronatis.*

Habitat in ſiccis et ſterilibus *Carnioliae* paſcuis, forte natum ex diſperſis ſeminibus plantae cultae.

Calycina folia ad apicem denticulata, in margine membranacea. Capſulae immaturae, ſoli expolitae, ſtrepunt aut crepitant, dum locula ſeparantur.

382. LINUM *hirſutum.* Tab. 11.

Linum calycibus hirſutis acuminatis, ſeſſilibus, alternis; foliis alternis; rameis oppoſitis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 224. *Spec. Plant.* p. 279. n. 3.

DIAGN.

DIAGN. *Flores tet*
tum. Capſula q

Habitat in montanis
Radix lignoſa, repar
erecti, teretes, vi
bore aliquo tincti
glandulis, ſemiun
ſummo caule rami
ſuti, ſeſſiles, acun
duloſis; glandulis
rulea. Petala obt
bus flavicantibus.
et latiora. Germ
ſtructum.

383. LINUM *ſylveſtre*

DIAGN. *Folia lanc*
tas glandulas un
acuminati, ſecund

Habitat circa *Lippiza*
Si hoc eſt LINUM *ſy*
ctius, flore et cap
NAEUS *perenne*
fuit, cum neque c
beat. LINUM *ſy*
caeruleo. I. BAU
munia gerit, ut e
CLUSII, etſi ne
ſufficiat, ut a prio
tamen differat. 1.
gioribus, in marg
tis. 4. Pedunculi
intervallo, ex alis
5. Petalis non ob
convergentibus.
teromallis, ſupra
lis foliorumque t
nifeſta.



DIAGN. *Flores tetragyni. Germen totum hirfutum. Capfula quadrilocularis.*

Habitat in montanis *Carnioliae* calidioris.

Radix lignofa, repanda, defcendens, pallida. Caules erecti, teretes, vix pedales, hirfuti, per aetatem rubore aliquo tincti. Folia feffilia, hirfuta, abfque glandulis, femiunciam longa, duas lineas lata. E fummo caule rami breves, corymbofi. Calyces hirfuti, feffiles, acuminati; marginibus foliorum glandulofis; glandulis flavis, et ftipitatis. Corolla caerulea. Petala obtufiffima, octo lineas longa; unguibus flavicantibus. Filamenta glabra, ad bafin plana et latiora. Germen acuminatum; quatuor ftylis inftructum.

383. LINUM *fylveftre.* Tab. II.

DIAGN. *Folia lanceolata, denticulata; oris ftipitatas glandulas undique proferentibus. Calyces acuminati, fecundi, pedunculati.*

Habitat circa *Lippizam*, et *Idriae* in montibus.

Si hoc eft LINUM *fylveftre, caeruleum, perenne, erectius, flore et capitulo maiore* RAII quod LINNAEUS *perenne* vocat, certe male determinatum fuit, cum neque calyces neque capfulas obtufas habeat. LINUM *fylveftre, latifolium, hirfutum, flore caeruleo.* I. BAUHINI, multa, cum noftro, communia gerit, ut etiam LINUM *fylveftre latifolium* CLUSII, etfi neque figura, neque defcriptio data fufficiat, ut a priore fpecie rite difcerni queat, cum tamen differat. 1. Caule bipedali. 2. Foliis uncia longioribus, in margine glandulofis. 3. Ramis umbellatis. 4. Pedunculis florum unciali et maiore etiam intervallo, ex alis foliorum rameorum prodeuntibus. 5. Petalis non obtufis, fed in breve acumen fenfim convergentibus. 6. Stylis (5—6). 7. Capfulis heteromallis, fupra medium duntaxat villofis. 8. Caulis foliorumque trinervium vifcofitate quadam manifefta.



384. LINUM *flavum.*

Linum calycibus fubferrato-fcabris, lanceolatis, fubfeffilibus; panicula ramis dichotomis. LINN. *Syft. Nat.* p. 224. *Spec. Plant.* p. 279. n. 9. *Fl. Carniol.* p. 508. n. 2.

Linum latifolium luteum. I. BAUHIN. *Hift.* III. p. 454.

DIAGN. *Caulis ftriis eminentibus angulatus. Petala flava, femiuncialia. Stamina quinque fterilia et breviora.*

Habitat in M. *Nanas,* et circa *S. Crucem.*

Caulis non villofus, pedalis, per quem a fingula bafi folii decurrit linea elevata. Folia uncialia et longiora, lanceolata, acuminata, Calyx acutus, non ferratus. Styli (4-5).

385. LINUM *Liburnicum.*

Ita voco plantam, quam vidi in Herbario *Ill.* et *Eruditiffimi D. Confiliarii Aulici Francifci* a MYGIND, in *Iftria* lectam ab eodem Viro Doctiffimo; cui Radix tenuis, fimplex, albida. Caulis pedalis, rigidus, dichotomus, paniculatus. Folia alterna, rigida, linearia, acuminata, femiunciam longa. Calyces breviffime pedunculati, remoti, fparfi, acuminati, glabri. Petala lutea et obtufa.

Valde accedit LINO *luteo Narbonenfi* I. BAUHIN. feu *Maritimo* LINNAEI, quod in montibus *Badenfibus* inventum KRAMERUS habet, mihi tamen, ut nec Cl. IACQUINIO, ibidem vifum, bene vero LINUM *Luteum*, in eo quem indicat loco, crefcens.

386. LINUM *tenuifolium.*

Linum calycibus acuminatis; foliis fparfis, lineari-fetaceis; retrorfum fcabris. LINN. *Syft. Nat.* p. 224. *Spec. Plant.* p. 278. n. 5.

Linum foliis linearibus; calycibus longe ariftatis. HALL. *Hift.* n. 838.

DIAGN.

DIAGN. *Folia linearia; oris deorſum ſtrictu ſcabris. Calycina folia, rigido longoque acumine terminata, trilineata, et glandulis ſtipitatis marginalibus inſtructa.*

Habitat in aridis et incultis.

Caules ſtriati, villoſuli, dichotomi. Calyx fructu longior.

387. LINUM *Laeve.* Tab. II.

DIAGN. *Folia nullibi ſcabra. Calycina foliola quinquelineata.*

Habitat in montanis *Carnioliae* calidioris.

Caules baſi procumbentes, ſtriati, glabri, ſpithamaei, apice ramoſi. Folia denſa. Calyx minime attenuatus in acumen, neque glanduloſus, ut in ſpecie priore.

388. LINUM *auſtriacum.*

Linum calycibus rotundatis, obtuſis; foliis linearibus, acutis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 224. *Spec. Plant.* 278. n. 6.

DIAGN. *Calycina folia ovata, obtuſiuſcula; marginibus albidis et membranaceis. Capſula calyce duplo longior.*

Habitat in *Diſtrictu Gorizienſi.*

Caules glabri, ramoſi. Folia anguſta, non ſcabra, nervo craſſo deſtituta. Calycinorum foliorum margines ſubundulati. Dorſum vero minime lineatum. Corolla non magna, caerulea.

389. LINUM *catharcticum.*

Linum foliis oppoſitis, ovato-lanceolatis; caule dichotomo; corollis acutis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 225. *Spec. Plant.* p. 281. n. 17. *Fl. Suec.* 2. 271. *Flor. Carniol.* p. 508. n. 1.

Linum foliis coniugatis, ovatis; calycibus ariſtatis, patulis, lanceolatis. HALL. *Hiſt.* n. 839.

DIAGN. *Folia oppoſita. Pedunculi debiles, plerumque nutantes. Stamina quinque ſterilia, totidemque fertilia.*

Habitat in herbidis collibus, paſſim.

Petala alba; unguibus flavis. Antherarum pollen luteus. Styli ad baſin in unum connati.

137. ROSSOLIS.

DODON. TOURN. *I. R. H. p. 245. Tab. 127.*
ADANS. *Famil. Pl. p. 245.*

Calyx ſemiquinquefidus. Petala (5). Capſula unilocularis, quinquevalvis, polyſperma.

390. ROSSOLIS *Septemtrionalis.*

Ita voco DROSERAM *Roduntifoliam* et *Longifoliam* LINNAEI, quae ſpecies diſtinctae non ſunt, ut numeroſa ſpecimina ab una in aliam ſpeciem ſenſim degenerantia, me docuerunt. Utraque habitat in *Paludibus Labacenſibus*, et in udis circa *Seirach, Lutſchenik* et *Cormons.*

CLASSIS

CLASSIS VI.
HEXANDRIA
MONOGYNIA.

138. GALANTHUS.

LINN. *Gen. Plant. 362.*

NARCISSO-LEUCOIUM. TOURN. *Inſt.* Tab. 208. C. B. NIVARIA HEIST. ACROCORION ADANS. comprehendens et ſequens Genus.

Corollae petala tria interiora ſuberecta, emarginata. Antherae ariſtatae.

391. GALANTHUS *nivalis.*

Galanthus LINN. *Fl. Carniol.* IACQUIN. KRAMER.

Galanthus uniflorus; petalis alternis, cordatis, brevioribus. HALL. *Hiſt.* n. 1254.

Narciſſo-Leucoium. TOURN. *Inſt.* p. 387. *Spec.* 6. Tab. 208. B.

Leucoium triphyllon. I. BAUHIN. *Hiſt.* II. p. 591.

Narciſſus VIII. MATTHIOL. *Dioſc.* p. 770. figura interior.

DIAGN. *Theatrum Florae pandit; ſcapo unifloro; petalis exterioribus lanceolatis.*

Habitat ad radices montium.

Radix tunicata. Scapus anceps, ſtriatus, baſi involutus foliis binis. Vagina albida truncata, involvens folia et ſcapum. Folia baſi flaveſcentia, triquetro-plana, apicibus calloſis. Pedunculus e ſiniſtro ſpathae loculo plerumque prodiens, debilis, ſub germine corrugatus. Petala maiora patent elliptica, concava, unda-

undatis rugis interne crifpata. Petala minora. (*Nectarium* LINN) externe fupra medium maculam viridem cordiformem gerunt, interne vero lineis fenis luteo viridibus longitudinaliter ftriata. Antherae conniventes, apice dehifcentes. Filamenta antheris duplo breviora, prodeunt e foveis totidem marginatis. Stylus teres, fubulatus, ftaminibus longior. Capfula obtufa, ovata, femiunciam longa, fine ftylo, profternens fcapum. Semina oblonga (4—12) in uno loculo, unco proprio adhaerent receptaculo.

139. LEUCOIUM.

LINN. *Gen. Plant. 363.*

NARCISSO - LEUCOIUM. TOURN. *I. R. H. Tab 208.* A. A.

Corolla hexapetala, campanulata; petalis apice incraffatis. Antherae muticae.

392. LEUCOIUM *vernum.*

Leucoium fpatha uniflora; ftylo clavato. LINN. *Syft. Nat.* p. 234. *Spec. Plant.* p. 289. n. 1.
Galanthus uniflorus; petalis fubaequalibus. HALL. *Hift.* n. 1253.
Leucoium I. TABERNEM. p. 1005.

DIAGN. *Spatha uniflora. Florefcentia initio veris.*

Habitat circa *Hipperlabacum.*

Spatha bivalvis, corolla nutans. Petalorum apices macula luteo-viridi utrinque notati. Stamina erecta. Antherae filamentis longiores, apice dehifcentes, biloculares; hinc GALANTHO valde fimilis planta.

393. LEUCOIUM *aeftivum.*

Leucoium fpatha multiflora; ftylo clavato. LINN. *Syft. Nat.* p. 234.
Leucoium bulbofum. etc. I. BAUHIN. *Hift.* II. p. 592.

DIAGN.

DIAGN. *Spatha multiflora. Florescentia sub finem veris.*

Habitat in pratis udis circa *Labacum*, et *Hipperlabacum.*

Scapus nudus, anceps, foliis brevior. Pedunculi ex una spatha (2-7). Flores albi, penduli. Petala elliptica. Stylus clavatus. Capsula pyriformis; loculis tetraspermis. Semina subrotunda.

Huc pertinet descriptio LEUCOII II. *Fl. Carniol.* non vero synonyma, nec non NARCISSI *secundi.* MATTHIOLI figura non bona.

140. NARCISSUS.

TOURN. *I. R. H. p. 353. Tab. 185.*

In centro corollae hexapetalae sedet nectarium monophyllum.

394. NARCISSUS *poeticus.*

Narcissus spatha uniflora; nectarii limbo rotato, brevissimo, scarioso, crenulato. LINN. *Syst. Nat.* p. 234. *Spec. Plant.* p. 289. n. 1. *H. Upsal.* p. 74.
Narcissus uniflorus; foliis ensiformibus; scypho brevissimo. HALL. *Hist.* n. 1250.

DIAGN. *Spatha uniflora. Nectarium breve, rotatum.*

Habitat *Lippizae*, et in *Kartschia.*
Nectarii limbus cinnaberinus.

395. NARCISSUS *Pseudo-Narcissus.*

Narcissus spatha uniflora; nectario campanulato, erecto, crispo, aequante petala ovata. LINN. *Syst. Nat.* p. 234. *Spec. Plant.* p. 289. n. 2.
Narcissus foliis ensiformibus; scapo unifloro; scypho undulato, serrato, petalis aequali. HALL. *Hist.* n. 1252.
Bulbocodium. I. BAUH. *Hist.* II. p. 593.

DIAGN.

DIAGN. *Spatha uniflora. Nectarium campanulatum, petalis concolor et aequale.*

Habitat in Pomariis, non rarus.

141. ALLIUM.

HALL. LINN. *Gen. Plant. 370.*

Capitulum florale, fcapum terminans, fpatham cohaerentem denique rumpit. Petala tria, alterna, bafi ftaminifera. Antherae erectae. Sapor et Odor plerisque fingularis.

(*) *Umbella bulbifera.*

396. ALLIUM *fcorodopraffum.*

Allium caule planifolio, bulbifero; foliis crenulatis; vaginis ancipitibus; ftaminibus tricuspidatis. LINN. *Syft. Nat.* p. 238. *Spec. Plant.* p. 297. n. 11.

Allium ftaminibus alterne trifidis; capite bulbifero; foliis gramineis, leviter ferratis. HALL. *de All.* n. XII.

DIAGN. *Porraceum, foliorum oris tenuiffime denticulatis; petalis exterioribus fubtus tuberculofis.*

Habitat circa hortos.

Culmi bafi adfident bulbi duo conici, acuminati, folidi, atro-rubelli, quibus quandoque alii minores adftant, quandoque unicus bulbus eft; Culmus teres. Folia plana, et lata. Spatha longa. Capitulum valde bulbofum; bulbillis fufco-rubris. Petala rubra. Germinis lobus quilibet infra medium habet plicam tranfverfam, tuberculo in medio fignatam.

ALLIUM *Porraceum* illud appello, quod ftamina trifida poffidet: dente medio antherifero; *Cepaceum* autem, quod ftamina apice indivifs et acuminata gerit.

397. ALLIUM *carinatum.*

Allium caule planifolio, bulbifero; ftaminibus fubulatis. LINN. *Syft. Nat.* p. 238. *Spec. Plant.* p. 297. n. 13.

Al-

Allium bulbo ſobolifero; foliis ſucculentis; ſpata bicorni; umbella bulbifera. HALL. *Hiſt.* n. 1224.
Allium inodorum; umbella bulbifera; vagina bicorni; foliis carinatis. HALL. *de All.* XXXVIII. Tab. 2.

DIAGN. *Cepaceum; foliis anguſtis, ſubtus ſtriatis, obtuſis, caule tereti, glabro.*

Habitat circa *Tergeſtum*, *Idriam*, *Labacum*, circa hortos.
Caulis teres, vaginis foliorum ſtriatis inſtructus. Folia obtuſa, non denticulata, carinata, apice plana: Spatha bicornis, longiſſima. Flores mei rubri.

(**) *Umbella non bulbifera.*

398. ALLIUM *paniculatum.*

Allium caule ſubteretifolio, umbellifero; pedunculis capillaribus, effuſis; ſtaminibus ſubulatis, ſpatha longiſſima. LINN. *Syſt. Nat.* p. 239.
Allium radice duplici; foliis ſucculentis; ſpatha bicorni, umbellae radiis pendulis. HALL. *Hiſt.* n. 1225.
Allium foliis teretibus; vagina bicorni; umbella pendula, ſuave purpurea. HALL. *de All.* n. XXXVI, Tab. 1.

DIAGN. *Cepaceum, ſubteretifolium; pedunculis ſetaceis, et uno ſaltem ſpathae cornu quadruplo brevioribus.*

Habitat in *Agro Tergeſtino*, et *Vipaccenſi.*
Spatha digito longior. Pedunculi exteriores poſt nuptias deflexi, eundem habitum Umbellae conciliant, qui in capitulis TRIFOLII *Repentis* obſervatur.

399. ALLIUM —

Allii ſecundi. *Fl. Carniol.* deſcriptio.
Allium montanum; radice oblonga; floribus albeſcentibus. SEGUIER. *Veron. Suppl.* p. 233.

DIAGN.

DIAGN. *Floret cum* AIRA *caerulea caule basi triphyllo; foliis supra medium planis, infra vero canaliculatis; Cepaceum.*

Habitat in montibus circa *Idriam*, et *Pilliggratz*.

Radix obliqua oblonga, tunicata: cortice sanguineo. Caulis pedalis, striatus, tenuis, basi teretiusculus. Spatha subovata, brevis. Pedunculi erecti, laxam umbellam constituunt, quibus arida florum sterilium rudimenta interiacent, loco bulborum. Petala patula et albida. Filamenta subulata. Germen viride. Capsulae sulci albidi, locula disperma. In notis vocavi ALLIUM *obliquum*, cum huius descriptio a LINNAEO data, admodum conveniret, cum vero *Ill.* LINNAEUS specimen huius plantae a me missum, monuerit esse ALLIUM *angulosum*, sic malui speciem hanc sub nullo potius, quam sub incerto aut malo nomine proponere. Et sane, si Synonyma ALLII *Angulosi* a LINNAEO proposita valent. ALLIUM *Angulosum* certe non est, vt ex sequentis historia, cuius varietas *Angulosum* est, colligere licebit.

400. ALLIUM *Narcissifolium.*

DIAGN. *Allium radice senescente, lignosa, transversa.* HALL. *Enum.* p. 297. n. 2. *de All.* n. XXIX. *foliis radicalibus, gramineis; floribus Umbellasis. Hist.* n. 1227.

VAR. I. *Staturae maioris.*

Allium *senescens.* LINN.

Allium umbelliferum pratense. I. BAUH. *Hist.* II. p. 566.

In muris *Arcis Veldes.*

Scapus nudus, versus apicem anceps, ad basin duabus lineis eminentibus angulatus. Folia pedalia, canaliculata, apice torta et plana, lineas ($2\frac{1}{2}$) lata. Umbella densa globosa. Pedunculi ancipites. Petala rubra, non adeo patula. Antherae flavescentes.

VAR.

VAR. 2. *Staturae minoris.*

Allium angulofum. LINN.

Allium petraeum, umbelliferum. I. BAUH. *Hift.* II. p. 566.

Circa *Goriziam.* P. WULFEN.

Omnino idem, cum priore, excepta maiore longitudine ftaminum, et rudimentis florum, loco bulborum.

Allii prioris fpecies nunquam radicem habuit transverfam et lignofam, quidquid plurima fpecimina in omni aetate, diligenter examinaffem.

401. ALLIUM *urfinum.*

Allium fcapo nudo, femicylindraceo; foliis lanceolatis, petiolatis; umbella faftigiata. LINN. *Syft. Nat.* p. 239. *Spec. Plant.* p. 300. n. 23. *Fl. Suec.* 2. 277. *Fl. Carniol.* p. 234. n. 3.

Allium foliis radicalibus petiolatis, ovato-lanceolatis; floribus umbellatis. ROYEN. *Lugdb.* p. 37. HALL. *Enum.* p. 297. *de All.* n. XXXII. *Hift.* n. 1228.

DIAGN. *Cepaceum; fcapo trigono, nudo; foliis duobus ovato-oblongis.*

Habitat circa *Idriam* et alibi non rarum.

Multiplicatis radicibus cefpites facit. Spatha huic cito cadens, alba, bivalvis, valvis ovatis. Flores albi. Sapor acerrimus.

142. LILIUM.

TOURN. *I. R. H. p. 369. Tab. 195. 196.*

Corollae campanulatae et faftuofae limbus patens; fegmentis longitudinali fulco ad bafin exaratis. Antherae incumbentes. Stigma craffum, fubtrigonum. Semina plana.

402. LILIUM *Martagon.*

Lilium foliis verticillatis; floribus reflexis; corollis revolutis. LINN. *Syft. Nat.* p. 240. *Spec. Plant.*

Plant. p. 302. n. 4. *Fl. Carniol.* p. 239. n. 2. HALL. *Hist.* n. 1233. BOEHM. *Lips.* 527.
Martagon. MATTHIOL. *Diosc.* p. 548.

DIAGN. *Folia verticillata. Petala revoluta.*

Habitat in montanis noſtris, non rarum.
Bulbus flavus. Petala exteriora craſſum et lanatum dorſum habent, baſi utrinque punctata. Germen baſi attenuatum. Semina in uno loculo (ad 50).

403. LILIUM *chalcedonicum.*

Lilium foliis ſparſis, lanceolatis; floribus reflexis; corollis revolutis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 240. *Spec. Plant.* p. 302. n. 4. *Fl. Carniol.* p. 239. n. 2.
Lilium rubrum, ſ. miniatum byzantinum. CLUS. *Hiſt.* I. p. 131. ſpecimen monanthos.

DIAGN. *Folia ſparſa, lanceolata. Corollae miniatae, revolutae.*

Habitat circa *Idriam*, in M. *Nanas*, *Dull*, et circa *Schenoſchetz.*
Petala duas uncias longa. Filamenta ſemicylindrica, uncialia. Antherarum pollen corollae concolor. Stylus ſemiuncialis. Odor floris aurantiacus.

404. LILIUM *bulbiferum.*

Lilium foliis ſparſis; corollis campanulatis, erectis, intus ſcabris. LINN. *Syſt. Nat.* p. 240. *Spec. Plant.* p. 302. n. 2. *Fl. Carniol.* p. 240. n. 3. GRONOV. *Orient.* 104.
Lilium caule folioſo, foliis ſulcatis, gramineis; floribus campaniformibus, intus flocceſis. HALL. *Hiſt.* n. 1232.

DIAGN. *Folia ſparſa; alis bulbiferis. Corollae erectae, interne papillis craſſis ſimplicibus et ramoſis exaſperatae.*

Habitat in herbidis montoſiſque locis.
Folia lanceolata, alterna, trinervia; ſuperioribus plerumque bacciferis. Pedunculi umbellati, alternis bifoliis.

bifoliis. Filamenta teretia. Antherae femiunciaies, bafi bifidae; fegmentis incurvis. Locula capfulae fovent femina (ad 100); paucis ad debitam maturitatem pervenientibus.

143. FRITILLARIA.

LOBEL. TOURN. *I. R. H. p. 376. Tab. 201.*

Corolla infera, campanulata, hexapetala; unguibus petalorum nectarifera fovea excavatis, feu foveola rotunda ADANS. ftigma triplex. GLEDITSCH. fed ftigmata tria funt.

405. FRITILLARIA *Meleagris.*

Fritillaria foliis omnibus alternis; caule unifloro. LINN. *Syft. Nat.* p. 241. *Spec. Plant.* p. 304. n. 5. *H. Upfal.* p. 81.

Fritillaria caule paucifloro; foliis caulinis gramineis, alternis. HALL. *Hift.* n. 1235.

DIAGN. *Florefcentia vernalis. Caulis fimplex, alternifolius. Corolla pentagona, pendula.*

Habitat *Hipperlabaci*, in pratis, trans portum. Floret initio Aprilis.

Radix parva, fubrotunda, ad latus fingulum habet duas alias fpongiofas radices. Scapus teres. Folia quatuor canaliculata. Flos unicus Tulipaeformis, fufco-ruber. Petala oblonga, palidioribus fubrotundis maculis variegata, callo viridi terminata. Antherae flavae. Filamenta pallide viridia, antheris vix longiorá. Stylus viridis. Stigmata tria, obtufa.

144. ERYTHRONIUM.

LINN. *Gen. Plant.* 375.

Corolla infera, hexapetala, petalis e medio reflexis. Squamulae quatuor nectariferae

ad basin singuli interni petali. Stylus et stamina basi attenuata.

406. Erythronium *Dens-Canis.*

Erythronium. LINN. ROYEN. GMELIN. HALL. *Fl. Carniol.*

Dens canis. CLUS. *Hist.* p. 266. TOURNEF. *Inst.* p. 378. Tab. 202.

Mithridatium. ADANS. *Famil. Plant.* p. 48.

Diagn. *Scapus nudus, uniflorus. Folia bina radicalia, elliptica.*

Habitat circa *Idriam*, verno tempore florens. Varietatem albo floro a CLUSIO quoque notatam *Gorizia* misit. P. WULFEN.

Radix iunior et nondum florida, unicum folium promit, quae in florente planta ubique duo sunt ovato-lanceolata, fusco-rubra, viridibus maculis variegata. Scapus teres, ruber. Petala lanceolata, uncialia; exterioribus basi virescentibus et truncatis, interioribus vero ibidem acuminatis. Squamae nectariferae laterales, bifidae. Filamenta quinque lineas longa. Antherae erectae, tres lineas longae. Stylus fistulosus, lineas septem longus, apice bifidus. Germen antheris brevius.

145. TULIPA.

GESN. TOURN. *I. H. R. p. 373. Tab. 199. 200.*

Corolla hexapetala. Stylus nullus, sed stigmata tria retrorsum flexa. D. Stigma trilobum GLEDITSCH. Radix tunicata, parte sessili fibrata. I. K.

407. Tulipa *Sylvestris.*

Tulipa flore subnutante; foliis lanceolatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 241.

Tulipa. HALL. *Hist.* n. 1236.

Diagn.

DIAGN. *Folia angusta. Filamenta supra basin villosa.*

Habitat circa *Goriziam.* P. WULFEN.

Scapus teres, uniflorus. Flos subnutans. Corolla flava, petalis ovato-lanceolatis. Filamenta flava, erecta, albis pilis basi pubescentia. Antherae tetragonae, polline flavo. Stylus nullus. Stigma triquetrum.

146. ORNITHOGALUM.

DIOSC. PLIN. TOURN. *I. R. H. p. 378. Tab. 203.*

Corolla hexapetala TOURN. A. campaniformis ADANS. supra medium patens, una cum stylo persistens. LINN. Filamenta alterna, aut bina tantum, basi dilatata. LINN. GLEDITSCH. nec tamen ovarium tegentia. ADANS. Filamenta in quibusdam speciebus etiam omnia basi dilatata ponit LUDWIG. Eadem, sed tria tantum bifida affirmat RAIUS. Rad. tuberosa, aut bulbosa. TOURN. squamosa. ADANS.

ORNITHOGALUM LUDW. foliis ad pedunculos, loco calycis.

— — DILLEN. est ANTHERICUM LINN.

— — SIEGESBEK. comprehendit PHALANGIA *umbellata.* LUDWIG.

— — TOURN. complectitur et STELLAREM, ac CORONAM *regalem.* DILLEN.

408. ORNITHOGALUM *umbellatum.*

Ornithogalum floribus corymbosis; pedunculis scapo altioribus; filamentis emarginatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 243. *Spec. Plant.* p. 307. n. 9.

Ornithogalum ſtipulis maximis, petiolis lateralibus longiſſimis. HALL. *Hiſt.* n. 1215.

DIAGN. *Flores albi. Pedunculi imi ſupra caeteros elati. Folia radicalia (ad 9).*

Habitat in cultis.

Stamina nulla bifida ſunt. Spatha ſub quolibet pedunculo.

Quid ſibi voluit MATTIOLUS, dum plantam hanc in *Agro Tridentino* vulgatiſſimam, tam inepte, et quidem bis, delineavit?

409. ORNITHOGALUM *pyrenaicum.*

Ornithogalum floribus racemoſis; filamentis lanceolatis; pedunculis ſimplicibus. *Fl. Carniol.* p. 242.

Ornithogalum racemo longiſſimo; filamentis lanceolatis; pedunculis floriferis, patentibus, aequalibus; fructiferis ſcapo approximatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 242. *Spec. Plant.* p. 306. n. 5.

Ornithogalum ſpica longiſſima; filamentis triangularibus. HALL. *Enum.* p. 294. n. 2. GRONOV. *Orient.* 110.

DIAGN. *Folia canaliculata et areſcentia florente ſcapo. Flores in longum racemum diſpoſiti, patuli; Fructus erecti.*

Habitat circa *Idriam*, *Alpen*, *Reifnitz.*

Praecipuam differentiam faciunt pedunculi florales patentiſſimi, fructiferi vero erecti, et ſcapo adpreſſi aut paralleli. Praeterea huic radix facile evellenda. Scapus teres, nudus, bipedalis. Folia tria aut quatuor flaveſcentia, dum planta floret. Filamenta alterna ad lentem breviter bifida. Capſula ovata, ſtylo terminata; loculis pentaſpermiis.

410. ORNITHOGALUM *luteum.*

Ornithogalum ſcapo anguloſo, diphyllo; pedunculis umbellatis, ſimplicibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 242. *Spec. Plant.* p. 306. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 285.

Pha-

Tab. 12. 411. *Asphodelus Liburnicus.*



Phalangium radice fubrotunda, bulbofa; ftipulis maximis, hirfutis; floribus umbellatis; petiolis unifloris. HALL. *Hift.* n. 1213.

DIAGN. *Scapus angularis. Pedunculi umbellati, longi, inaequales.*

Habitat circa *Pellant.* Aprili M, florens.

Pedunculi (ufque 7), involucro diphyllo faepius longiores. Flos flavus. Stamina omnia bafi latiora, etfi viderim etiam duo latiora tantum. Capfula ftylo fiftulofo prifmatico terminata.

Nullum video difcrimen inter ORNITHOGALUM hoc, et *Minimum* ex *Auftria* miffum; Idemque forte eft ORNITH. *bivalve.*

147. ASPHODELUS.

DIOSC. TOURN. *I. R. H. p. 343. Tab. 178.*

Corolla fexfida. Squamulae fex nectariferae, germen tegentes. LINN. Calyx ftellatus, filamenta germen tegentia. Semina angulofa ADANS. Stigma truncatum. GLEDITSCH. Radix et multis tuberibus. RAI.

411. ASPHODELUS *Liburnicus.* Tab. 12.

DIAGN. *Folia fetacea.*

Noviffimae Plantae fpecimen ficcum, absque radice, in *Iftria* lectum benevole communicavit *Ill.* a MYGIND. Cui caulis teres, pedalis, lineam, craffus. Flores penduli, lutei, laxi, unciam longi, quinque lineis fufcefcentibus ftriati. Pedunculi fimplices, corollis duplo breviores, fub quibus bractea ovalis, albida et acuminata. Folia bafin caulis occupant, fubtriquetra, uncialia, aut paulo longiora, e vaginis propriis membranaceis tenuiffimis prodeuntia; angulis fcabris et ad lentem quafi dentatis. Stamina tria longiora; filamentis croceis.

412. ASPHODELUS *ramosus.*

Asphodelus, caule nudo; foliis ensiformibus, carinatis, laevibus. LINN. *Syst. Nat.* p. 244. *Sp. Plant.* p. 310. n. 3. *Fl. Carniol.* p. 241.

Hastula, s. Asphodelus. MATTH. *Diosc.* p. 414.

DIAGN. *Caulis nudus, Folia ensiformia, carinata.*

Habitat in Montibus *Idriensibus*, in M. *Nanas*, versus *Prewald.*

Caulis tortilis. Filamenta villosa. Pedunculi petalis albis breviores. Capsulae locula disperma.

148. ANTHERICUM.

LINN. *Gen. Plant. 380.*

Corolla hexapetala, patens. Filamenta attenuata, planiuscula. Capsula ovata. ANTHERICUM ADANS. est PHALLANGIUM LUDWIG. diversum a SCILLA filamentis villosis; hanc notam reiicit LINN. hinc SCILLAE et ANTHERICA unum Genus constituent.

413. ANTHERICUM *ramosum.*

Anthericum foliis planis; scapo ramoso; corollis planis, pistillo recto. LINN. *Syst. Nat.* p. 244. *Spec. Plant.* p. 310. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 289. *Fl. Carniol.* p. 242.

Phalangium radicibus teretibus; foliis duris gramineis: caule ramoso, laxe paniculato. HALL. *Hist.* n. 1208.

Phalangium parvo flore, ramosum. C. BAUHIN. ZANNICHEL. *Ven.* p. 209. Tab. 20. f. 2.

Phalangium quibusdam, etc. I. BAUH. *Hist.* II. p. 635.

DIAGN. *Teretes radices proferunt scapum paniculatum, teretem, nudum.*

Habitat in Montanis, et asperioribus *Carnioliae*, passim.

Flo-

Florescentia aestiva. Stylus basi tenuior. Capsula subrotunda, in tres valvas ad basin usque dehiscens; loculis dispermiis. Semina nigra, hinc convexa, inde angulata, duo aut quatuor in singulo loculo; septis adfixa.

414. ANTHERICUM *Bifolium.*

Scilla floribus erectiusculis, paucioribus. LINN. *Syst. Nat.* p. 243, *Spec. Plant.* p. 309. n. 6. *Fl. Carniol.* p. 241.

Phalangium radice bulbosa; foliis latissimis, obtusis; spica pauciflora. HALL. *Hist.* n. 1211.

DIAGN. *Bulbus non solidus, sed squamosus. Folia duo, radicalia: Scapus nudus. Flores non ultra decem.*

Habitat circa *Idriam.* Aprili M. florens.

Bulbus pyriformis, insipidus, constat squamis crassis et albis (12-14). Folia basi flava, carinata; apicibus callosis. Scapus dilatatus, novem striatus. Flores erectiusculi, caerulei. Petala alterna, tuberculo terminata. Filamenta attenuata, modice compressa, duas lineas longa. Antherae transversae, quadriusculatae, effuso polline cinerascente, nigricantes. Germen ovatum. Stylus persistens heptagonus, apice attenuatus, ruffis papillis terminatus, germinis longitudine. Capsula ovata, obtusa, sine stylo; loculo uno saepius inani; aliis vero foventibus semina ovata (2-4).

415. ANTHERICUM *Autumnale.*

Scilla foliis filiformibus, linearibus; floribus corymbosis: pedunculis nudis, adscendentibus, longitudine floris. LINN. *Syst. Nat.* p. 243. *Spec. Plant.* p. 309. n. 7.

Ornithogalum autumnale, minus, caeruleum. TOURNEFORT. *Inst.* p. 381.

DIAGN. *Scapus racemosus. Pedunculi flore vix longiores. Germen ferrugineum quando siccum.*

Habitat in *Austriaco Littorali*, Septembri M. florens, et in M. *Medeae.*

 Radix

Radix tunicata, non ſolida. Folia lineam lata, compreſſa. Flores racemoſi. Filamenta plana, attenuata, colore petallorum, ſuſtinentia antheram cordatam, fuſco polline plenam, corolla breviora. Germen pyriforme, ſtylo perſiſtente terminatum. Locula diſperma. Sem. nigra, cuneiformia.

149. ASPARAGUS.

TOURN. *I. R. H. p. 301. Tab. 154.*

Corolla roſea TOURN. ſexfida. LINN. Bacca trilocularis; loculis naturaliler monoſpermis. Semina rotundata, pulvinata, ſubtus in medio albidam cicatricem habentia. Stigma punctura prominens GLEDITSCH. tria ponit. ADANS.

416. Asparagus *officinalis.*

Aſparagus caule herbaceo, erecto; foliis ſetaceis; ſtipulis paribus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 245. *Spec. Plant.* p. 313. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 291. *Fl. Carniol.* p. 238.

Aſparagus foliis filiformibus, ſtipulatis. HALL. *Hiſt.* n. 239.

Aſparagus MATTH. *Dioſc.* p. 349. DU HAMEL. *Arbor.* I. p. 84.

Diagn. *Caulis herbaceus. Folia ſetacea, faſciculata.*

Habitat in pratis umbroſis et ſylveſtribus. Florens cum Convallaria *Maiali.*

Caulis teres, ſub ſingulo ramo bractea flaccida, linearis. Flores ramei, penduli, axillares, luteo-virides. Stamina tria breviora ex receptaculo, alia tria exunguibus petalorum. Germinis apex trifidus: ſegmentis obſcure bifidis. Bacca miniata, ſphaerica. punctulis flavis variegata.

417. Asparagus *Corruda.*

Corruda. I. BAUHIN. *Hiſt.* III. p. 726.

Corru-

Corruda prior. CLUS. *Hist.* p. 178.
Asparagus sylvestris. MATTHIOL. *Diosc.* p. 349.

DIAGN. *Caulis fructicosus. Folia teretiuscula, spina terminali, et punctulis subargenteis donata.*

Habitat ad sepes vivas *Agri Goriziensis*, circa *Cormons*, *Medeam*, *Duinum*, *Tergestum*.

Rami patuli angulati. Ramuli ad angulum rectum cum ramo positi, villosuli, foliosi. Folia aggregata; spinula flava, terminali. Flores solitarii, albo-lutei, pedunculis folio vix longioribus. Cal. 5-fidus, glaber, patens; foliolis lanceolatis. Stam. 5-flavescentia. Germen viride, pyriforme; styli rubelli, breves. Bacca rotunda albo adpresso calyce calyculata, trilocularis, uno loculo monospermo, suo semine caetera locula elidente.

Non omnes Plantae quolibet anno fructiferae sunt.

Surculi radicales Maio M. prodeuntes gerunt folia elliptica, denticulata, glabra, duriuscula, obtusa, modo solitaria, modo vero ternata; impari tamen maiore. Petiolus alam foliaceam habet, quae surculum complectitur.

Quod I. BAUHINUS eam ipsam plantam descripserit, sub nomine CORRUDAE, quae circa *S. Crucem*, *Goriziam*, et *Tergestum* ad sepes occurrit, minime dubito. Quod vero *Asparagus foliis acutis*, et *aculeatus alter tribus aut quatuor spinis ad eundem exortum.* C. BAUHIN. Sint duae species distinctae, de hoc equidem magnopere dubito, etsi MATTHIOLUS *Corrudae* suae loca Natalia, circa *Goriziam* addidisset, iudicium facile foret. Certe si folia pro spinis habeantur, tunc erit ASPARAGUS *Aphyllus.* LINN. si vero folia dicas, nihil obstabit, esse ASPARAGUM *Acutifolium*, ut re ipsa ASPARAGI *Aphylli* specimina ab Amicis dono data, omnes notas habent ASPARAGI *Acutifolii.*

150. CONVALLARIA.

LINN. *Gen. Plant. 383.*

Corolla monopetala. Bacca maculata, quando adhuc immatura, ſupera. Numerus ſegmentorum Corollae, ſtaminum, loculorum Baccae, et ſeminum varius; unde Genera artificialia UNIFOLII, VAGNERAE, LILII-CONVAL. POLYGONATI.

418. CONVALLARIA *maialis.*

Convallaria acaulis, bifolia; ſcapo nudo. *Fl. Carniol.* p. 236. n. 1.

Convallaria ſcapo nudo. LINN. *Syſt. Nat.* p. 246. *Spec. Plant.* p. 314. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 292.

Polygonatum ſcapo diphyllo; floribus ſpicatis, nutantibus, campaniformibus. HALL. *Hiſt.* n. 1241.

Lilium convallium. TOURNEFORT. *Inſt.* p. 77. Tab. 14.

DIAGN. *Bifolia*; *ſcapo nudo*, *radicali.*

Habitat in ſiccioribus montanisque pratis, initio Maii M. florens.

Scapus ſemicylindricus. Flores ſecundi. Corollae tubus ſphaericus. Filamenta ſunt pyramides albae ſuſtinentes antheras luteolas et albo polline plenas. Germen album. Stylus obtuſe trigonus, fiſtuloſus. Stigma ſunt papillae numeroſae, per angulos ſtyli decurrentes.

419. CONVALLARIA *verticillata.*

Convallaria foliis verticillatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 246. *Spec. Plant.* p. 315. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 293. *Fl. Carniol.* p. 237. n. 4.

Polygonatum caule ſimplici erecto; foliis verticillatis, ellipticis. HALL. *Hiſt.* n. 1244.

Polygonatum ramoſum. I. BAUHIN. *Hiſt* III. p. 531.

DIAGN. *Folia verticillata.*

Habitat in montanis *Carnioliae* frigidioris.

Cau-

Caulis modo ſimplex, modo ramoſus.

420. CONVALLARIA *Polygonatum.*

Convallaria foliis alternis, amplexicaulibus; caule ancipiti; pedunculis axillaribus, unifloris. LINN. *Syſt. Nat.* p. 246. *Spec. Plant.* p. 315. n. 3. *Fl. Suec.* 2. 294. *Fl. Carniol.* 236. 2.

Polygonatum caule ſimplici, anguloſo cernuo; foliis ovato-lanceolatis, rigidis, alis unifloris. HALL. *Hiſt.* n. 1242.

DIAGN. *Alternifolia; caule ancipiti; pedunculis unifloris.*

Habitat in aſperis et umbroſis.

Caulis octagonus; angulis duobus oppoſitis maioribus. Alae uniflorae. Filamenta glabra. Segmenta corollae ellipſin tranſverſim per medium ſectam referunt.

421. CONVALLARIA *multiflora.*

Convallaria foliis alternis amplexicaulibus; caule tereti; pedunculis axillaribus, multifloris. LINN. *Syſt. Nat.* p. 247. *Spec. Plant.* p. 315. n. 4. *Fl. Suec.* 2. 295. *Fl. Carniol.* p. 236. n. 3.

Polygonatum caule ſimplici, cernuo, foliis ovato-lanceolatis, petiolis multifloris. HALL. *Hiſt.* n. 1243.

DIAGN. *Alternifolia, tereti caulis, pedunculis 2-3 floris.*

Habitat cum priore, et *Lippizae.*

Pedunculi compreſſi. Corollae ſegmenta ſubcordata. Filamenta villoſula. Stigma flaveſcens.

422. CONVALLARIA *bifolia.*

Convallaria foliis cordatis; floribus tetrandris. LINN. *Syſt. Nat.* p. 247. *Spec. Plant.* p. 316. n. 8. *Fl. Suec.* 2. 296. *Fl. Carniol.* p. 337. n. 5.

Unifolium. HALL. *Hiſt.* n. 1240.

DIAGN.

DIAGN. *Racemus terminalis. Flores digyni.*

Habitat in ſylvis.

Folia cordata, (1—3). Corollae quadrifidae, tetrandrae.

151. HYACYNTHUS.

LINN. *Gen. Plant.* 385.

Corolla ſexfida, hypocarpia GLEDITSCH. ſegmentis reflexis. Pori tres ad apicem germinis. LINN. *Muſcari* differt a HYACINTHO, ut LILIUM *convall.* a POLYGONATO.

423. HYACYNTHUS *comoſus.*

Hyacinthus corollis angulato-cylindricis; ſummis ſterilibus, longius pedicellatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 247. *Spec. Plant.* p. 318. n, 8.

Hyacinthus ſpica longiſſima; floribus ſuperioribus ſterilibus, erectis; inferioribus ſecundis, patulis. HALL. *Hiſt.* n. 1247.

Hyacinthus maximus. I. BAUHIN. *Hiſt.* II. p. 574.

DIAGN. *Racemus longiſſimus, laxus; pedunculis ſupremis coloratis, ſterilibus, deciduis.*

Habitat inter ſegetes et in agris.

Pedunculi florum fertilium horizontaliter patuli et ſcapo concolores, e fovea propria naſcuntur.

Pedunculi florum ſterilium una cum ea parte racemi, cui adhaerent, violacei.

424. HYACYNTHUS *botryoides.*

Hyacynthus corollis globoſis, uniformibus; foliis canaliculato-cylindricis, ſtrictis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 247. *Spec. Plant.* p. 318.

Hyacynthus foliis gramineis; ſpica ovata; floribus globoſis, ſecundis. HALL. *Hiſt.* n. 1246.

Muſcari arvenſe, iuncifolium, caeruleum, minus. TOURNEF. ZANNICHEL. *Ven.* p. 188. Tab. 93.

DIAGN.

DIAGN. *Racemus uncialis, denſus. Flores nutantes, odorati, pedunculo proprio vix longiores.*

Habitat cum priore, circa *Vipaccum* et *Tergeſtum.*
Folia in cylindrum convoluta. Facies ANTHERICI *Autumn.*

152. HEMEROCALLIS.

THEOPH. LINN. *Gen. Plant. 391.*

Corolla campanulata. Stamina omnia infra ſtylum, ſurſum curva; ſuperioribus duobus cohaerentibus. Semina piſiformia. Circa ſitum corollae non conveniunt Authores. TOURN. inferam pingit Tab. 179. A. B. C. ſuperam dicit GLEDITSCH. ſemi inferam aut paulo plus ADANS. hinc AGAVES Genus dubium.

425. HEMEROCALLIS *Lilio-Aſphodelus.*

Hemerocallis corollis flavis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 249. *Spec. Plant.* p. 324. n. 1.
Lilio-Aſphodelus flore luteo. CLUS. *Hiſt.* I. p. 137.

DIAGN. *Scapus ramoſus. Corollae flavae, monopetalae tubus uncialis.*

Habitat circa *Oſeltza* et S. *Udalricum.*
Corollae tubus craſſitie calami ſcriptorii, ſegmenta duas uncias longa: internis latioribus. Filamenta baſi ancipitia e tubo genita. Stylus teretiuſculus, ſtaminibus longior, apice deflexus. Stigma planum orbiculatum. Capſulae locula triſperma. Germen non eſt inferum, ſed in fundo tubi corollae ſedet.

153. ACORUS.

DIOSC. LINN. *Gen. Plant. 392.*

Folii latus ſulcatum, profert ſpadicem nudum et ſuſtinentem flores apetalos; calyce ſex-

ſexfido, ſtylo nullo. Capſula trilocularis, obtuſa, ſulcata; loculis foventibus ſemina (1-2). Stamina glabra. ADANS.

426. Aeorus *Calamus*.

Aeorus. LINN. ROYEN. HALL. DODON. GRONOV.

Calamus aromaticus. PETIVER. MONT. MICHEL. *Gen. Plant.* p. 43. Tab. 31.

Diagn. *Spica attenuata, digiti longitudine.*

Habitat in foſſis maioribus *Labacenſium paludum*, uberrime.

Radix rependo multiplicata replet alveos, et ita promovet inundationes.

Acorvs proximus Iuncoidi MICHEL. haec Scheuchzeria, Scheuchzeria Antherico, Anthericum *Phallangiis*; hinc Familia *Liliacearum* ADANS. vere naturalis.

154. IUNCUS.

PLIN. TOURN. *I. R. H. p. 246. Tab. 127.*

Calyx hexaphyllus, perſiſtens. Corolla nulla. Capſula unilocularis, trivalvis. Graminea facies.

(*) *Legitimi. Capſulis polyſpermiis.*

427. Iuncus *conglomeratus.*

Iuncus culmo nudo, tereti; panicula laterali, denſa, globoſa, ſeſſili. *Fl. Carniol.* p. 224. n. 2.

Iuncus culmo nudo, ſtricto; capitulo laterali. LINN. *Syſt. Nat.* p. 250. *Spec. Plant.* p. 326. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 298.

Iuncus caule nudo; foliis teretibus, mollibus; panicula conglomerata. HALL. *Hiſt.* n. 1312.

Iuncus laevis; panicula conglomerata. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 343. n. 3.

Iuncus

Iuncus MATTHIOL. *Diosc.* p. 659. I. BAUHIN. *Hist.* II. p. 520.

DIAGN. *Culmus nudus. Panicula densa, lateralis, subrotunda.*

Habitat in paludosis, et circa aquas.
Capsula trigona, obtusa. Semina rufa, cuneiformia.

428. IUNCUS *effusus.*

Iuncus culmo nudo, tereti; panicula laterali, sparsa. *Fl. Carniol.* p. 223. n. 1.
Iuncus culmo nudo, stricto, panicula laterali. LINN. *Syst. Nat.* p. 250. *Spec. Plant.* p. 327. n. 3. *Fl. Suec.* 2. 299.
Iuncus caule nudo; foliis teretibus, strictis; panicula laterali, sparsa. HALL. *Hist.* n. 1311.
Iuncus laevis, panicula sparsa maior. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 341. Descriptio.

DIAGN. *Panicula sparsa, lateralis.*

Habitat circa aquas.
Squamulae duae rubellae, sub calyce, subaristatae. Antherae luteolae. Stigmata rubella. Semina rufa, ovata, nitida.

429. IUNCUS *inflexus.*

Iuncus culmo nudo, apice membranaceo, incurvo; panicula laterali. LINN. *Syst. Nat.* p. 250. *Spec. Plant.* p. 326. n. 4.

DIAGN. *Culmi apex attenuatus. Panicula sparsa, lateralis.*

Habitat in aquosis Agri *Tergestini.*
Culmus teres, nudus. Paniculae racemus unus fere aeque longus, ac apex culmi. Capsula fusca, acuminata. Semina in una valva (ad 50), oblonga, compressa, ferruginea, apice membranaceo et flaccido instructa.

430. IUN-

430. IUNCUS *acutus.*

Iuncus culmo ſubnudo, tereti, mucronato; panicula terminali; involucro diphyllo, ſpinoſo. LINN. *Syſt. Nat.* p. 250.

DIAGN. *Culmi et folia teretia, deſinunt in acumen pungens. Panicula terminalis inter duo folia terminalia et pungentia naſcitur.*

Habitat in paludoſis, a S. *Giovanni di Duino.*
Culmus nudus vimineus. Capſulae ovatae, lucidae.
Panicula eſt potius lateralis, cum involucri folium longius, ſit culmi continuatio.

431. IUNCUS *articulatus.*

Iuncus foliis nodoſo-articulatis; petalis obtuſis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 250. *Spec. Plant.* p. 327. n. 8. *Fl. Suec.* 2. 203. *Fl. Carniol.* p. 224. n. 3-4.
Iuncorum Ord. III. MICHEL. et HALLER.
Iunci. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 331—335.

DIAGN. *Folia articulata. Panicula laxa, terminalis.*

Habitat in paludoſis.
Culmus teres. Folia canaliculata, ſtriata, plus minusve evidenter articulata. Panicula rigida. Bracteae binae ſub calyce. Margo calycinorum foliorum rubellus. Filamenta alba. Antherae luteae. Germen cum ſtylo rubrum. Stigmata ſtylo triplo longiora. Capſula calyce longior, atro-rubra. continens ſemina (33), teretia, flavicantia, ſtriata, baſi fuſca.

432. IUNCUS *trifidus.*

Iuncus culmo nudo, floribus foliisque tribus, terminalibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 250. *Spec. Plant.* p. 326. n. 6. *Fl. Suec.* 2. 301.
Iuncus acumine reflexo, maior et trifidus. C. BAUH. *Prodr.* p. 22. n. 5. cum icone. HALL. *Hiſt.* n. 1315.
Iuncus trifidus. I. BAUH. *Hiſt.* II. p. 521.

DIAGN.

DIAGN. *Culmus tenuis, mollis, ſupra medium folioſus: folio ſuperiore ex ala florifero: floribus (1-3).*

Habitat in *Alpibus* noſtris.

In aridiſſimo M. *Grindovitz*, cum plantam hanc primo vidiſſem ſcapis unifloris, novam ſpeciem ratus, dixi IUNCUM *foliis planis culmo unifloro.* Prodiit poſtea FLORA AUSTRICA Cl. IACQUINII, et in ea pariter, IUNCUS hic in Alpibus inventus pro novo traditur, cum nomine IUNCI *culmo folioſo, gluma ſubuniflora*, et pingitur in Tab. ad Obſ. 33. Cum vero aliis annis conſcendiſſem *Alpes Vochinenſes*, ibique eandem plantam paſſim inveniſſem, culmis unifloris, bifloris, et trifloris, eandemque prorſus quam in *Prodromo* pinxit BAUHINUS, in aliam ſententiam ivi, eamque una cum ſpeciminibus ab uniflora in triflorum degenerantibus, communicavi Cl. IACQUINIO, qui pariter faſſus eſt, IUNCUM ſuum *Monanthos*, eſſe meram varietatem IUNCI *trifidi.* LINN.

In hac ſpecie capſula fuſco-rubra, nitida, ovata, acuminata, trilocularis, et trivalvis eſt; valvis ſepto medio in duo locula diviſis, quorum quodlibet continet ſemina (3 — 4), ſubovata, et acuminata.

433. IUNCUS *bufonius.*

Iuncus culmo dichotomo; foliis angulatis; floribus ſolitariis, ſeſſilibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 250. *Spec. Plant.* p. 328 n. 10. *Fl. Suec.* 2. 305.

Iuncus caule brachiato; foliis ſetaceis; floribus ſolitariis, ad ramos ſeſſilibus. HALL. *Hiſt.* n. 1319.

Gramen nemoroſum; calyculis paleaceis, erectis. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 327.

Holoſtium MATTH. I. BAUHIN. *Hiſt.* II. p. 510.

Gramen iunceum. VI. TABERNEM. p. 536.

DIAGN. *Culmi ſetacei, ramoſi. Flores ſolitarii, remoti, axillarum ramorumque lateri inſidentes.*

Habitat in udis, et argilloſis.

Folium unum setaceum in culmo, et pariter unum sub ramo quolibet. Culmi apex dividitur in ramos, quorum unus simplex, alter ramosus. Flores sessiles. Calycis foliola lanceolata, acutissima. Capsula oblonga, calyce brevior, fovens semina (ad 100), flava, apice fusca.

(**) *Iuncoides.* MICHEL. ADANS.
Capsulis trispermis.

434. IUNCUS *campestris.*

Iuncus foliis planis, subpilosis; spicis sessilibus pedunculatisque, LINN. *Syst. Nat.* p. 251. *Spec. Plant.* p. 329. n. 14. *Fl. Suec.* 2. 309. *Fl. Carniol.* p. 225. n. 7.

Iuncus planifolius; spicis petiolatis, nutantibus; petalis aristatis. HALL. *Hist.* n. 1330.

Iuncoides villosi. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 310. 1. 2.

DIAGN. *Culmus terminatus spicis usque senis, inaequaliter pedunculatis, ovatis, gerentibus flores non ultra duodecim.*

Martio M. floret in collibus herbidis *Carnioliae* totius. Spica terminalis brevis pedicellata. Squamulae sub calyce apices ciliatos gerunt. Capsula trigona; angulis obtusis.

435. IUNCUS *pilosus.*

Iuncus foliis planis pilosis, corymbo ramoso. LINN. *Syst. Nat.* p. 251. *Spec. Plant.* p. 329. n. 13. *Fl. Suec.* 2. 308. *Fl. Carniol.* p. 226. n. 8.

Iuncus foliis planis hirsutis; floribus umbellatis, solitariis, petiolatis, aristatis. HALL. *Hist.* n. 1328.

Iuncoides hirsuti, latifolii. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 315-317.

DAIGN. *Pedunculi florales unico flore terminati prodeunt ex axi media paniculae.*

Habitat in sylvis.

Folia

Folia in culmo quatuor. Corymbus floralis ſubiecto folio longior. Pedunculi ſuffulti bractea aut vagina truncata. Capſula ſupra medium trigona; baſi trilocularis. Semina ovata, et foliacea ligula terminata; quae ligulae conniventes occupant apicem capſulae unilocularem.

436. IUNCUS *niveus.*

Iuncus foliis planis; corymbis folio brevioribus; floribus faſciculatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 251. B.
Iuncus planifolius; paniculis umbellatis; petalis interioribus duplo longioribus. HALL. *Hiſt.* n. 1328.
Iuncoides montanum, nemoroſum; flore niveo. SCHEUCHZ. *Gram.* p. 320. n. 8. Tab. 8. fig. 7.
Iuncoidum Ord. II. MICHEL. *Gen. Plant.*
Gramen Lazulae &c. I. BAUHIN. *Hiſt.* II. p. 492.

DIAGN. *Corymbus floralis, ſubiecto folio brevior. Flores albidi, duo et tres in apice ſinguli pedunculi.*

Habitat in herbidis, umbroſisque.
Culmus hexaphyllus, teres, bipedalis. Ad baſin ſinguli pedunculi bractea acuminata. Stigmata ſtylo duplo breviora et alba. Capſula obtuſa, acumine terminata, trilocularis. Semina ovata, baſi rotundata, nigra, tenuiter ſtriata, apice albida, tenui villo adſperſa.
An forte melius ſquamulae ſub calyce IUNCORUM pro calyce, et calyx pro corolla habendus?

155. BERBERIS.

BRUNFELS. TOURN. *I. R. H. p. 614. Tab. 385.*

Calycina folia et petala (6). Nectaria bina adnata baſi petali ſinguli. Bacca cylindracea continens ſacculum, cuius imo loco breviſſimis filis adligata ſunt ſemina bina.

437. BERBERIS *vulgaris.*

Berberis pedunculis racemoſis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 252.

Berberis dumetorum. ARDUIN. *Memor.* I. p. 71. Tab. 12. DUHAMEL. *Arbor.* I. p. 97.
Berberis racemifera; foliis ciliatis. HALL. *Hist.* n. 828.

DIAGN. *Flores flavi, racemosi. Baccae rubrae.*

Habitat passim in *Dumetis.*
Lignum flavum. Folia oblonga, acute dentata. Baccae acido succo plenae. Pedunculi basi articulati. Frutex spinosus, notissimus.
In his floribus in primis *Apes*, dein et *Scarabaeus nob*, nec non *Conopses*, ac *Muscae* variae, nectar avide lingunt.

TRIGYNIA.

156. LAPATHUM.

HIPP. THEOPH. ADANS. *Famil. Plant. p. 277.*

Caulis hexaphyllus; foliis tribus reflexis, caeteris erectis, et semen protegentibus. Stigmata aspergilliformia exserenda inter folia erecta et conniventia. Semen unicum, triquetrum, nudum.

(*) *Acetosae.* TOURN.

438. LAPATHUM *Acetosa.*

Rumex floribus dioicis; foliis oblongis, sagittatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 255. *Spec. Plant.* p. 337. n. 21. *Fl. Suec.* 2. 318. *Fl. Carniol.* p. 418. n. 1.
Lapathum sexubus separatis; foliis sagittatis; hamis acutis, recurvis. HALL. *Hist.* n. 1596.
Oxalis s. Acetosa. MATTHIOL. *Diosc.* p. 336.

DIAGN. *Flores dioici. Pedunculi ad articuli locum coarctati. Folia sagittata, oblonga; segmentis brevibus et oblique truncatis.*

Habitat in pratis.

Sub

Sub quolibet ramo bractea oblonga et acuminata. *Mas* antheris semibifidis, calycibus obtusis. *Femina* maior, calycinis foliis reflexis, acuminatis, caeteris obtusis; marginibus undulatis.

439. LAPATHUM *Acetosella.*

Rumex floribus dioicis, foliis lanceolato-hastatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 255. *Spec. Plant.* p. 338. n. 22. *Fl. Suec.* 2. 319. *Fl. Carniol.* p. 419. n. 2.
Lapathum sexubus distinctis; foliis sagittatis: hamis retrorsum porrectis. HALL. *Hist.* n. 1597.

DIAGN. *Flores Dioici. Pedunculi absque articulo.*

Habitat in agrorum marginibus circa *Idriam auf dem Rosenberg. Labaci* prope montem *Arcis.*

Folia lanceolata, acuminata, prope basin modice coarctata; segmentis longis et divaricatis. Flores paniculati.

440. LAPATHUM *Alpestre.*

Rumex floribus dioicis; foliis subrotundo-hastatis. IACQUIN. *Austr.* p. 62.

DIAGN. *Flores Dioici. Pedunculi ad articuli locum crassiores. Folia ima cordato-sagittata; segmentis acuminatis; petiolis duplo longioribus.*

Habitat in *Alpibus Vochinensibus.*

A prioribus omnino diversus est. 1. Foliis spatulae formibus. 2. Pedunculis articulatis. 3. Bracteis amplexicaulibus, 2-5-floris. 4. Ruptura facili pedicellorum ad articuli sedem. 5. Foliis maioribus masculi calycis ovatis et obtusis. 6. Caule femineo subnudo terminato florali et biunciali racemo. 7. Valvis semen foventibus ovatis, obtusis, dentatis, crispis, basi cordatis. 8. Angulis feminis ferrugineis.

(**) *Lapatha.* TOURN.

441. LAPATHUM *Crispum.*

Rumex floribus hermaphroditis; valvulis integris, graniferis; foliis lanceolatis, undulatis, acutis.

 LINN.

LINN. *Syst. Nat.* p. 254. *Spec. Plant.* p. 335. n. 9. *Fl. Suec.* 2. 314.

Lapathum foliis crispis, imis ovatis, supremis lanceolatis, calycibus verrucosis. HALL. *Hist.* n. 1589.

DIAGN. *Flores hermaphroditi. Pedunculi ad articuli locum aequales. Folia lanceolata, undata.*

Habitat hinc inde etiam in cultis.
Valvae graniferae. Racemi subnudi.

442. LAPATHUM *Hydrolapathum.*

Lapathum foliis acutis, verticillatum. HALL. *Goetting.* p. [illegible].

Hydrolapathum minus. LOBEL. *Icon.* p. 286.

DIAGN. *Flores hermaphroditi; unica et exteriore valvula granifera. Folia planiuscula. Racemi foliosi.*

Habitat in udis.
Tardius floret, et tota facie a priore diversus est.

443. LAPATHUM *acutum.*

Rumex floribus hermaphroditis; valvulis dentatis, graniferis; foliis cordato-oblongis, acuminatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 254. *Spec. Plant.* p. 335. n. 10 *Fl. Suec.* 2. 316.

Lapathum petiolo latescente; foliis longe lanceolatis; calyce serrato. HALL. *Hist.* n. 1591.

DIAGN. *Valvulae dentatae, graniferae. Folia cordato-oblonga.*

Habitat ad sepes, et in pingui solo.
Vidi in eadem planta flores hermaphroditos et femineos. Illos calyce viridi; foliolis internis ellipticis, planis; stylis albis; antheris rubellis. Hos vero foliolis praedictis oblongis et rubellis; stylis rubris.
Pedunculi in hac specie prope basin articulati.

444. LA-

444. LAPATHUM *aquaticum*.

Rumex floribus hermaphroditis; valvulis integerrimis, nudis; foliis cordatis, glabris, acutis. LINN. *Syst. Nat.* p. 255. *Spec. Plant.* p. 336. n. 14. *Fl. Suec.* 2. 315.

Lapathum foliis longe lanceolatis; paniculis densissimis. HALL. *Hist.* n. 1588.

DIAGN. *Folia magna, cordata.*

Habitat in sylvis, ad rivos et fontes.

Folia superiora longiora, et in margine undata. Racemi longi floribus verticillatis. Valvae cordatae et integrae.

Folia in hoc Genere mire variant, hinc faciles errores in speciebus statuendis.

157. SCHEUCHZERIA.

LINN. *Gen. Plant.* 408.

Corolla hexapetala, persistens. Stigmata obtusa, absque stylis. Siliculae tres, polyspermae. Characterem hunc constantissimum video in hac specie, distinguenda ideo ab ANTHERICO, cui stylus unus, stigma unum, germen unum.

445. SCHEUCHZERIA *Pseudo-Asphodelus*.

Scheuchzeria. *Fl. Carniol.* p. 227. descriptio non Synon.

Anthericum (*calyculatum*) foliis ensiformibus; perianthiis trilobis; filamentis glabris; floribus trigynis. LINN. *Syst. Nat.* p. 244. *Spec. Plant.* p. 311. n. 9. IACQUIN. *Austr.* p. 59. Obs. 31. qui primus *Pseudo-Asphodeli* nomen imposuit, CLUSIO duce.

Phalangium alpinum, palustre. Iridis folio. TOURNEF. SEGUIER. *Veron.* II. p. 61. Tab. 14.

Anthericum filamentis glabris. HALL. *Hist.* n. 1205.

Pseudo-Asphodelus II. CLUS. *Hist.* p. 198.

DIAGN. *Folia ensiformia. Racemus terminalis; pedunculis simplicibus: floriferis patentibus, fructiferis erectis. Capsulae polyspermae, non inflatae.*

Habitat in herbidis, udisque locis.

Pedunculus terminatur dentibus. (2—3) calycem referentibus, et corollae adpressis. Petala canaliculata, ubique aeque lata, angusta, colore staminum; apicibus inflexis et virescentibus. Filamenta attenuata, receptaculo imposita. Antherae erectae, ovales, acutae, flavae. Germina tria distincta, oblonga, acuminata, truncata. Adulti germinis apex nigrescit, et tunc petala connivent; persistentibus filamentis. In hac aetate plantae flos erigitur et scapo parallelus evadit. Siliculae tres. Semina oblonga, fulva, pentagona, angulis obtusis, (15—20).

Planta a reliquis *Anthericis Ill.* LINNAEI distinctissima, ipsa nunc etiam annuente *Celeber.* de HALLER. Corolla, staminum, stigmatum et capsularum numero SCHEUCHZERIAE. Cl. ADANSONIUS in *Epist.* negat ecquidem plantam hanc gerere ovaria tria, qualia tamen vidit etiam Ill. HALLERUS, dum ait — *Siliquae tres per aetatem distinctae.* Errorem, quem mihi obiecit Cl. IACQUINIUS adgnosco in synonymis, non in descriptione; sed cur idem Vir *Doctiss.* ponit in definitione huius plantae racemos oblongos, cum unicum perpetuo gerat? quomodo dubitare potuit esse *Anthericum calyculatum* LINN. cum figura SEGUIERII id adeo clare demonstret.

158. TRIGLOCHIN.

C. BAUH. LINN. *Gen. Plant.* 409.

Germina terminata plumosis stigmatibus, coronam efformantibus. Capsula basi dehiscens. LINN. hinc planta media inter IUNCUM et SCHEUCHZERIAM.

446. Triglochin *paluſtre.*

Triglochin capſulis trilocularibus, ſublinearibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 256. *Spec. Plant.* p. 338. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 321. HALL. *Hiſt.* 1308.

Triglochin fructu tenui. LINN. ROYEN. HALL. *Hiſt.* p 255. n. 1.

Gramen Triglochin. I. BAUHIN. *Hiſt.* II. p. 508.

Diagn. *Capſulae, vel locula tria.*

Habitat in pratis udis.

Spica fructifera fere ſemipedalis. Capſulae tenues, ſcapo adpreſſae, pedunculo proprio nihilo longiores.

447. Triglochin *maritimum.*

Triglochin capſulis ſexlocularibus, ovatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 256. *Spec. Plant.* p. 339. *Fl. Suec.* 2. 322.

Iuncoid. MICHEL. Ord. II. *Gen. Plant.*

Diagn. *Capſulae vel locula quinque.*

Habitat *Tergeſti alle Saline,* in pratis.

Spica brevior. Capſulae pedunculo proprio breviores magis exſtantes.

Habitus inflorescentia, ſtaminum numerus et inſertio, ſtyli defectus, ſtructura fructus, adſociant *Scheuchzeriae* in *Ord. Naturali.*

159. COLCHICUM.

PLIN. TOURN. *I. R. H. p. 348. Tab. 181. 182.*

Corolla ſexfida. A. Stamina alterna breviora. Capſulae tres tumidae, pedunculatae, cohaerentes, polyſpermae. LINN. Capſula trilocularis TOURN. E. ADANS. ut in Croco HALL. Semina rotunda. TOURN. F.

448. Colchicum *autumnale.*

Colchicum foliis planis, lanceolatis, erectis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 256. *Spec. Plant.* p. 341. n. 1.

n. 1. *Fl. Carniol.* p. 229. STOERCK. libell. de *Colch.* cum icone.

Colchicum flore folium longe praecedente, petalis ovatis. HALL. *Hist.* n. 1255.

DIAGN. *Post caniculam flos nascitur* CROCI sativi facie, *alio anno folia et fructus exeunt.*

Habitat ubique in pratis.

Bulbus solidus, subcordatus, cuticula lutea tectus, canalem habent insculptum, qui tubum floris excipit. Flores saepe bini ex una basi, seu rudimento radicis illius, quae alio anno folia productura est. Corollae tubus semiteres fistulosus, vaginatus. Macula crocea prope basin singuli filamenti. Semina in una capsula aut loculo (45).

Expellit aquas Hydropicorum, per vias urinae; si viscera non laesa fuerint. OXYMELLITE *Colchico* sanavi Vetulam hydropicam Ao. 65; sed in duobus aliis hydropicis nihil profuit.

POLYGYNIA.

160. ALISMA.

DIOSC. LINN. *Gen. Plant.* 418.

Calycina folia et petala tria. Siliculi plures quam quinque.

449. ALISMA *Plantago.*

Alisma foliis ovatis acutis; fructibus obtuse trigonis. LINN. *Syst. Nat.* p. 257. *Spec. Plant.* p. 342. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 323. *Fl. Carniol.* p. 560.

Damasonium foliis ellipticis, lanceolatis; capitulo rotunde triquetro. HALL. *Hist.* n. 1184.

Plantago aquatica. MATTHIOL. *Diosc.* p. 351. I. BAUHIN. *Hist.* III. p. 787.

DIAGN.

DIAGN. *Panicula magna, laxa; racemis verticillatis. Folia ovata, acuminata.*

Habitat in ſtagnis.

Folia magna Plantaginea. Petala alba. Stamina non ex thalamo ſed e quolibet ungue petali ſinguli bina. Siliculae duodecim, monoſpermae.

Varietatem foliis iunceis longis Lipſia miſit Cl. SCHREBERUS, lectam *Stettini* in aqua profunda, fluente.

ALISMAE cum SAGITTATRIA adfinitas indubia eſt, ſed utraque Gens monocotyledon a *Multiſiliquis* removenda in Ordine Naturali. At ubinam collocanda? BUTOMUM video cognatum ALISMAE, VERRATRUM SAGITTARIAE, et cum BUTOMUS SCHEUCHZERIAE proxime accedat, ita quatuor haec Genera coniungent *Iuncos* cum *Liliaceis*.

CLASSIS

CLASSIS VII.
HEPTANDRIA.
MONOGYNIA.

161. AESCULUS.

LINN. *Gen. Plant.* 420.

450. AESCULUM *Hippocaſtanum.* Ex fructibus Auſtriacis, hiſce annis, *Carnioliae* hoſpis factum, ſed nondum cives. Primus in *Auſtriam* introduxit egregius CLUSIUS.

Arboris huius culturam in primis commendo. Dicitur Caſtanea Equina, cum Equos purget, et ſanet. Fructus excorticatus et pulveriſatus in aqua frigida ſpumeſcit et eam aptam reddit purgandis linteis omnis generis, loco ſaponis. Folia inſerviunt pro pabulo pecorum cornutorum. Cortice coria praeparari poſſunt eadem facilitate, ut cum *Quercu*, *Betula*, *Alno*, etc. Infuſum huius fructus adhiberi poteſt utiliter pro maceratione *Cannabis*. Hoc ipſo forte melius lavari poteſt ſericum crudum, cum vulgaris ſapo impediat ne ſericum ſat vivide coloretur. Ex cinere huius plantae extrahitur Sal pro depurando ſerico valde proficuum. Praeterea ex fructu paratur Amylum. Pulvis ab extractione Saponaceae ſubſtantiae reſiduus, ablutus, et cum furfure triticeo mixtus nutrit Gallinas.

CLASSIS VIII.
OCTANDRIA.
MONOGYNIA.

162. ONAGRA.

DIOSC. TOURN. *I. R. H. p. 302. Tab. 156.*

Germen longum ſuſtinet calycem tubuloſum et quadrifidum, petala quatuor. Stylus ad baſin anulo flavo cinctus, finditur in partes quatuor. Fructus quadrivalvis, continens ſemina nuda et cuneiformia.

451. ONAGRA *Biennis.*

Oenothera foliis ovato-lanceolatis, planis; caule muricato, villoſo. LINN. *Syſt. Nat.* p. 263. *Spec. Plant.* p. 346. n. 1. GRONOV. *Virgin.* p. 58. HALL. *Hiſt.* n. 994.

DIAGN. *Radix biennis. Folia lanceolata, plana. Stigmata longitudine antherarum.*

Habitat circa *Goriziam.*

Tubercula quatuor, oblonga, flava, adnata baſi calycis. Corolla calyce brevior; petalis flavis, ſubrotundis, obtuſis. Filamenta ſtylo breviora. Stigma unum caeteris longius. Germen quadriſulcum. Capſula ſeſſilis aſperiuſcula, longitudine petalorum. Semina fuſca, in uno loculo (ad 50).

Noſtrates comedunt radices in acetariis.

163. CHAMAENERION.

GESN. TOURN. *I. R. H. p. 302. Tab. 157.*

Differt ab ONAGRA, calyce tetraphyllo, defectu anuli nectariferi, capſula petalis multoties

toties longiore, feminibus pappofis, latere adfixis thalamo lineari, pappo vero adhaerente valvis, unde fit, ut feparatis valvis femina a thalamo fecedant pappis fuis tenuiffimis valvis adhuc adpenfa.

452. CHAMAENERION *Hirfutum.*

Epilobium foliis oppofitis, lanceolatis, ferratis, decurrenti amplexicaulibus. LINN. *Syft. Nat.* p. 263. *Spec. Plant.* p. 347. n. 3. *Fl. Suec.* 2. 328. *Fl. Carniol.* p. 257. n. 1.

Epilobium foliis amplexicaulibus, lanceolatis, hirfutis. HALL. *Hift.* n. 995.

Chamaenerion floribus ex alis feffilibus; foliis lanceolatis, dentatis, villofis. BOEHM. *Lipf.* 298.

DIAGN. *Totum villofum. Folia lanceolata, dentata. Petala emarginata.*

Habitat circa foffas et fepes.

Planta humanae ftaturae. Folia omnia femperque lanceolata. Corolla magna, kermefina; petalis cordatis. Stylus clavatus, declinatus. Filamentorum apices mucronem deflexum gerunt.

453. CHAMAENERION *Montanum.*

Epilobium foliis oppofitis, ovatis, dentatis. LINN. *Syft. Nat.* p. 263. *Spec. Plant.* p. 348. n. 4. *Fl. Suec.* 2. 329. *Fl. Carniol.* p. 257. n. 2.

Epilobium foliis ovato-lanceolatis, glabris, dentatis. HALL. *Hift.* n. 996.

Chamaenerion floribus ex alis feffilibus; foliis ovatis, ferratis, hirfutis. BOEHM. *Lipf.* 299.

DIAGN. *Calyx corolla paulo minor. Foliorum orae argute denticulatae. Hirfuties modica.*

Habitat in udis, in hortis, imo et in Alpibus.

In Alpibus vidi folia elliptica, fubfeffilia; in hortis longius petiolata, anguftiora et villofiora; in fylvis ovato-lanceolata, glabra. In omnibus varietatibus petala funt bifida, non magna.

454. CHAMAENERION *Tetragonum.*

Epilobium foliis lanceolatis, denticulatis; imis oppositis; caule tetragono. LINN. *Syst. Nat.* p. 263. *Spec. Plant.* p. 348. n. 5.

Epilobium foliis lanceolatis, glabris, dentatis. HALL. *Hist.* n. 997.

Lysimachia III. TABERNAEM. p. 1237.

DIAGN. *E quolibet folio sessili et denticulato decurrunt per caulem duae lineae eminentes.*

Habitat in *Carniolia* calidiore.

Diversum a priore mihi sane videtur.

455. CHAMAENERION *Angustifolium.*

Epilobium foliis sparsis, lineari lanceolatis; floribus inaequalibus. LINN. *Syst. Nat.* p. 263. *Spec. Plant.* p. 347. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 327.

Epilobium flore difformi; foliis lanceolatis, transversim rugosis. HALL. *Hist.* n. 1000.

Chamaenerion spicatum, foliis lanceolatis, vix dentatis. BOEHM. *Lips.* 297.

Lysimachia speciosa, etc. I. BAUH. *Hist.* II. p. 906.

DIAGN. *Folia alterna, lanceolata, glabra. Petala elliptica, integerrima.*

Habitat in pratis montanis, ad acervos lapidum, et rupes.

Aliam principem differentiam constituunt nervuli fere horizontales, in averso pagina folii. Ego in oris foliorum serras non invenio, sed parva tubercula iisdem insidentia.

456. CHAMAENERION *Palustre.*

Epilobium foliis alternis, linearibus; stylo declinato. *Fl. Carniol.* p. 258. n. 3. e quo loco delendum est, *Synon. Linnaeanum.*

Epilobium foliis oppositis, lanceolatis, integerrimis; petalis emarginatis; caule erecto. LINN. *Syst. Nat.* p. 264.

Epilobium spicatum; foliis integerrimis. linearibus, fasciculatis. HALL. *Enum.* p. 408. n. 2.

DIAGN.

DIAGN. *Folia alterna, linearia, villoſula, obiter dentata: ſubtus ſulco, nervi loco, exarata.*

Habitat circa rivos.

Caulis teres, rigidus, ſubruber. Calyx rubro-ferrugineus, ad baſin albo denſoque villo pubeſcens. Petala elliptica, integerrima, obtuſiuſcula. Germen villoſulum. Stylus deflexus. Confundi non debet cum EPIL. *Anguſtifolio*, ob piſtillum huic etiam declinatum, et petala pariter integra; tota enim ſtructura et diverſa ac conſtantiſſima facie, omnino differt, ut bene monet *Ill.* HALLERUS. Folia tamen faſciculata non ſunt, ſed ramuli breves et folioſi, faſciculos mentiuntur.

Chamaenerii nomen aeque antiquum, et huic Generi convenientius, ac *Epilobium*.

164. VACCINIUM.

GALEN. LINN. *Gen. Plant.* 434.

Corolla quadrifida et quinquedentata. Filamenta e receptaculo, non vero e fundo corollae. Antherae bifidae apice dehiſcentes. Bacca quadrilocularis, globoſa, umbilicata, polyſperma.

457. VACCINIUM *Oxycoccos.*

Vaccinium foliis integerrimis, revolutis, ovatis; caulibus repentibus, filiformibus, nudis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 268. *Spec. Plant.* p. 351. n. 11. *Fl. Suec.* 2. 335.

Vaccinium caule proſtrato, foliis ovato-lanceolatis, acutis; flore quadripartito. HALL. *Hiſt.* n. 1023.

Oxycoccus. HALL. *Enum.* p. 413.

DIAGN. *Corolla profunde quadrifida, demum reflexa, ut in* CYCLAMINE. *Pedunculus terminalis, longus, filiformis.*

Habitat in *Paludibus Labacenſibus.*

Cau-

Caules repentes, ramoſi, tenues. Cauliculi floriferi adſcendentes, ſimplices folioſi. Folia ſecunda, elliptica, acuminata, ſubtus albida; marginibus reflexis. Pedunculus plerumque unicus e ſquamoſo nido prodiens, ut in ANDROMEDA *Polyfolia*, bracteis binis inſtructus. Corolla rubella. Stamina porrecta. Filamenta lanuginoſa. Antherae ferrugineae, filamento longiores, baſi ad lentem villoſae. Bacca umbilicata, rubra. Semina in uno loculo (1 - 2).

Antherae in hac ſpecie carent corniculis dorſalibus. TOURNEFORTIUS non bene pinxit tetrapetalam.

458. VACCINIUM *Myrtillus.*

Vaccinium pedunculis unifloris; foliis ſerratis, ovatis, deciduis; caule angulato. LINN. *Syſt. Nat.* p. 267. *Spec. Plant.* p. 349. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 333. *Fl. Carniol.* p. 273. n. 1.

Vaccinium, florum petiolis unifloris, pendulis; foliis ſerratis. BOEHM. *Lipſ.* 68.

Vaccinium foliis rugoſis, ovato-lanceolatis, ſerratis; caule anguloſo. HALL. *Hiſt.* n. 1020.

Myrthillus MATTHIOL. *Dioſc.* p. 176.

DIAGN. *Caules anguloſi. Folia ſerrulata, decidua. Stigma concavum, margine denticulatum.*

Habitat in Sylvis, ubique.

Gemmarum bracteae ovatae, coloratae, deciduae, binae. Flores ſecundi. Filamenta incurva, quandoque decem inter corollam et receptaculum prodeuntia, quod eſt cotyla ambitu ſinuata. Stylus attenuatus, teres. Bacca nigra, incolis noſtris *Baraunitza.*

459. VACCINIUM *Vitis Idaea.*

Vaccinium racemis terminalibus, nutantibus; foliis obovatis, integerrimis, ſubtus punctatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 268. *Spec. Plant.* p. 351. n. 10.

Vaccinium florum petiolis racemoſis pendulis; foliis integris. BOEHM. *Lipſ.* 67.

Vaccinium foliis perennibus, ovatis, ſubtus punctatis; oris contractis. HALL. *Hiſt.* n. 1022.

DIAGN. *Racemus nutans, folio oppoſitus. Folia ſubtus punctata, integra. Bacca rubra.*

Habitat in ſylvis ſubalpinis.

Caulis teres. Folia ad apicem latiora et obtuſiora, quam ad baſin. Baccae locula monoſperma. Semina rufa, ſubovata.

165. ERICA.

PLIN. TOURN. *I. R. H. p. 602. Tab. 373.*

Calyx tetraphyllus. Corolla monopetala, quadrifida. Stamina e receptaculo genita, contra canonem in floribus monopetalis a PONTEDERA ſtabilitum. Capſula quadrilocularis, quadrivalvis. TOURN. E. F. polyſperma. G.

460. ERICA *vulgaris.*

Erica antheris bicornibus, incluſis; corollis inaequalibus, campanulatis, mediocribus; foliis oppoſitis, ſagittatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 268. *Spec. Plant.* p. 352. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 306. *Fl. Carniol.* p 276.

Erica foliis imis adpreſſis, ſimplicibus; floralibus calcaratis. HALL. *Hiſt.* n. 1012.

Erica I. MATTH. *Dioſc.* p. 126.

DIAGN. *Folia tetragona, pone ligulas binas demittentia, in quatuor ſeries imbricata. Flores aeſtivi, ſpicati.*

Habitat in *Ericetis* et herbidis collibus.

Bracteola ſub flore ſingulo. Calyx peractis nuptiis connivet et capſulum repraeſentat. Filamenta alba. Antherae ferrugineae. Germen obtuſe octangulare. Stigma quadrifidum.

461. ERI-

461. Erica *Carnea.*

Erica antheris bicornibus, inclufis; corollis fubglobofis, aggregatis, folio longioribus; foliis quaternis ciliatis, patentibus. LINN. *Syft. Nat.* p. 568. *Spec. Plant.* p. 353. n. 8. *Fl. Suec.* 2.337. *Fl. Carniol.* p. 276. n. 1.

Erica foliis patentibus, quaternis, acutis, caducis; corollis calyce longioribus; antheris eminentibus. HALL. *Hift.* n. 1013. coniungens cum E. *herbacea.* LINN.

Diagn. *Folia patula fubverticillata, fulco exarata, breviter petiolata: petiolo ad bafin tuberofo.*

Flores hyeme dormiunt claufi et albi, alio anno Martio M. evigilant, rubent.

Habitat in ficciffimis collibus.

Folia in fummitatibus ramorum, hyeme ftrobyli in modum imbricata funt. Pedunculi bractea tryphilla inftructi. Filamenta apice nigricantia, antheras ultra corollam exferunt. Stylus peractis nuptiis, fefe e medio ftaminum ad latus flectit pudibundus. Antherae ad medium ufque dehifcunt. Stigma coronatum pilis ferrugineis.

Flori rubro, bulbilli et pedunculi rubri, antherae fufcae.
—— *albo*, bulbilli et pedunculi albi, antherae ferrugineae.

166. THYMELAEA.

MESUE. TOURN. *I. R. H. p. 594. Tab. 386.*

Calyx nullus, Corolla quadrifida. Stamina alterna inferiora. Stylus nullus. Bacca monofperma.

Thymelaiae nomen DIOSC. antiquiffimum, et praeftantius Daphne, quae eft Laurus Δάφνη, eiusque baccae, δαφνίδες DIOSC. Corollam pro calyce habet. Cl. ADANS.

462. THYMELAEA *Mezereum.*

Daphne floribus feffilibus, ternis, caulinis; foliis lanceolatis, deciduis. LINN. *Syft. Nat.* p. 271. *Spec. Plant.* p. 356. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 338. *Fl. Carniol.* p. 278. n. 1.

Thymelaea fpica cylindrica, fuperne foliofa. HALL. *Hift.* n. 1024.

DIAGN. *Flores feffiles, terni, cauli adnati, infra folia mollia et decidua.*

Habitat in fylvis et falicetis; primo vere florens.

Gemmae floriferae enneaphyllae. Corollae fegmenta cordata, tubus coloratam epidermidem facile dimittens. Filamenta ftigmate breviora. Stigma rotundatum, albidum, apice depreffum. Bacca ovata, rubra. Semen ovatum, acumine terminatum.

463. THYMELAEA *Laureola.*

Daphne racemis axillaribus; quinquefloris; foliis lanceolatis, glabris. LINN. *Syft. Nat.* p. 272. *Spec. Plant.* p. 357. n. 5.

Thymelaea foliis ellipticis, perennantibus; floribus ex alis nutantibus. HALL. *Hift.* n. 1025.

DIAGN. *Racemi denfi inter folia perfiftentia, lanceolata, glabra.*

Habitat in elatioribus fylvis.

Tota planta flexilis, fupra medium ramofa; ramis apice foliofis. Folia digitum longa, denfa, laurinae firmitatis. Corymbi fquamofi ex fuperioribus alis. Flores fecundi, virefcentes. Antherae flavae. Filamenta alba.

464. THYMELAEA *Cneorum.*

Daphne floribus fafciculatis, terminalibus, feffilibus; foliis lanceolatis, nudis. LINN. *Syft. Nat.* p. 272. *Spec. Plant.* p. 352. n. 8.

Cneorum. DU HAMEL. *Arbor.* II. Tab. 94. MATTH. *Diofc.* p. 571. I. BAUH. I. P. I. p. 520.

Thy-

Thymelaea foliis glabris, linearibus, ariſtatis; floribus ſeſſilibus, umbellatis. HALL. *Hiſt.* n. 1027.
Thymelaeae adfinis. IONSTON. *Dendr.* L. 5. Cap. 237. Tab. 70.

DIAGN. *Folia obtuſa, glabra, rigidula, ſubſeſſilia, floribus rubris non longiora.*

Habitat in M. *Iſtriae*, rarior.
Specimina Auſtriaca, meaque conveniunt cum *Cneoro* CLUSII et MATTHIOLI.

465. THYMELAEA *Candida.*

Thymelaea alpina, ſaxatilis; Oleae folio minori, glauco et ſubhirſuto. MICHEL apud TILL. *H. Piſ.* p. 165.
Cneorum candidum, THEOPHRASTI?

DIAGN. *Folia petiolata, acuminata, mollia, utrinque villoſa, floribus longiora.*

Habitat ſupra *Prewald*, ad radicem M. *Nanas*, et circa *Goriziam.*
Differt a priore 1. cortice foetido. 2. foliis etiam ſummis flore duplo longioribus. 3. floribus albis. 4. Corollae ſegmentis ovatis.

DIGYNIA.

167. MOEHRINGIA.

LINN. *Gen. Plant.* 444. GLEDITSCH. ADANS.

Et haec ingreditur naturale genus *Alſines*, ſed calycinorum foliorum, petalorum, valvarumque capſulae unilocularis numero quaternario.

466. MOEHRINGIA *muſcoſa.*

Alſine floribus octandris. *Fl. Carniol.* p. 497. n. 3.
Moehringia. LINN. *Syſt. Nat.* p. 275.

Alſine octoſtemon, foliis connatis, linearibus. HALL. *Hiſt.* n. 860.

DIAGN. *Caules filiformes, debiles. Folia ſetacea.*

Habitat ad rupes udas frigidasque.

Petala patent. Stigmata connivent. Capſula ovalis, pallide flaveſcens, continent ſemina reniformia (8-10), primo alba, dein ferruginea, denique nigra, nitidiſſima receptaculo acuminato adfixa propriis pedicellis. Valvarum apices incurvi.

TRIGYNIA.

168. POLYGONUM.

LINN. *Gen. Plant.* 445.

Generis naturalis characterem eſſentialem conſtituunt, calycis colorati, corollam praeferentis ſegmenta non plura quam ſtamina (5-8) Semen unicum, nudum, trigonum, aut lenticulare.

467. POLYGONUM *Hydropiper.*

Polygonum floribus digynis. hexandris; foliis lanceolatis. *Fl. Carniol.* p. 420. n. 1. Var. (6).

Polygonum floribus hexandris, ſemidigynis; foliis lanceolatis; ſtipulis ſubmuticis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 275. *Spec. Plant.* p. 361. n. 10. *Fl. Suec.* 2. 343.

Perſicaria foliis ovato-lanceolatis; ſpicis florigeris; vaginis calvis, truncatis. HALL. *Hiſt.* n. 1554.

Hydropiper MATTHIOL. *Dioſc.* p. 404.

DIAGN. *Flores hexandri, ſemidigyni.*

Habitat in udis, et ſtagnis.

Acre, immaculatum, ſtrigoſum, et adhuc examinandum, an vere differat a ſequenti.

468. Po-

468. POLYGONUM *Perſicaria.*

Polygoni 1. *Fl. Carniol.* Var. (a).

Polygonum floribus hexandris, digynis; ſpicis ovatis, oblongis; foliis lanceolatis, ſtipulis ciliatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 275. *Spec. Plant.* p. 361. n. 11. *Fl. Suec.* 2. 342.

Perſicaria foliis ovato-lanceolatis, ſubhirſutis, ſpicis ovatis, vaginis ciliatis. HALL. *Hiſt.* n. 1557.

DIAGN. *Flores hexandri, digyni.*

Habitat circa hortos, et foſſas.

Semen lenticulare, ut in priore.

469. POLYGONUM *Convolvulus.*

Polygonum floribus trigynis, octandris, lateralibus, planiuſculis; caule volubili; ſemine triquetro. *Fl. Carniol.* p. 423. n. 5.

Polygonum foliis cordatis; caule volubili, angulato; floribus obtuſatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 276. *Spec. Plant.* p. 364. n. 24. *Fl. Suec.* 2. 344.

Polygonum caule volubili, foliis ſagittatis. HALL. *Hiſt.* n. 1561.

DIAGN. *Flores monogyni, octandri. Caulis volubilis. Folia cordata, pone acutiuſcula.*

Habitat ad ſepes et in hortis.

Stylum unicum video, trilobo ſtigmate capitatum. Antherae rubrae. Germen breviter pedicellatum. Stipulae breves. Semen trigonum, nigrum, intra calycem, cuius ſegmenta margine rubella ſunt.

Ergo planta haec a PERSICARIA magis differt, quam CUCUBALUS a SAPONARIA.

470. POLYGONUM *viviparum.*

Polygonum floribus trigynis, octandris, ſpicatis; foliis caulinis lanceolatis; ſemine ſubrotundo. *Fl. Carniol.* p. 422. n. 3.

Polygonum caule ſimpliciſſimo, monoſtachyo; foliis lanceolatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 275. *Spec. Plant.* p. 360. n. 3. *Fl. Suec.* 2. 340.

Polygonum radice lignofa, contorta, foliis nervofis; radicalibus ovato-lanceolatis; caulinis linearibus. HALL. *Hist.* n. 1558.

DIAGN. *Flores digyni, octandri, albi, fpicati; fpicae axi trigona. Folia lanceolata.*

Habitat in *Alpibus* noftris.

Spica tenuis, biuncialis. Pedunculi folitarii, calyce breviores. Bractea ovata, acuminata perfiftens. Calyces albi. Filamenta alterna longiora. Antherae bicornes, fufco-rufae. Styli pellucido et ferrugineo globulo terminati.

471. POLYGONUM *aviculare.*

Polygonum floribus trigynis, octandris, lateralibus; foliis lanceolatis; caule procumbente, herbaceo. LINN. *Syft. Nat.* p. 276. *Spec. Plant.* p. 362. n. 15. *Fl. Suec.* 2. 339. *Fl. Carniol.* p. 422. n. 4.

Polygonum procumbens, foliis linearibus, acutis, floribus folitariis. HALL. *Hift.* n. 1560.

Polygonum caule herbaceo, annuo. BOEHM. *Lipf.* 589.

DIAGN. *Flores trigyni, octandri, laterales. Caulis procumbens. Vaginae coloratae fub foliis lanceolatis.*

Habitat paffim fecus vias et hortos.

Styli tres. Stigmata tria fubrotunda. Semen trigonum, nigrum, infundo calycis quinquefidi; fegmentis albo-rubellis.

Genus hoc, non conftituunt vires, non partium numerus, non modus florendi, fed proportio numerica et harmonica partium floris et fructus.

TETRAGYNIA.

169. PARIS.

LONICER. TOURN. ADANS. *Famil. Pl. p.* 446.

Numerus in hac fpecie quaternarius omnium partium floris et fructus fucculenti. Antherae

therae lateribus filamentorum, infra medium, adnatae.

472. PARIS *quadrifolia.*

Paris. MATTH. LINN. HALLER. *Fl. Carniol.*, aliorumque.

DIAGN. *Folia ſeſſilia, elliptica, verticillata, (4-5). Longitudo partium floris, a calyce ad germen decreſcens.*

Habitat in ſylvis.

Antherae ſtylis longiores. Styli et germen fuſco-violaceo colore tincti. Bacca nigra, magna, polyſperma.

170. MOSCHATELLA.

CORDI. ADANS. *Famil. Plant. p. 243.*

Calyx trifolius. HALL. bifidus. LINN. Corolla rotata 4-5-fida. Styli totidem. Baccae locula et ſemina tot, quot ſtyli.

In hac ſpecie flores non raro occurrunt decandri et pentagyni.

473. MOSCHATELLA *Adoxa.*

Adoxa. LINN. *Syſt. Nat.* p. 278.

Moſchatellina. RUPP. TOURNEF. HALL. LUDWIG.

DIAGN. *Pedunculus terminalis ſuſtinet flores quinos in capitulum ſubcubicum congeſtos, virides, quinquefidos: terminali quadrifido.*

Habitat circa *Tergeſtum* et in *Iſtria.*

CLASSIS IX.
ENNEANDRIA
MONOGYNIA.

171. LAURUS.

GALEN. TOURN. *I. R. H. p. 597. Tab. 367.*

Corpuſcula filamentis quibusdam adnexa. eſſentialem praebent characterem. LINN. His adde Druppam monoſpermam, indolem arboream, vim aromaticam. Staminum numerus in hoc Genere inconſtans. (6-9).

474. Laurus *nobilis.*

Laurus foliis lanceolatis venoſis, perennantibus; floribus quadrifidis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 280. *Spec. Plant.* p. 369. n. 4.

Diagn. *Europaea, ſempervirens, Daphne Poetica.*

Habitat in ſylvis *Iſtriae*, et circa *Goriziam* in hortis. Folia, baccae, et oleum Laurinum valde amant noſtrates.

HEXAGYNIA.

172. BUTOMUS.

LINN. *Gen. Plant. 455.*

Involucrum ſubumbella, loco calycis. Petala ſex; alternis maioribus. Siliculae ſex, polyſpermae, non vero capſula multilocularis.

475. Bu-

475. BUTOMUS *umbellatus.*

Butomus. LINN. ROYEN. HALL. BOEHM. *Fl. Carniol.*

Iuncus floridus. MATTHIOL. *Dioſc.* p. 659. I. BAUH. *Hiſt.* II. p. 524.

DIAGN. *Pedunculi (ad 20) ex ſummo culmo umbellati; involucro monophyllo.*

Habitat circa *Lacum Zirchnicenſem.*

Culmus nudus, teres. Folia ut in plantis *Calamariis*, triquetra, ſpongioſa. Pedunculi digitum longi. Petala ovata, albo-rubroque varia. Stamina petalis breviora. Stigmata bifida.

BUTOMUS a Cl. ADANSONIO refertur ad ARISTOLOCHIAM, Staminibus ſtylo ſeparatis; cum vero character eſſentialis huius Familiae conſiſtat in ſtylo, aut germine antherifero, haec vero planta ex receptaculo, ſtamina proferat, et unica cotyledone, petalis ſenis, foliis gramineis, et fructu ex pluribus ſiliculis facto, SCHEUCHZERIAE longe magis quam NYMPHEAE, TAMO, ac ſimilibus adfinis ſit, ad Familiam LILIACEARUM potius, aut illam, quae SAGITTARIAM, DAMASONIUM VERATRUM, comprehendit, referenda videtur.

CLASSIS X.
DECANDRIA
MONOGYNIA.

173. DICTAMNUS.

BRUNFELS. TRAG. GESN. LINN. *Gen. Plant. 468.*

Calyx pentaphyllus, perſiſtens. Petala totidem unguiculata. Germen pentagonum dividitur in Siliculas cartilagineas, quinas, foventes ſemina (2 — 3), pyriformia TOURN. I. R. H. in charactere FRAXINELLAE. Tab. 243. Hic NATRIX PLINII, diverſa a DICTAMNO. DIOSC.

476. DICTAMNUS *albus.*

Dictamnus. LINN. ROYEN. *Fl. Carniol.*
Fraxinella TOURNEFORT. RIVIN. HALL.
Dictamnum album. MATTH. *Dioſc.* p. 476.

DIAGN. *Folium Fraxini. Flores racemoſi; pedunculis viſcidis, et rubiginoſis.*

Habitat circa *Vipaccum, Goriziam, Tergeſtum.*

Fructus maturus conſtat loculis quinis, ſtellae ad inſtar expanſis, aſperis, acumine terminatis, ſuperne dehiſcentibus, et ibidem in medio bidentatis. In loculo quolibet eſt capſula coriacea, in duo crura divaricata profunde diviſa, e cuius fundo ſuperne naſcitur lamina bifida, carinata, protegens, ſemen unum nigrum, ſplendens, pyriforme. Quam ſingularis ſtructura fructus!

174. RU-

174. RUTA.

PLIN. TOURN. *I. R. H. p. 257. Tab. 133.*

Partium floris et fructus quaternarius, et quinarius. Stamina duplo plura. Semina angulosa.

477. Ruta *graveolens.*

Ruta foliis decompositis; floribus lateralibus, quadrifidis; LINN. *Syst. Nat.* p. 293. *Spec. Plant.* p. 383. n. 1. *Fl. Carniol.* p. 318.

Ruta foliis duplicato-pinnatis, lobulis ovatis. HALL. *Hist.* n. 1003.

Ruta sylvestris. MATTHIOL. *Diosc.* p. 494.

Diagn. *Foliola lanceolata, sessilia: terminalibus plerumque trifidis.*

Habitat in M. *Nanas*, circa *Tergestum.* In *Agro Goriziensi copiosissima*, adeo, *ut Mons Salvatinus ea fere vestiatur.* MATTHIOL.

Frutescens; foliis pinnatis: pinnis laxe pinnatifidis. Calyx parvus, quadridentatus. Stamina (8): alternis longioribus. Germen quadrilobum, foveolis crebris scrobiculatum. Capsulae locula bivalvia.

175. HYPOPITHYS.

C. BAUH. *Prodr. p. 31. n. 3.* ADANS. *Famil. Plant. p. 443.*

Calycina folia et stamina (6-10), haec in flore terminali alterne minora. Stigma pedicellatum quinquelobum, concavum. Germen ovale. Semina plurima, Orchidea, Habitus Orobanchoides.

178. Hypopithys *Multiflora.*

Monotropa floribus lateralibus, octandris: terminali decandro. LINN. *Syst. Nat.* p. 296. *Spec. Plant.* p. 387. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 351. *Fl. Carniol.* p. 320.

Hy-

Hypopithys ſpica florida, nutante. HALL. *Hiſt.* n. 1002.

DIAGN. *Scapus ſquamoſus, terminatus ſpica concolore; flore ſummo decandro.*

Habitat in ſylvis frigidioribus.

Petala oblonga, et erecta. Stamina villoſa. Capſula adfinitatem cum PYROLA demonſtrat.

176. RHODODENDRON.

CHAMAERHODODENDROS. TOURN. ANDROMEDA. LINN. DULIA. ADANS.

Calyx quinquefidus, perſiſtens. Corolla monopetala, quinquepartita. Capſula obtuſe pentagona, quinquelocularis. Polyſerma. Semina minuta.

479. RHODODENDRON *ferrugineum.*

Rhododendron foliis glabris, ſubtus leproſis; corollis infundibuliformibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 299. *Spec. Plant.* p. 392. n. 1. IACQUIN. *Obſ. Bot.* I. p. 26. Tab. 16. optime.

Rhododendron foliis ellipticis, glabris, ſubtus rubiginoſis. HALL. *Hiſt.* n. 1015.

DIAGN. *Folia ſubtus ferrugineo polline obducta, caeterum flavicantia, ſi haec rubigo abraſa fuerit. Margo praeterea horum foliorum reflexus punctatus, et minime ciliatus eſt.*

Habitat in *Alpibus Vochinenſibus.*

Flos calyce deſtitutus eſt. P. BIWALD.

480 RHODODENDRON *hirſutum.*

Rhododendron foliis ciliatis, nudis; corollis infundibuliformibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 299. *Spec. Plant.* p. 392. n. 3.

Rhododendron foliis ovatis, ciliatis, ſubtus punctatis. HALL. *Hiſt.* n. 1016.

DIAGN.

Diagn. *Folia ſubtus punctis albis notata; marginibus modice reflexis, ciliatis, et crenulatis.*

Habitat ad radices Montium, et in ſubalpinis.

Foliorum figura et firmitas eadem, quae in priore; Corollae etiam uniformes; ſed folia evidentius petiolata, et nulla rubigine ſubtus adſperſa. Puncta foliorum recentium rotundae ſunt lamellae, lucidiore margine praeditae. Calyx, Corolla, germen, ſimilibus punctis, flavis, glanduloſis adſperſa ſunt.

481 Rhododendron *Chamaeciſtus.*

Rhododendron foliis ciliatis; corollis rotatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 299. *Spec. Plant.* p. 392. n. 4.

Ledum foliis Serpilli, ad margines cilii inſtar piloſis; flore purpureo. MICHEL. *Gen. Plant.* p. 225. Tab. 106.

Ciſtus M. Baldi. I. BAUHIN. *Hiſt.* II. p. 19.

Diagn. *Folia ciliata. Corollae rotatae; ſegmentis ovatis.*

Habitat in ſummis iugis *Alpium Vochinenſium.*

Frutex parvus, ramoſiſſimus; extremis ramis folioſis. Folia oblonga, dura; petiolo brevi, rubello. Pedunculus unus, aut plures, unciales, villoſi, fuſco-rubri, terminales. Calyx profunde quinquefidus, pedunculo concolor; ſegmentis acutis. Corolla purpurea. Stamina ſegmentis corollae longiora. Stylus ſtaminibus longior.

482. Rhododendron *Polifolium.*

Andromeda pedunculis aggregatis; corollis ovatis; foliis alternis, lanceolatis revolutis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 300. *Spec. Plant.* p. 393. n. 5. *Fl. Suec.* 2. 353. HALL. *Hiſt.* n. 1017.

Diagn. *Folia anguſta, rigida. Pedunculi terminales, e ſquamoſo nido prodeuntes. Corollae ſubgloboſae.*

Habitat in paludibus *Labacenſibus.*

In-

Indoles fruticosa, durities foliorum, florendi modus, fructus et alia, non concedunt, ut a Fratribus divellatur. Huic praeterea pedunculi angulati, dilatati. Semina compressa, subovata.

177. ARBUTUS.

LINN. *Gen. Plant. 488.*

Situs receptaculi, staminum numerus, bacca pentasperma, distinguunt a VACCINIO. MISLEY apud Ill. de HAEN. *Rat. Med.* II. p. 104. 195. Numerus seminum genera non constituit naturalia, hinc ARBUTUS et UVA URSI TOURN. in unum confluent.

483. ARBUTUS *Uva Ursi.*

Arbutus caulibus procumbentibus; foliis integerrimis. LINN. *Syst. Nat.* p. 301. *Spec. Plant.* p. 395. n. 4. *Fl. Suec.* 2. 358. *Fl. Carniol.* p. 275. HALL. *Hist.* n. 1018.

DIAGN. *Fruticulus procumbens; foliis* VACCINII *integris, nec subtus punctatis.*

Habitat in *Alpibus Vochinensibus.*

Quae ad calculos renum et vesicae, pridem ad sydera usque extollebatur, nunc obsolevit.

178. PYROLA.

BRUNFELS. C. BAUH. TOURN. *I. R. H. p. 256. Tab. 132.*

Calyx quinquefidus, persistens. Petala quinque. Capsula quinquelocularis, angulis dehiscens. Semina multa, minutissima TOURN. *l. c.*

484. PYROLA *minor.*

Pyrola floribus racemosis, dispersis, staminibus pistillisque rectis. LINN. *Syst. Nat.* p. 301. *Spec. Plant.*

Plant. p. 396. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 361. *Fl. Carniol.* p. 319. n. 3.

Pyrola foliis ſubrotundis, tubis erectis. HALL. *Hiſt.* n. 1009.

DIAGN. *Folia ſubrotunda, obſolete crenulata. Flores racemoſi, undique ſparſi.*

Habitat in ſylvis umbroſis.

Folia ovata, racemo longiora. Calyces ſubtrigoni; ſegmentis macula fuſca ad apicem notatis. Petala dorſo rubicundo. Stigma quadrilobum. Fructus penduli, turcico pileo ſimiles.

485. PYROLA *ſecunda.*

Pyrola racemo unilaterali. LINN. *Syſt. Nat.* p. 301. *Spec. Plant.* p. 396. n. 3. *Fl. Suec.* 2. 362. *Fl. Carniol.* p. 319. n. 2. HALL. *Hiſt.* n. 1008.

Pyrola ſerrato folio. I. BAUHIN. *Hiſt.* III. p. 536.

DIAGN. *Folia elliptica, acuminata, ſerrata. Flores ſecundi.*

Habitat in ſylvis circa *Idriam.*

Scapus anceps. Folia racemo breviora. Calycini dentes immaculati. Filamenta deflexa. Antherae baſi et apice dehiſcentes.

486. PYROLA *uniflora.*

Pyrola ſcapo unifloro. LINN. *Syſt. Nat.* p. 301. *Spec. Plant.* p. 307. n. 6. *Fl. Suec.* 2. 364. *Flor. Carniol.* p. 318. n. 1. HALL. *Hiſt.* n. 1011.

DIAGN. *Scapus teres, unico flore terminatus.*

Habitat cum prioribus.

Scapus ad baſin ſquamoſus. Folia ſubrotunda. Calyx albus; ſegmentis ovatis, patulis. Petalorum margines undulati. Stylus rectus.



DIGYNIA.

179. CHRYSOSPLENIUM.

TOURN. *I. R. H. p. 146. Tab. 60.*

Calyx quadrifidus; ſegmentis rotundatis; alternis maioribus. Corolla nulla. Styli divaricati ex umbilico receptaculi. Semina acuminata, in ſinu capſulae unilocularis et bivalvis nidulantia. TOURN. *l. c.*

487. CHRYSOSPLENIUM *alternifolium.*

Chryſoſplenium foliis alternis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 303. *Spec. Plant.* p. 398. *Fl. Suec.* 2. 365. *Fl. Carniol.* p. 494. HALL. *Hiſt.* n. 1548.

DIAGN. *Vernum, corymboſum, flavum; petiolis alternis, decurrentibus.*

Habitat in herbidis, et humidioribus locis.

Caulis apice ramoſus: ramis bifidis, corymboſis. Stamina, quae ſegmentis calycinis interiacent, pollinem citius diffundunt. Semina nigra.

Si Calyx quadrifidus, tunc ſtamina octo ſunt, non decem. Eundem numerum ponit HALLERUS.

180. SAXIFRAGA.

BOERH. LINN. *Gen. Plant.* 494. ADANS. *Famil. Pl. p.* 243.

Calyx quinquefidus. Petala quinque. Stamina perſiſtentia; alterna longiora. Capſula biroſtris, bilocularis, polyſperma.


(*) *Paniculatae.*

488. SAXIFRAGA *rotundifolia.*

Saxifraga foliis caulinis reniformibus, dentatis, petiolatis; caule paniculato. LINN. *Syſt. Nat.* p. 304.

Tab.

490. Saxifraga Cuneifolia.



)RIA

1.

ENIUM.

Tab. 60.

tis rotundatis;
ulla. Styli di-
li. Semina acu-
cularis et bival-

folium.

LINN. *Syst. Nat.*
Fl. Suec. 2. 365. *Fl.*
st. n. 1548.

, *flavum; petiolis*

s locis.
, corymbosis. Sta-
interiacent, pollinem
a.
octo sunt, non de-
HALLERUS.

GA.

94. ADANS.

a quinque. Sta-
giora. Capsula
ma.

bus, dentatis, petio-
INN. *Syst. Nat.*

p. 304.

p. 304. *Spec. Plant.* p. 403. n. 19. *Fl. Carniol.* p. 492. n. 1.

Saxifraga foliis reniformibus, acute ferratis, hirfutis, petiolatis; caule ramofo. LINN. HALL. *Hift.* n. 975.

Sanicula alpina guttula. I. BAUH. *Hift.* III. p. 707.

DIAGN. *Petala punctata: punctis fuperioribus rubris (ad 10) inferioribus flavis. Semina in uno loculo (ad 80.) ovata.*

Habitat in udis fylveftribus et fubalpinis.

Caulis pedalis, foliofus, villis capitatis pubefcens. Panicula dichotoma, laxa; foliolis binis anguftis, fub qualibet ramificatione. Corolla infera. Petala alba, lanceolata; unguibus brevibus et truncatis. Antherae albae.

489. SAXIFRAGA *Cotyledon.*

Saxifraga foliis radicalibus aggregatis, lingulatis, cartilagineo-ferratis; caule paniculato. LINN. *Syft. Nat.* p. 303. *Spec. Plant.* p. 398. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 366. *Fl. Carniol.* p. 492. n. 2.

Saxifraga foliorum ora cartilaginea, ferrata; petiolis paucifloris; petalis punctatis. HALL. *Hift.* n. 978.

DIAGN. *Foliorum marginibus infident fcutella alba, ceracea, fubrotunda, pedicellis breviffimis intra porulos ibidem occultatis.*

Habitat in Saxofis et apricis alpium iugis.

Scutella iuniora in medio foraminulum habent, quorum unum in fingula crena folii fedet. Folia iuniora ovalia, adulta oblonga et lanceolata; marginibus reflexis. Caulis plus minus foliofus et paniculatus. Petala alba, punctulis rubris multis variegata. Capfula in hac fpecie omnino bilocularis; loculo quolibet receptaculum proprium continente, cui femina adhaerent ultra (5).

490. SAXIFRAGA *cuneifolia.* Tab. 13.

Saxifraga foliis cuneiformibus, obtufis, repandis; caule nudo, paniculato. LINN. *Syft. Nat.* p. 304.

Geum foliis petiolatis, obtufis; caule fragili, nudo, ramofo. HALL. *Hift.* 974.

DIAGN. *Folia rofacee expanfa, dura, in petiolum decurrentia, fubtus rubella.*

Habitat circa rupes in fylvis fubmontanis, in M. *Nanas* fupra *Sacellum*, fub *Arce Veldenfi* in M. *Grindovitz*.

Folii pagina fuperior, minutiffimis et fubargenteis fquamulis, ad lentem adfperfa eft; inferior vero portio fenfim attenuata convergit in petiolum planum. Petala obtufa maculam flavam in ungue gerunt.

491. SAXIFRAGA *Geum.*

Saxifraga foliis reniformibus, dentatis; caule nudo, paniculato. LINN. *Syft. Nat.* p. 304. *Spec. Plant.* p. 401. n. 11. nomen, non vero fynon.

DIAGN. *Folia erecta, rofas non conftituunt, ovata, bafi fubcordata et aeque lata ac in apice; petiolis villofis.*

Habitat in montibus *Liburnicis.*

A fpecie priore omnino diftinguenda, foliis ovatis nec cuneiformibus, neque adeo craffis, fed per ficcitatem in margine corrugatis, fubtus non rubris, nec fuperne fquamofis, aut in petiolos decurrentibus. Caulis praeterea fere pedalis. Petala infra medium punctata.

492. SAXIFRAGA *ftellaris.* Tab. 13.

Saxifraga foliis ferratis; caule nudo, ramofo; petalis acuminatis. LINN. *Syft. Nat.* p. 303. *Spec. Plant.* p. 400. n. 8. *Fl. Suec.* 2. 367.

Saxifraga foliis rhomboideis, acute ferratis, caule nudo, ramofo. HALL. *Hift.* n. 973.

DIAGN. *Folia apice dentata. Scapus nudus, fubdichotomus. Petala alba, lanceolata, acuminata, maculis binis croceis ad unguem praedita. Antherarum pollen miniatus.*

Habitat in *Alpibus Vochinenfibus* et in *M. Grindovitz.*

VARIET.

VARIET. 1. *Foliis el*
tis: dent
Folia fef
fita, e
cialis.

— 2. *Foliis lan*
Folia un
paucic
vifi in
na ad

— 3. *Foliis lan*
tatis.

Figurae *Fl. Danicae*,
NII inter fe quiden
fpeciem admodum

(**)

493. SAXIFRAGA *au*

Saxifraga foliis caul
radicalibus aggr
Spec. Plant. p.
defcriptio. IA C
Saxifraga foliis ellip
liofo, paucifloro

DIAGN. *Caules foli*
ta, feffilia. Petal
Etis superne varieg


Habitat in Alpibus nof
Caules et pedunculi fu
libus multa, margin
ticulato. Pedunculi
longi. Calyx exigu
femiquinquefidus.
ga, fufco-rufa.

494. SAXIFRAGA *Ce*

Saxifraga foliis hirfu
le paucifloro. H

Tab. 14.

493. Saxifraga Autumnalis.



Rein Sc. A. V.

VARIET. 1. *Foliis ellipticis, ſuperne hirſutis, dentatis: dentibus 3-5. ad apicem.*
Folia ſeſſilia, luteo viridia, in roſam diſpoſita, e cuius centro prodit caulis triuncialis. Rami 1-2 flori.

— 2. *Foliis lanceolatis, ſubvilloſis, petiolatis.*
Folia uncialia in petiolum decurrentia, paucioribus villis adſperſa. Scapi diviſi in ramos divaricatos. Petala alterna ad baſin dente utrinque notata.

— 3. *Foliis lanceolatis, glabris, apice ſubdentatis.*

Figurae *Fl. Danicae*, PLUKENETII, MORISONII inter ſe quidem conveniunt, ſed et docent hanc ſpeciem admodum variare.

(**) *Racemoſae.*

493. SAXIFRAGA *autumnalis*. Tab. 14.

Saxifraga foliis caulinis linearibus, alternis, ciliatis: radicalibus aggregatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 304. *Spec. Plant.* p. 402. n. 16. *Fl. Carniol.* p. 493. deſcriptio. IACQUIN. *Auſtr.* Obſ. 37.

Saxifraga foliis ellipticis, ciliatis; caule ſimplici; folioſo, paucifloro. HALL. *Hiſt.* n. 971.

DIAGN. *Caules folioſi, ſubdiffuſi. Folia lanceolata, ſeſſilia. Petala flava, ligulata, croceis punctis ſuperne variegata.*

Habitat in Alpibus noſtris, non rara.

Caules et pedunculi ſubvilloſi, ſimplices. Folia in caulibus multa, margine modo glabro, modo laxe denticulato. Pedunculi diphylli, ſimplices, tres lineas longi. Calyx exiguis, et capittatis villis adſperſus, ſemiquinquefidus. Petala patentia. Semina oblonga, fuſco-rufa.

494. SAXIFRAGA *Ceſpitoſa*. Tab. 14.

Saxifraga foliis hirſutis, ellipticis et tridentatis; caule paucifloro. HALL. *Hiſt.* n. 984.



Saxifraga ceſpitoſa. ANN. II. HIST. NAT. p. 51.

DIAGN. *Vere ceſpitoſa; foliis ſemitrifidis; laciniis aequalibus, ciliatis, obtuſis. Petala flava.*

Habitat inter M. *Greben*, et *Grindovitz*, in valle interiecta, ſupra ſaxa maiora.

Hanc ipſam vidi in Herbariis Auſtriacis, ſub nomine CESPITOSAE, quod retineo, ea conditione, ut non confundatur cum SAXIFRAGA *Pyrenaica* HALLERI, de qua poſtea.

Caulis huic brevis, uncialis, aut paulo longior, nonnullis pedunculis unifloris in apice, et folio trifido ad baſin primi pedunculi. Calycina ſegmenta ovalia. Petala lutea, venis tribus lineata, quarum laterales baſi et apice unitae ellipticum ſpatium intercipiunt.

495. SAXIFRAGA *Caeſia*. Tab. 15.

Saxifraga foliis linearibus, perforato-punctatis, aggregatis, recurvatis; caule multifloro. LINN. *Syſt. Nat.* p. 303. *Spec. Plant.* p. 399. n. 4.

Saxifraga foliis craſſis, duris, recurvis, ſubtus ſulcatis, baſi ciliatis. HALL. *Hiſt.* n. 982.

Sedum minus. IX. CLUS. *Hiſt.* L. 4. p. 41.

DIAGN. *Ceſpitoſe naſcitur. Folia ſunt glauca, tenuia, craſſa, recurva, ſuperne ad apicem unica foveola, in medio vero duabus, ſubtus plica craſſa, nervi loco, inſtructa. Caules ſubnudi.*

Habitat in rupibus altiſſimis *Alpium Vochinenſium.*

Summa folia diſpoſita in roſulam Aloeformem, glauco colore tincta, dum caetera fuſca ſunt et aridis ſimilia. Caulis uncialis 3-4-florus. Petala alba, ovata obtuſa, et ſubemarginata, lineolis tribus ſubviridibus ſtriata.

Hanc ipſam pingit SEGUIERIUS in *Syn. Plant. Veron.* I. Tab. 9. fig. 2. et vocat SAXIFRAGAM *alpinam, minimam foliis caeſiis, deorſum recurvis.* Folia ſubtus punctata LINNAEI, nondum vidi. Foveolae aut poruli foliorum, in adulta planta, ſaepe repleti ſunt polline albo calciformi.

(***) *Pau-*

(***

496. Saxifraga T

Saxifraga foliis mo
pauciflorо. H

Diagn. *Caules ten*
Folia lanceolata,
foliis longiores,
viridia, calycinis

Habitat in occidentali
circa *Iesertzo.*

Laxos cespitulos conſt
da folia et anguſtio
craſſa, integerrima
(3—4) longa. Ex
dunculi (1—3), u
flori, binis foliolis
baſi haemiſphaeric
acutis, patulis. Pe
Receptaculum deni

An Saxifraga *alp*
RII *Veron. Suppl.*
des LINNAEI?
illis, quae in Iconib
deſignata ſunt.

497. Saxifraga B

Saxifraga foliis cilia
diuſculo, unif
Spec. Plant. p.
Saxifraga foliis lan
le unifloro. H
Sedum muſcoſum.
SCHEUCHZ.

Diagn. *Folia lanc*
cida, in margine
uniflori.

Habitat in M. *Kerma.*



(***) *Pauciflorae.*

496. SAXIFRAGA *Trichodes.* Tab. 15.

Saxifraga foliis mollibus ellipticis, fubhirfutis; caule paucifloro. HALL. *Hift.* n. 985.

DIAGN. *Caules tenues, proftrati, ramos erigunt. Folia lanceolata, villofula. Pedunculi filiformes, foliis longiores, faepius uniflori. Petala luteo-viridia, calycinis dentibus breviora, et anguftiora.*

Habitat in occidentalibus dorfis *Alpium Vochinenfium*, circa *Iefertzo.*

Laxos cefpitulos conftituit. Caules proftrati gerunt arida folia et anguftiora, rami vero viridia, plana, non craffa, integerrima, acuminata, laxe villofa, lineas (3—4) longa. Ex apicibus ramorum prodeunt pedunculi (1—3), unciales et longiores, villofi 1-2-flori, binis foliolis oppofiti inftructi. Calyx viridis, bafi haemifphaericus, femiquinquefidus; fegmentis acutis, patulis. Petala acuminata. Antherae luteae. Receptaculum denique rubrum.

An SAXIFRAGA *alpina*, *Mufcoides*, etc. SEGUIERII *Veron. Suppl.* p. 203? An SAXIFRAGA *Aizoides* LINNAEI? folia certe admodum fimilia funt illis, quae in Iconibus CLUSII, et MORISONII defignata funt.

497. SAXIFRAGA *Bryoides.* Tab. 15.

Saxifraga foliis ciliatis, reflexis, imbricatis; caule nudiufculo, unifloro. LINN. *Syft. Nat.* p. 303. *Spec. Plant.* p. 400. n. 6.

Saxifraga foliis lanceolatis, ciliatis, compactis; caule unifloro. HALL. *Hift.* n. 969.

Sedum mufcofum. I. BAUHIN. *Hift.* III. p. 695. SCHEUCHZ. *It. Alp.* Tom. I. p. 142. Tab. 21. fig. 2.

DIAGN. *Folia lanceolata, rugofa, luteo-viridia, lucida, in margine fpinofo-ciliata. Caules foliofi, uniflori.*

Habitat in M. *Kerma.*



Radix repens profert furculos plures vix femiunciales. Folia erecta, non reflexa; ciliis marginalibus planis, attenuatis, molles fpinulas referentibus. Caules fufco-rubri, unciales et paulo longiores, inftructi foliis (7—8) pariter ciliatis. Calyx fere ad bafin ufque quinquefidus, patens. Petala oblonga, acuminata, lineata pallide lutea, calyce fere duplo longiora. Stamina lucida, plana, attenuata flavicantia. Capfula fufcefcens, calyce duplo longior.

498. SAXIFRAGA *Pyrenaica*. Tab. 16.

Saxifraga foliis integris et trifidis; caule fubnudo, paucifloro. HALL. *Hift.* n. 988.

Saxifraga alpina, fubhirfuta; foliis longis, raro dentatis. HALL. *Opufc. Bot.* p. 293. Tab. 2. cum optima figura plantae fubbiflorae.

Saxifraga foliis partim integris, partim trifidis. SEGUIER. *Veron.* I. p. 451. Tab. 9. fig. 4.

DIAGN. *Folia oblonga, villofa, intégra, et fub apice dentata. Petala alba.*

Habitat in *Alpibus Vochinenfibus*, hinc inde.

A *Cefpitofa* toto caelo diverfa eft. Radix unicum furculum foliofum educit, raro binos. Folia oblonga aut lanceolata, nunquam trifida aut linearia. Petalorum ungues lineolis fubviridibus ftriati. Caulis femper rigidulus, erectus, foliofus fimplex. Calyx magnus, fubovatus, dentibus erectis.

VARIET. 1. *caule unifloro, unciali, triphyllo.*
— 2. — — *biunciali, foliis radicalibus plerisque integerrimis.*
— 3. — *fubbifloro, monophyllo, unciali.*
— 4. — — *diphyllo, biunciali.*
— 5. — *trifloro, biunciali, triphyllo.*
— 6. — *quadrifloro, triunciali;* quam habet PLUKENET. *Phyt.* Tab. 222. fig. 2.

499. SAXIFRAGA *Hypnoides*. Tab. 16.

Saxifraga foliis caulinis linearibus, integris trifidisve; ftolonibus procumbentibus, caule erecto, nudiusculo.

culo. LINN
p. 405. n. 31.
plantae min
nisi LINN
HALLER
nostram om
Saxifraga foliis
viscido. HA

DIAGN. *Caule*
mia, tridenta

Habitat in *Vochei*

Radix multicaulis
tiolum brevem
glandulosis adf
caulina sessilia,
fida; segmento
caule, viscidi
dentibus erectis
emarginata, su
flava. Recept

500. SAXIFRAG

Saxifraga foliis
nis; caule
p. 305. *Spec*
Fl. Carniol.

Saxifraga foliis
ramoso et f

DIAGN. *Differ*
ribus, et folii

Habitat ad muros

Juniora folia lan
nudi, uniflori.

16.

498. Saxifraga Pyrenaica.



culo. LINN. *Syſt. Nat.* p. 305. *Spec. Plant.* p. 405. n. 31. Definitionem iſtam, quae noſtrae plantae minime convenit, nunquam hic citaſſem, niſi LINNAEUS in *Spec. Plant.* adduxiſſet HALLERI Synonymum, quod SAXIFRAGAM *noſtram* omnino demonſtrat.

Saxifraga foliis petiolatis, trifidis, caule ſubfolioſo, viſcido. HALL. *Hiſt.* n. 989.

DIAGN. *Caules ſimplices, viſcidi. Folia cuneiformia, tridentata. Pedunculi ramoſi.*

Habitat in *Vochein*, in *M. Rangor.*

Radix multicaulis. Folia ima integra, obtuſa, in petiolum brevem decurrentia. Caulis triuncialis, villis glanduloſis adſperſus, unde gluten exſudat. Folia caulina ſeſſilia, alterna ſurſum lateſcentia, apice trifida; ſegmento medio maiore. Pedunculi e ſummo caule, viſcidi, folioli, 2-3-flori, Calyx villoſus; dentibus erectis et obtuſis. Petala alba obtuſa aut emarginata, ſuberecta; unguibus flavis. Stamina flava. Receptaculum albidum.

500. SAXIFRAGA *tridactylites.*

Saxifraga foliis caulinis cuneiformibus, trifidis, alternis; caule erecto, ramoſo. LINN. *Syſt. Nat.* p. 305. *Spec. Plant.* p. 404. n. 25. *Fl. Suec.* 2. 375. *Fl. Carniol.* p. 494. n. 4.

Saxifraga foliis petiolatis, trilobatis; caule erecto, ramoſo et folioſo. HALL. *Hiſt.* n. 986.

DIAGN. *Differt a priore pedunculis unifloris, alaribus, et foliis ad baſin uſque laciniatis.*

Habitat ad muros et in Tectis.

Iuniora folia lanceolata. Caulis ramoſus. Pedunculi nudi, uniflori.

Tab. 16.

499. Saxifraga Hypnoides. 498. Saxifraga Pyrenaica.



181. KNAVEL.

RAII. TRAGI. DODON. RUPP. ADANS. *Famil. Plant. p. 506.*

Calyx quinquefidus. Corolla nulla. Semina bina, calycis imo loco adnata.

501. KNAVEL *Annuum.*

Scleranthus calycibus fructus patulis. LINN. *Syst. Nat.* p. 306. *Spec. Plant.* p. 406. n. 1.

Scleranthus floribus patulis. HALL. *Hist.* n. 1551.

DIAGN. *Radix annua. Calyces fructiferi patentes.*

Habitat in Arvis.

Adfinitas cum THESIO maior, quam cum ALCHEMILLA, hinc removendus a *Calycifloris*, in ordine naturali.

182. TUNICA.

LONIC. HALL. ADANS. *Famil. Plant. p. 252.*

Calyx coriaceus, monophyllus, squamis adpressis ad basin vallatus. Petala (5). Capsula coriacea, unilocularis, quadrivalvis, polysperma.

502. TUNICA *barbata.*

Dianthus floribus aggregatis, fasciculatis; squamis calycinis ovato - subulatis, tubum aequantibus; foliis lanceolatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 307. *Spec. Plant.* p. 409.

Tunica floribus umbellatis, squamis calycinis hirsutis, mucronatis, tubum aequantibus. HALL. *Hist.* n. 900.

DIAGN. *Folia* SAPONARIAE *officinal. Laminae petalorum longitudine calycis, infra medium punctis albis variegatae.*

Habitat circa *Pellant*, *Goriziae*, et alibi.

Squa-

Squamae calycinae (ad 6) ex ovata basi educentes acumen, quo calycis longitudinem fere adaequant.

503. TUNICA *prolifera.*

Dianthus floribus aggregatis, capitatis; squamis calycinis ovatis, obtusis, muticis, tubum superantibus. LINN. *Syst. Nat.* p. 307. *Spec. Plant.* p. 410. n. 4.

Tunica capitulo compacto, ovali; calyce universali, quadrifolio. HALL. *Hist.* n. 901.

Caryophyllus sylvestris, prolifer. C. BAUH. SEGUIER. *Veron.* I. p. 433. Tab. 7. fig. 1.

DIAGN. *Flos unus vel alter prospicit ultra squamas calycinas, qui arescens retrahitur intra easdem, moxque alius denuo prodit, tanto numero, ut alvus sobolis multitudine rumpatur.* I. BAUHIN. *Hist.* III. p. 335. Cap. IX. *Scapi tetragoni.*

Habitat inter segetes agri *Gorizienfis*, et in colle *Medeenfi.* P. WULFEN.

Aridae, apice dentatae, ovatae aut oblongae squamae, perianthium commune faciunt. Calyx aridus, brevissime quinquedentatus, binis squamulis lanceolatis ad basin auctus. Petala parva, rubra; unguibus angustis et albis. Semina rufa, alata.

504. TUNICA *carthusianorum.*

Dianthus floribus subaggregatis; squamis calycinis ovatis, aristatis, tubum subaequantibus; foliis trinerviis. LINN. *Syst. Nat.* p. 307. *Spec. Plant.* p. 409. n. 2.

Tunica fasciculis trifloris, ramos aequantibus; stipulis aristatis, maximis. HALL. *Hist.* n. 899.

Caryophyllus sylvestris; flore rubro, plurimo de summo caule prodeunte. PONTED. SEGUIER. *Veron.* I. p. 434. Tab. 7. fig. 2.

DIAGN.

DIAGN. *Calyces colorati. Petalorum laminae ſature-rubrae, ovatae, quinquedentatae.*

Habitat in *Agro Vipaccenſi*, et montanis ibidem.
Squamae calycinae (ad 7), ariſtatae.
In fertili ſolo flores in uno caule (ad 15); in ſterili vero pauciores, imo et uniflori caules. Ergo planta media inter DIANTHOS *aggregatos*, et *unifloros*.

505. TUNICA *plumaria*.

Dianthus floribus ſolitariis, corollis lacero-partitis; ſquamis calycinis ovatis, acutis. LINN. *Fl. Suec.* 1. 344. *Fl. Carniol.* p. 506. n. 2.
Dianthus floribus ſolitariis, ſquamis calycinis ſubovatis, breviſſimis; corollis multifidis, fauce pubeſcentibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 308. *Spec. Plant.* p. 411. n. 9.
Tunica petalis minutiſſime laciniatis. HALL. *Hiſt.* n. 898. BOEHM. *Lipſ.* 365.

DIAGN. *Laminae petalorum profunde laciniatae: Calyx in nulla alia ſpecie noſtrate adeo longus, et tamen capſula brevior.*

Habitat in rupibus, aridiſque ſylvarum locis.
Caulis uniflorus, biflorus, raro triflorus. Petala magna.

506. TUNICA *ſaxifraga*.

Gypſophylla foliis linearibus; calycibus angulatis; ſquamis quatuor; corollis emarginatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 306.
Tunica calycibus pelviformibus. HALL. *Hiſt.* n. 902. eadem cum DIANTHO *ſaxifrago* LINN. teſte Cl. WILLICHIO.

DIAGN. *Tenuifolius, ramoſiſſimus; Calycibus pentagonis; Petalis emarginatis, ſtaminibus etiam octo et paucioribus.*

Habitat in muris, paſſim.
Squamae calycinae ovales, acuminatae, quatuor. Capſula quadrivalvis. Semina compreſſa, nigra. Ergo

go Character DIANTHI, non GYPSOPHYLLAE. Synonyma huius plantae certa, etiamnum desunt; TUNICAM *minimam* LUGDUN, cum nostra planta non bene coniunxit. I. BAUHINUS. RAYUS non distinguit a SAXIFRAGA *veterum*, quae SILENES species est. Vitiosa est SEGUIERII synonymia; hisque confusionibus ansam forte dedit I. BAUHINUS, dum TUNICAS *duas murales* adduxit, et ita descripsit, ut statuere non liceat, quaenam ex his sit DIANTHUS *saxifragus* LINN. Ita crescunt difficultates, quia res naturales, aut non satis examinantur, aut male describuntur.

507. TUNICA *Caryophyllus.*

Dianthus floribus solitariis; squamis calycinis subovatis, brevissimis; corollis crenatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 307. *Spec. Plant.* p. 410. n. 5.
Tunica ramis unifloris et bifloris; petalis levibus; stipulis calycinis brevissimis. HALL. *Hist.* n. 896.
Caryophyllus sylvestris flore rubro inodoro; calyce oblongo cum brevibus unguibus. PONTED. SEGUIER. *Veron.* I. p. 435. n. 3. Tab. 7. fig. 3. omnino.

DIAGN. *Calycinae squamae ovatae. Petalorum laminae serratae, iisdemque squamis longiores.*

Habitat in aridis locis, *Carnioliae* calidioris.
Caulis angulatus. Folia linearia; oris obiter, ad lentem, denticulatis.

508. TUNICA *arenaria.*

Dianthus caulibus subunifloris; squamis calycinis ovatis, obtusis; petalis multifidis; foliis linearibus. LINN. *Syst. Nat.* p. 308. *Spec. Plant.* p. 412. n. 10.

DIAGN. *Folia denticulata. Calycinae squamae lanceolatae, quatuor: duabus lamina petali laciniata longioribus.*

Habitat in *Alpibus Vochinensibus.*

Spe-

Specimina quae coram habeo, et omnino conveniunt cum CARYOPHILLO *Sylveſtri* I. CLUSII, ſquamas calycinas ovatas LINN. non habent, ſed lanceolatas et petala multifida.

509. TUNICA *virginea.*

Dianthus caule ſubunifloro; corollis crenatis; ſquamis calycinis breviſſimis; foliis ſubulatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 308. *Spec. Plant.* p. 412. n. 12.

DIAGN. *Squamae calycinae ovatae. Petala emarginata, crenata.*

Habitat cum priore.

Caules uniflori, folia brevia, anguſta, denticulata.

Deſcriptio LINNAEI bona eſt, ſed figura DILLENII ab eo citata, folia iuſto latiora gerit.

183. LYCHNIS.

HALLER. *Enum. p. 373.*

Calyx monophyllus, quinquedentatus. Petala quinque; unguibus longis gracilibus, ſaepius ſtaminiferis. Stamina alterna longiora. Capſula, apice, dehiſcens, in medio craſſior.

Calyx baſi rotundatus, in CUCUBALO *Acauli,* AGROSTEMMA *Githagine,* SILENE *Quadrifida.*

— — inflexus, SILENIBUS plerisque. SAPONARIAE *Officin.*

Germen ſeſſile. SAPONARIAE *Vaccariae.* LYCHNIDI *Dioicae.*

— pedunculatum. SAPONARIAE *Officin.* SILENIBUS *plerisque.*

Capſula unilocularis. SILENES *Quadrifidae.*

— triloculāris. — *Saxifragae.*

— ſexvalvis. — *Quadrifidae.*

— octovalvis. — *Ceraſtoidis.*

Ergo

Ergo ſolus ſupereſt numerus ſtylorum, qui Ordines tantum, non vero Genera diverſa conſtituit.

(*) SAPONARIAE. *Digynae; Capſulis unilocularibus.*

510. LYCHNIS *officinalis.*

Lychnis floribus digynis, corymboſis; capſulis quadrivalvibus. *Fl. Carniol.* p. 501. n. 2.

Saponaria calycibus cylindricis; foliis ovato-lanceolatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 307. *Spec. Plant.* p. 408. n. 1.

Saponaria foliis ovato-lanceolatis, trinerviis; floribus tubuloſis, umbellatis. HALL. *Hiſt.* n. 908.

DIAGN. *Calyx cylindricus, glaberrimus. Germen tranſverſim rugoſum.*

Habitat ad muros, ſepes, vias. Iulio florens.

Calyx baſi intropreſſus, petalorum unguibus brevior. Petala bifida; auriculis ſetaceis. Germen nitidum, cylindraceum, receptaculo columnari inſidens.

511. LYCHNIS *Vaccaria.*

Saponaria calycibus pyramidatis, quinqueangularibus; foliis ovatis, acuminatis, ſeſſilibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 307. *Spec. Plant.* p. 409. n. 2. HALL. *Hiſt.* n. 907.

DIAGN. *Calyx florifer pentapterus, ut in* GENTIANA Utriculoſa, *fructifer pentagonus.*

Habitat in agro *Tergeſtino*, *Vipaccenſi*, *Gorizienſi.*

Glaberrima, tereticaulis, cubitalis, pallide virens, ex ſummis alis ramoſa, Folia baſi connata. Calyx ſemiunciam longus. Petala roſea; laminis crenulatis, emarginatis, planis, horizontaliter patentibus, ſaturatioribus venis lineatis. Capſula ovata et tunc calyx inter virides angulos albicat. Semina rotunda.

—— *Digynae; Capſulis bilocularibus.*

512. LYCHNIS *orientalis.*

Saponaria calycibus cylindricis, villofis; caule dichotomo, erecto, patulo. LINN. *Syft. Nat.* p. 307. *Spec. Plant.* p. 409. n. 4.

DIAGN. *Calyces et pedunculi tuberculofi. Petala non unguiculata. Duo feminum ordines in fingulo capfulae loculo.*

Nata in horto ex feminibus *Gorizia* adlatis, civibus cum dubio adnumeranda.

Caulis dichotomi rami patentes. Folia lanceolata, glabra, glauco-viridia, fubfeffilia carnofa. Calyces cylindrici, inaequaliter quinquedentati, tres lineas longi, unam craffi. Petala angufta; laminis rofeis, bifidis; fegmentis rotundatis. Styli interno latere villofi. Germen oblongum.

(**) *Cucubali. Trigyni; Petalis non coronatis.*

513. LYCHNIS *pumilio.*

Cucubalus caulibus unifloris, flore brevioribus. LINN. *Syft. Nat.* p. 309. *Mantiff.* p. 71.

Caryophyllus alpinus, etc. MORISON. *Hift.* I. S. 5. Tab. 25. fig. 18.

Betonica coronaria, etc. I. BAUH. *Hift.* III. p. 337.

Caryophyllus montanus. III. TABERN. CLUS. *Hift.* omnino diverfus ab alpino VII. EIUSD. ut conferenti figuram MUSCI *alpini.* I. BAUHIN. cum illa, quae BETONICAM *coronariam* exprimit, clare patebit.

DIAGN. *Calyx hirfutulus, pedunculo longior, non angulatus.*

Habitat in Alpibus *Carinthiae* vicinis. Ex *Styria* mifit etiam P. BIWALD.

Caules fimplices et ramofi, unciales et paulo longiores. Folia linea non latiora, obtufiufcula. Calyx (6-9) lineas longus, cylindricus; fub quo par unum foliorum lanceolatorum. Petala rubra; laminis ellipticis. Germen feffile. Styli breves.

III. LIN-

Ill. LINNAEI determinatio bona eſt, ſed ex ſynonymia EIUSD. vix agnoviſſem, niſi. I. BAUHINUS moneret BETONICAM ſuam *coronariam* eſſe omnino CARYOPHYLLUM, *alpinum calyce oblongo hirſutum.* CASP. *Fratris.*

514. LYCHNIS *Behen.*

Lychnis floribus trigynis, pendulis; calycibus ovatis, inflatis, venoſis; capſula ſemitriloculari. *Fl. Carniol.* p. 502. n. 4.

Lychnis triſtyla, trilocularis; calyce inflato. BOEHM. *Lipſ.* 394. Definitio haec etiam convenit CUCUBALO *baccifero* LINN.

Cucubalus calycibus ſubgloboſis, glabris, reticulato-venoſis; capſulis trilocularibus, corollis ſubnudis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 309. *Spec. Plant.* p. 414. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 394.

Viſcago calyce brachiato, nodoſo; calycibus inflatis, venoſis. HALL. *Hiſt.* n. 913.

DIAGN. *Calyx ovatus, venoſus: venis (20) ramoſis; ramis anaſtomoſantibus. Capſulae ſola baſis trilocularis; eaque ſexvalvis.*

Habitat in pratis.

Columna decagona ſuſtinet germen.

515. LYCHNIS *Otites.*

Cucubalus floribus dioicis; petalis linearibus indiviſis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 309. *Spec. Plant.* p. 415. n. 10.

Viſcago floribus verticillatis, ſpicatis, ſexu diſtinctis; petalis linearibus. HALL. *Hiſt.* n. 920.

DIAGN. *Flores dioici; maſculis apetalis.*

Habitat circa *Tergeſtum* et *Duinum*, in pratis, non rara.

Caulis paniculatus. racemis verticillatis. Calycinorum dentium margines membranacei et albi. Capſula elliptica, ſexvalvis. In floribus maſculis video rudimentum germinis trigyni.

(***) *Silenes. Trigynae; Petalis coronatis.*

516. LYCHNIS *acaulis.*

Lychnis acaulis. *Fl. Carniol.* p. 501. n. 1.
Cucubalus acaulis. LINN. *Syst. Nat.* p. 1031. *Spec. Plant.* p. 415. n. 11. *Fl. Suec.* 2. 387. nunc denuo SILENE. *Syst. Nat.* Edit. 12. p. 311.
Silene acaulis. LINN. *Fl. Lapp.* 184.
Viscago foliis gramineis, caule brevissimo, unifloro. HALL. *Hist.* n. 919.
Ocymoides muscosus. PON. *M. Bald.*

DIAGN. *Folia vix dimidiam lineam lata, tenuissime spinulosa. Calyces decagoni, glabri.*

Habitat in alpibus, cespitosa.
Pedunculi diphylli. Calyx fusco-ruber, obtuse quinquedentatus. Capsula calyce duplo longior, lucida, sexvalvis. Semina rufa, pauca.
Petalorum auriculas ruditer exprimit etiam figura PONAE.

517. LYCHNIS *baccifera.*

Cucubalus calycibus campanulatis, petalis distantibus; pericarpiis coloratis, ramis divaricatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 308. *Spec. Plant.* p. 414. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 385.
Viscago baccifera, petalis serratis. HALL. *Hist.* n. 912.

DIAGN. *Capsula ovata, nigra.*

Habitat ad sepes.
Folia ovata, villosula. Calyx semiquinquefidus, *Carpobolo* MICHELII aperto similis. Capsula in medio unilocularis. Semina (35-40), pedicellata, splendida, rugulosa, reniformia, nigricantia.

518. LYCHNIS *viscosa.*

Cucubalus floribus lateralibus, undique decumbentibus; caule indiviso; foliis basi reflexis. LINN. *Syst. Nat.* p. 309. *Spec. Plant.* p. 414. n. 4,

DIAGN.

DIAGN. *Tota viſcoſa. Calyces decagoni: angulis alternis brevioribus ramoſisque, Petalorum laminae ſemibifidae.*

Habitat in *Carniolia* interiore.

Caulis villoſulus, ramoſus. Folia ſeſſilia, baſi non reflexa, villoſula; oris modice undulatis. Calycini dentes duo longiores. Petalorum ſegmenta apicibus crenulatis. Capſula apice unilocularis.

519. LYCHNIS *quadrifida.*

Lychnis floribus trigynis; petalis quadrilobis; foliis linearibus. *Fl. Carniol.* p. 504. n. 7.

Silene petalis quadrifidis; caule dichotomo, floribus pedunculatis; foliis glabris, recurvis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 311.

Viſcago foliis teneris, recurvis; petalis quadrifidis. HALL. *Hiſt.* n. 918.

Lychnis alpina, foliis anguſtis, reflexis; petalis quadripartitis. SEGUIER. *Veron. Suppl.* p. 186. Tab. 5. fig. 1.

Lychnis ſylveſtris X. CLUS. *Hiſt.* 3. p. 291.

DIAGN. *Petala alba, emarginata, ſupra medium dente utrinque inſtructa. Capſula unilocularis, ſexvalvis; receptaculo lineari.*

Habitat in Alpibus noſtris, et ad earum radices. *Gorizia* quoque miſit. P. WULFEN.

Caules ſpithamaei; geniculis ſuperioribus viſcoſis. Folia uncialia, lanceolata. Calyx viſcidus, tres lineas longus, villis capitatis adſperſus, obiter decemſtriatus, obtuſe dentatus. Petalorum laminae quadrilobae, patulae; lobis mediis maioribus et rotundatis, lateralibus acutis. Auricularum laciniae obtuſae, ovatae. Germen receptaculo columnari impoſitum. Semina compreſſa, reniformia (ad 50), rufa; marginibus lacero-ciliatis.

Flores ſtylis (4-5) praeditos vidi in *Horto Academico Vindobonenſi* Ao. 1763. In figura CLUSII, quam

LOBELIUS mutuavit, laminarum lobi medii nimis acuminati ſunt. Figura SEGUIERII melior.

520. LYCHNIS *Saxifraga.*

Lychnis floribus trigynis, erectis; capſulis triloculatibus; foliis linearibus. *Fl. Carniol.* p. 503. n. 6. deſcriptio.

Silene caulibus ſubunifloris; pedunculis longitudine caulis; floribus hermaphroditis femineisque petalis bifidis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 311. *Spec. Plant.* p. 421. n. 26.

Lychnis minor ſaxifraga. PLUKENET. SEGUIER. *Veron.* I. p. 431. Tab, 6. fig. 1.

DIAGN. *Caules ſubuniflori. Calyx clavatus. Petala bifida. Capſula baſi trilocularis, receptaculi longitudine.*

Habitat in rupibus M. *Nanas*, et *Alpibus Vochinenſibus.*

Caules tenues, ſaepius uniflori, ſpithamaei. Margines foliorum linearium exiguis veluti denticulis ad lentem ſcabri. Calyx decemſtriatus, fructum gerit albicantem. Auriculae integrae, ovales, albidae. Germen baſi ſexlobum. Capſula flaveſcens, trivalvis. Semina (ad 50), rufa, in ſingulo loculo in duos ordines diſtributa.

521. LYCHNIS *conica.*

Silene calycibus fructiferis conicis, ſtriis triginta; foliis mollibus; petalis bifidis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 310. *Spec. Plant.* p. 418. n. 12. IACQUIN. *Auſtr.* p. 77. Obſ. 38.

DIAGN. *Folia lanceolata, Calyces conici, ſtriis (30). Petalorum laminae roſeae et crenulatae.*

In horto nata, ex ſeminibus indigenis dictis.

Caulis genicula ſuprema modice viſcoſa. Folia ſeſſilia, digitum longa. Calycinae ſtriae villoſae, dentes conniventes et ultra faucem corollae elati. Interna calycis ſuperficies adſperſa glandulis flavis, ſtipitatis.

tis. Auriculae albae, bifidae, quadrifidae. IACQUIN.

522. LYCHNIS *ceraſtoides.*

Silene hirſuta: petalis emarginatis; fructibus erectis; calycibus ſubſeſſilibus, ſubpiloſis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 310. *Spec. Plant.* p. 417. n. 6.

DIAGN. *Tota hirſuta. Calyces alterni, ſubſeſſiles; ſtriis longitudinalibus fuſco-viridibus lineati.*

Habitat circa *Tergeſtum* et *Goriziam.*

Caulis ſpithamaeus. Folia lanceolata. Filamentorum baſes villoſae. Capſula octovalvis.

523. LYCHNIS *inaperta.*

Silene caule dichotomo, paniculato; calycibus laevibus, petalis breviſſimis, emarginatis, foliis glabris, lanceolatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 311. *Spec. Plant.* p. 419. n. 19.

DIAGN. *Caulis dichotomus. Folia lanceolata. Calyces decem ſtriati. Petala albida, emarginata.*

Habitat circa *Tergeſtum.*

Planta glabra, ſemipedalis. Pedunculus axillae primae uncialis. Calyx dilatatus, glaber.

524. LYCHNIS *Vulnerata.*

Silene (*quinquevulnera*). LINN. *Syſt. Nat.* p. 309.

DIAGN. *Folia lanceolata, ſubtus punctis impreſſis obſcuris notata. Pedunculi lineares, alares, ſolitarii. Petala rubra; marginibus albis.*

Nata ex ſeminibus, inter indigena, communicatis.

Caulis petalis, teres, ramoſus, villoſus. Folia lanceolata, villoſula. Calyces decemangulati; angulis, rubris. Petalorum laminae ſubrotundae, integrae et emarginatae; auriculis albis.

525. LYCHNIS *nutans.*

Lychnis petalis bifidis, floribus lateralibus, ſecundis, cernuis; panicula nutante. LINN. *Syſt.*

 Nat.

Nat. p. 1031. *Spec. Plant.* p. 417. n. 7. *Fl. Suec.* 2. 388. nunc SILENE *Syst. Nat.* Edit. 12. p. 310.

Lychnis floribus trigynis, fecundis, paniculatis, pendulis; petalis convolutis, bifidis. *Fl. Carniol.* p. 503. n. 5.

Viſcago foliis lanceolatis, hirſutis; floribus paniculatis, nutantibus. HALL. *Hiſt.* n. 915.

DIAGN. *Petala ſemibifida; ſegmentis ubique lineam latis, ſe convolventibus. Receptaculum ſeminale acumine terminatum.*

Habitat ad vias et loca ſicca.

Pedunculi et calyces capitatis villis pubeſcentes, unde gluten exſudat. Calyces decemangulati. Petala ſubtus certe rubella, Auriculae indiviſae, acuminatae, antheris duplo longiores. Styli longi, dilatati. Capſulae apex unilocularis, a I. BAUHINO iam dudum obſervatus. Semina (45-50).

526. LYCHNIS *Armoraria.*

Lychnis viſcoſa VI. C. BAUH. *Pin.* p. 205.
Centaurium adulterinum. I. BAUH. *Hiſt.* p. 355.
Viſcaria ſativa. TABERNEM. *Hiſt.* p. 680.

DIAGN. *Flores corymboſi. Calyces clavati, decemſtriati. Petala integra.*

Habitat *Tergeſti.*

Caulis apice dichotomus. Folia ovato-oblonga, glabra, glauco-viridia. Petala rubra. Capſula oblonga, longe pedunculata, trilocularis, ſexvalvis.

(****) *Agroſtemmae. Pentagynae.*

527. LYCHNIS *Githago.*

Lychnis floribus pentagynis; petalis nudis, calyce brevioribus. *Fl. Carniol.* p. 505. n. 9.

Agroſtemma hirſuta; calycibus corollam aequantibus; petalis integris, nudis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 319. *Spec. Plant.* p. 435. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 407.

Lych-

Lychnis calycibus longiſſime caudatis. HALL. *Hiſt.* n. 926.

Pſeudo-Melanthium. MATTHIOL. *Dioſc.* p. 529.

DIAGN. *Dentes calycini corolla longiores. Petala obtuſa, ſubtus ſplendentia.*

Habitat in arvis ſecalinis.

Calyx coriaceus, decagonus, piloſus. Germen ſeſſile. Capſula coriacea decemſtriata, interne ſubargenteo nitore fulgens. Semina nigra.

528. LYCHNIS *Flos-Cuculi.*

Lychnis floribus pentagynis; petalis laciniatis. *Fl. Carniol.* p. 504. n. 8.

Lychnis petalis quadrifidis; fructu ſubrotundo. LINN. *Syſt. Nat.* p. 319. *Spec. Plant.* p. 436. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 408. HALL. *Hiſt.* n. 921.

DIAGN. *Caulis ſulcati baſis nodique rubri. Petala roſea, quadrifida; laciniis lateralibus brevioribus, et anguſtioribus.*

Habitat in pratis udis.

Foliorum apices rubelli, latera reflexa. Calyx petalorum unguibus brevior. Petalorum laminae patulae. Auriculae cordiformes. Germen ſeſſile. Styli divaricati, longitudine germinis.

529. LYCHNIS *Viſcaria.*

Lychnis petalis ſubintegris. LINN. *Syſt. Nat.* p. 319. *Spec. Plant.* p. 436. n. 3. *Fl. Suec.* 2. 409.

DIAGN. *Paniculata, viſcoſitatem etiam mortua diu retinens; petalis integris; Capſula 5-loculari.*

Habitat *Goriziae* et *Tergeſti.*

Racemi oppoſiti, corymboſi. Calyx fructui aequalis. Petala rubra. Capſula apice uniloculari.

530. LYCHNIS *dioica.*

Lychnis floribus dioicis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 319. *Spec. Plant.* p. 437. n. 6. *Fl. Suec.* 2. 411. *Fl. Carniol.* p. 505. n. 10. HALL. *Hiſt.* n. 922.

DIAGN. *Flores in una planta* MASCULI, *glandula nectarifera ad basin staminis cuiusque brevioris. In alia* FEMINEI; *squamis (5) nectariferis, germini circumpositis, emarginatis, petala sustinentibus; Capsula uniloculari.*

Habitat in sylvestribus locis.

VAR. 1. *Albo flore.*

Ex emarginatura squamarum nectariferarum *Feminei floris*, nascitur acumen. Auriculae bifidae. *Masculi floris* auriculae 4-fidae filamenta villosa.

— 2. *Rubro flore.*

Mas auriculis 3-4-fidis; Antheris albis. *Femina* calyce turgidiore.

184. CHERLERIA.

HALL. *Hist. p. 591.*

Calyx pentaphyllus. Petala nulla. Nectaria quinque, emarginata, antherifera. Capsula trivalvis; valvis dispermiis. Semina pedicellata.

531. CHERLERIA *Sedioides.*

Cherleria HALL. LINN. SEGUIER. *Fl. Carniol.* IACQUIN. ADANS.

DIAGN. *Cespitosa; gemmis caulinis; calycinis foliis tri-striatis.*

Habitat ad Alpium semitas.

Petala a nectariis distincta nondum vidi. Facilis delapsus antherarum inponere potest, ac si filamenta aliqua forent sterilia.

Culta planta produxit nectaria decem, integra, nec non filamenta omnia ex receptaculo.

185. STEL-

185. STELLARIA.

Alsines genus naturale comprehendit Saginam, Alsinem, Moehringiam, Stellariam, Arenariam, Spergulam. LINN. omnibus enim idem numerus foliorum calycis et petalorum, ſtamina petalis non pauciora, ſtyli non plures quam petala, capſula coriacea unilocularis apice dehiſcens in valvas tot ſaltem, quot ſunt petala. Praeterea glandulae nectariferae coniungunt Saginam *Procumbentem*, Alsinem *Mediam*, Stellariam *Holoſteam*, Arenariam *Rubram*. Capſula quadrivalvis communis eſt Saginae *Procumbenti* et Moehringiae. Cum vero leges methodi ſexualis ſeparaverint Saginam, Alsinem et Moehringiam, ob ſtamina (4-5-8), ita reliquos Fratres, quibus ſtamina decem ſunt, ſimul omnes relinquere, et ſub Nomine Stellariae proponere viſum eſt, Lychnidis exemplo, quae ſpecies trigynas et pentagynas, nec non petala bifida et integra comprehendit.

(*) *Legitimae. Trigynae; Petalis bifidis.*

532. Stellaria *nemorum.*

Stellaria foliis cordatis, petiolatis; panicula pedunculis ramoſis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 311. *Spec. Plant.* 421. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 391.

Alſine foliis petiolatis, ovato-lanceolatis; petalis bipartitis. HALL. *Hiſt.* n. 880.

Diagn. *Folia cordata, petiolata.*

Habitat in ſylvis.

Duplex varietas occurrit, et quidem una erecta, pedalis, internodiis rubellis. Huic folia utrinque villoſula, inferius petiolata, ſub ramis floribusque ſeſſilia; petiolis villoſis, canaliculatis. Calyx erectus villo-

villofulus; marginibus albidis. Petala fere ad bafin ufque bifida. Glandula inter ftamina longiora et calycem.

Altera, longos, filiformes, multosque caules per terram fpargit; foliis omnibus petiolatis, quae eft ALSINES *maior, repens, perennis.* I. BAUHINI, et ALSINE *montana hederacea* COLUMNAE.

533. STELLARIA *dichotoma.*

Stellaria foliis ovatis, feffilibus; caule dichotomo; floribus folitariis; pedunculis fructiferis reflexis. LINN. *Syft. Nat.* p. 311. *Spec. Plant.* p. 421. n. 2.

Myofotis foliis petiolatis, cordatis, tubis ternis. HALL. *Hift.* n. 886.

DIAGN. *Folia ovata. Pedunculi uncia longiores, recti, deflexi.*

Circa *Goriziam*, P. WULFEN.

Omnia fubvillofa. Styli hirfuti, apice deflexi. Semina rufa, compreffa.

534. STELLARIA *Holoftea.*

Alfine floribus decandris, trigynis; foliis lanceolatis; petalis bifidis. *Fl. Carniol.* p. 497. n. 4.

Stellaria foliis lanceolatis, ferrulatis; petalis bifidis. LINN. *Syft. Nat.* p. 311. *Spec. Plant.* p. 422. n. 4. *Fl. Suec.* 2. 392. nota petalorum bifidorum fuperflua videtur, cum effentiam Generis conftituat.

Alfine foliis gramineis, ciliatis. HALL. *Hift.* n. 884.

DIAGN. *Folia graminea; marginibus tenuiffime ferrulatis. Petala femibifida.*

Habitat ad fepes circa *Lokopolim, Pellant, Seirach, Labacum.* &c.

Petala calyce fere duplo longiora. Glandulae nectariferae cohaerentes, coronae adinftar, germen ambiunt.

535. STEL-

535. STELLARIA *graminea.*

Alfine floribus decandris, trigynis, paniculatis, foliis linearibus. *Fl. Carniol.* p. 498. n. 5.

Stellaria foliis linearibus, integerrimis; floribus paniculatis. LINN. *Syft. Nat.* p. 312. *Spec. Plant.* p. 422. n. 5. *Fl. Suec.* 2. 393.

Alfine foliis lanceolatis, lineatis, petiolis ramofis. HALL. *Hift.* n. 882.

DIAGN. *Folia graminea, integerrima. Petala ad bafin usque bifida.*

Habitat circa hortos.

Caulis quadratus. Corolla calyce paulo longior. Germen pallide luteum.

(**) *Arenariae Trigynae; Petalis integris.*

Fere infuperabiles difficultates occurrunt in extrincandis ALSINIBUS *tenuifoliis*, quae hactenus, aut male determinatae, aut non bene diftinctae funt. Ill. HALLERUS in his multum laboris impendit, et tamen difcrimina, faepe nimis minuta dedit, quae non fufficere videntur diftinguendis fpeciebus. LINNAEUS alioquin incomparabilis, in tenebris hifce, lucem aliquam vix fupeditavit, ut Authorum figuris omnino indigeat ille, qui eius differentias rite capere voluerit. Ego vero meorum fpeciminum differentias conftantes et repetitis obfervationibus inventas, in medium proferam, aliis iure relicto, fpecies ftatuendi, aut aptius denominandi.

536. STELLARIA *Ciliata.* Tab. 17.

DIAGN. *Folia imbricata, femicylindrica; marginibus infra medium ciliatis.*

Habitat in fummis *Alpibus Vochinenfibus.*

Cau-

Caules diffusi, filiformes, teretes, molles, dichotomi, foliis aridis vestiti. Rami erectiusculi. Folia laete viridia, duas lineas longa, acuminata, nullo aculeo terminata. Pedunculi uniflori, villosuli, vix semiunciam longi. Calycina folia oblonga, glabra, acuminata, absque spina dorsali. Petala alba, elliptica, integerrima, obtusa, calyce duplo longiora. Stamina alba; antheris pallide luteis. Styli tres erecti, breves. Capsula sexvalvis, tetrasperma. Semina reniformia, splendentia, nigerrima, hilo albo instructa.

An haec ALSINE *foliis linearibus, obtusis; petalis integris.* HALL. *Emend.* I. n. 70.

537. STELLARIA *Aculeata.* Tab. 17.

Alsine foliis sulcatis, aculeatis, petiolis unifloris; petalis integris. HALL. *Enum.* p. 388. n. 1.

DIAGN. *Folia in spinulam mollem desinentia. Petala calyce duplo longiora.*

Habitat in montibus circa *Goriziam*, P. WULFEN.

Caules villosuli. Folia triquetro - carinata, infra medium ciliata, in acutissimum mucronem sensim attenuata. Calyx villosulus; foliis oblongis, pariter spinula terminatis. Petala obtusa et alba.

538. STELLARIA *Rubra.* Tab. 17.

Alsine foliis fasciculatis, tenuissimis durisque; petalis integris. HALL. *Hist.* p. 389. sic certus ait WILLICH. in litt.

DIAGN. *Caulis rigidus. Folia trinervia, basi connata et spathacei coloris, in acutum et longum mucronem attenuata. Ex qualibet ala brevis ramus. Capsula tenuis, trivalvis.*


Habitat in collibus apricis, circa *Vipaccum.*

Rigiditas totius plantae et fructus, huic essentialis. Semina reniformia, tuberculosa, non ultra (6).

539. STEL-

Tab. 17.

536. Stellaria Ciliata.



538. Stellaria Rubra.



537. Stellaria Aculeata.



Tab. 18.


541. Stellaria Laricifolia.
540. Stellaria Rupestris.
Rein sc. A.V.

539. STELLARIA *saxatilis*.

Arenaria foliis subulatis; caulibus paniculatis; calycum foliolis ovatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 313. *Spec. Plant.* p. 424. n. 7.

Alsine foliis linearibus, petalis calyce longioribus. HALL. *Hist.* n. 867.

Alsine saxatilis et multiflora capillaceo folio. VAILLANT. *Paris* p. 7. Tab. 2. fig. 3.

DIAGN. *Folia plana, unica dorsali linea subtus instructa. Petala calyce longiora.*

Habitat in *Alpibus Vochinensibus.*

Radix multicaulis. Caules tenues plerumque biflori. Folia glabra. Pedunculi villosi. Calycina folia oblonga, glabra, trilineata; marginibus albidis. Petala calyce fere duplo longiora, ad basin modice lanuginosa. Capsula oblonga. Semina fulva (ad 8), reniformia, in margine denticulata, compressa.

ALSINE *tinuifolia muscosa* SEGUIERII, huc potius referenda, ob petala calyce longiora.

540. STELLARIA *Rupestris*. Tab. 18.

DIAGN. *Folia plana, subtus trinervia. Petala calyce breviora.*

Habitat in rupibus alpinis.

Radix multicaulis. Caules villosuli, digitum longi, pauciflori. Petala ovata, acuminata.

An haec ARENARIA *striata*. LINN. ALSINE *tenuifolia* VAILLANT. Tab. 3. fig. 1. huic proxima, ob petala calyce minora; sed flores in meis speciminibus duplo maiores, nec petala obtusa.

541. STELLARIA *laricifolia*. Tab. 18.

Arenaria foliis setaceis, caule superne nudiusculo; calycibus subhirsutis. LINN. *Syst. Nat.* p. 313. *Spec. Plant.* p. 424. n. 9.

Alsine foliis linearibus angustissimis, calycibus tubulosis, villosis, HALL. *Hist.* n. 869.

DIAGN.

DIAGN. *Folia teretiufcula, rigida, pallide viridia. Pedunculi longi, pauciflori.*

Habitat in Alpibus.

Radix perennis, multicaulis. Ex alis foliorum oriuntur alia foliola, quae funt rudimenta ramorum, et ita fit foliorum veluti fafciculus. Calyces modice villofi, tenues, acuti, capfula longiores.

(***) *Spergulae. Pentagynae; Petalis integris.*

542. STELLARIA *arvenfis.*

Alfine floribus decandris, pentagynis; foliis verticillatis. *Fl. Carniol.* p. 499. n. 8.

Spergula foliis verticillatis; floribus decandris. LINN. *Syft. Nat.* p. 321. *Spec. Plant.* p. 440. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 410. GLEDITSCH. *Diff.* P. 2. V.

Alfine foliis verticillatis; feminibus rotundis. HALL. *Hift.* n. 873.

DIAGN. *Folia nitida, teretiufcula, verticillata. Panicula laxa, dichotoma.*

Habitat in agris *Carnioliae* montanae.

Folia fuperne fubcanaliculata. Capfula quinquevalvis, continens femina (12—16). Stamina 5. 7. 8. 10. Semina nigra, afpera, angufto annulo cincta. GLEDITSCH. *l. c.* p. 293.

543. STELLARIA *pentandra.*

Spergula foliis verticillatis; floribus pentandris. LINN. *Syft. Nat.* p. 321. *Spec. Plant.* p. 440. n. 2.

DIAGN. *Sub fingulo verticillo ftipulae ovatae et membranaceae. Semina nigricantia albo et membranaceo margine cincta.*

Habitat *Tergefti.*

Caules fpithamaei, rigiduli, erecti. Folia brevia, linearia. Folia calycina alterna ovata. Pedunculi villofuli. Capfula cartilaginea, calyce longior, trivalvis. Receptaculum, dum adhuc femina fuftinet, figuram habet coni, aut ftrobili alicuius.

544. STEL-

544. STELLARIA *Serpillifolia.*

Alſine foliis ovato-lanceolatis, ſubhirſutis; petalis calyce brevioribus. HALL. *Hiſt.* n. 875.

DIAGN. *Tota villis hiſpida, ramoſiſſima; foliis ovatis aut oblongis; Petalis calyce minoribus; capſulae baſi decagona.*

Habitat in aridis et ſylveſtribus locis.

Folia ſeſſilia, acuminata. Calyces acuti, petalis longiores. Capſula in *Carniolia* raro calyce longior eſt, nec ſtyli tres, ſed quinque. In ſpecimine a Cl. GRONOVIO miſſo, habitus idem, ut in noſtris, ſed capſula calyce longior, et etiam ſexvalvis.

Eſt omnino ARENARIA *ſerpillifolia.* LINN.

545. STELLARIA *nodoſa.*

Spergula foliis oppoſitis, ſubulatis, laevibus; caulibus ſimplicibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 321.

Alſine foliis ſuperioribus faſciculatis. HALL. *Hiſt.* n. 871.

DIAGN. *Plantula triuncialis; foliis linearibus; cauliculis unifloris; petalis integris, et calyce non longioribus.*

In M. S. *Magdalenae* inveni, circa *Idriam.*

Ceſpitoſa eſt, pulchre virens, glabra, variat numero ſtylorum (3 — 4 — 5). Petala gerit ovata, alba, ſtylos albos, capſulam ovalem. Mollis ſpinula terminat folia. Sub his ceſpitulis latent ſaepe formicarum familiae. Floret initio Iunii.

(****) *Ceraſtia. Pentagyna. Petalis bifidis.*

Huc pariter revocanda CERASTIA *Sphaerocarpa,* quae conſtituunt ordinem II. CERASTIORUM LINN.

546. STELLARIA *aquatica.*

Ceraſtium foliis cordatis, ſeſſilibus; floribus ſolitariis; fructibus pendulis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 320.

p. 320. *Spec. Plant.* p. 439. n. 12. *Fl. Suec.* 2. 413.

Alſine foliis ovato-cordatis, imis petiolatis; tubis quinis. HALL. *Hiſt.* n. 885.

Alſine II. maior. TABERNEM. p. 1086.

DIAGN. *Folia ſeſſilia, patula, adnata anulo internodium ambiente. Summitates ramorum viſcoſae. Receptaculum ſeminale angulis obtuſis ſeptem.*

Habitat circa ſepes in udis.

Caules tripedales, proſtrati, ni fulcrum habeant, ſubtetragoni. Folia baſi cordata, longa. Calyx villoſus. Petala ad baſin uſque bipartita, lineis longitudinalibus prominentibus ſimplicibus ramoſisque ſtriata. Stamina omnia fertilia. Pedunculi fructiferi deflexi. Capſula cartilaginea, pyriformis, quinquevalvis. Receptaculum ſeminale ſimile ſtercori larva, Inſecti *Lepidopteri.*

547. STELLARIA *repens.*

Ceraſtium foliis lanceolatis; pedunculis ramoſis; capſulis ſubrotundis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 320. *Spec. Plant.* p. 439. n. 8.

DIAGN. *Caulis procumbens, Petala ſemibifida, calyce duplo longiora.*

Habitat in ſylveſtribus locis.

Caulium ſummitates, ad genicula, viſcoſae. Folia lanceolata, acuminata. Stamina omnia antherifera. Germen ovale.

Stellariae praebent Bobus gratiſſimum pabulum.

PENTAGYNIA.

186. CENTUNCULUS.

PLIN. ADANS. *Famil. Plant. p. 256.*

Genus hoc comprehendit CERASTIA LINNAEI, quae capſulas habent ceratoides, oblongas, cartilagineas, apice decemdentatas.

548. CEN-

548. CENTUNCULUS *arvenſis.*

Ceraſtium foliis lineari-lanceolatis, obtuſis, glabris; corollis calyce maioribus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 320. *Spec. Plant.* p. 438. n. 5.

Myoſotis foliis linearibus, lanceolatis; petalis calyce duplo longioribus. HALL. *Hiſt.* n. 899.

DIAGN. *Petala lineata, fere ſemibifida, calyce fere duplo longiora.*

Habitat in arvis et pratis.

Stamina omnia fertilia. Stigmata flaveſcentia. Capſula calyce duplo longior. Semina (ad 80). Folia non ſunt obtuſa.

549. CENTUNCULUS *ſemidecander.*

Ceraſtium floribus pentandris; petalis emarginatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 320. *Spec. Plant.* p. 438. n. 3.

Myoſotis caule ſimplici; foliis ovatis, hirſutis, tubis ternis. HALL. *Hiſt.* n. 894.

DIAGN. *Petala profunde emarginata, calyce breviora.*

Habitat circa hortos et vias.

Stamina quinque et tres ſtylos numerat Ill. HALLERUS, ego vero ſtamina decem, et quidem omnia antherifera, una cum ſtylis quinis. Filamenta exteriora antheras facile et citius dimittunt, unde nata fortis obſervatio LINNAEI de ſtaminibus quinis ſterilibus, totidemque fertilibus. Eandem plantam habeo a Cel. GRONOVIO, cui miſit DILLENIUS. Capſula quinquevalvis: valvis bifidis. Semina rufa, rotundato-reniformia, tuberculoſa.

550. CENTUNCULUS *alpinus.*

Ceraſtium foliis ovato-lanceolatis; caule diviſo; capſulis oblongis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 320. *Spec. Plant.* p. 438. n. 7. *Fl. Suec.* 2. 418.

Myosotis foliis ovato-lanceolatis, subhirsutis; petalis calyce duplo longioribus. HALL. *Hist.* n. 888.

DIAGN. *Folia ovato-lanceolata, patula, Pedunculi tres, umbellati. Calyces obtusi, glabri.*

Habitat in alpibus ad fontium scaturigines, in *Vochein*, loco dicto *Kointschka.*

Caules antiqui iacent, novi eriguntur triunciales, villosuli. Folia sessilia, villosula, semiunciam longa. Petala calyce duplo longiora. Capsula 5-valvis: valvis bifidis.

551. CENTUNCULUS *Augustifolius.* Tab. 19.

Myosotis caule hirsuto; foliis peranguftis, glabris; flore calycem excedente. HALL. *Enum.* I. p. 384. n. 2.

Caryophyllus VII. C. BAUH. *Prodr.* p. 104.

DIAGN. *Folia lineari-lanceolata, mollia, Capsula calyce brevior.*

Habitat in *Alpibus Vochinensibus*

Caules digitum longi foliosi et floriferi. Hi villosiores et longiores gerunt folia calycina carinata, villosa, acuminata; Petala non profunde bifida, calyce longiora; Capsula decem valvis.


552. CENTUNCULUS *Rigidus.* Tab. 19.

DIAGN. *Folia lanceolata, rigida, aspera, Caulis bis bifidus. Capsula calyce paulo longior.*

Habitat cum priore.

Caulis quadriuncialis, erectus, rigidus, reflexis densisque villis hirtus. Folia quatuor lineas longa, unam lata, acuminata, dura, pariter aspera. Sub singula dichotomia binae bracteae, calyce breviores. Calycina foliola lanceolata, villosa. Petala calyce longiora. Capsula apice decemdentata; dentibus ferrugineis.


Tab. 19.
551. Centunculus Angustifolius.
552. Centunculus Rigidus.



187. SEDUM.

HALL. *Hiſt.* 408. LUDW. *D. G.* 613. *Fl. Carniol. p.* 490.

Et huic generi violenta eſt Methodus artificialis, diſpergens gentem, quam habitus, nectarium, et proportio numerica partium floris et fructus, in unam manifeſte coniungunt. Huic germina et ſiliculae tot, quot folia calycina, quotque petala. Calyx perſiſtens. Stamina (6-12). Capſulae polyſpermae.

553. SEDUM *Telephium.*

Sedum foliis planis, ovatis, ſerratis; cymis lateralibus, corymboſis. *Fl. Carniol.* p. 491. n. 2.

Sedum foliis planiuſculis, ſerratis; corymbo folioſo; caule erecto. LINN. *Syſt. Nat.* p. 316. *Spec. Plant.* p. 430. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 400.

Sedum androgynum, foliis confertis ſerratis, floribus denſe umbellatis. HALL. *Hiſt.* n. 954.

DIAGN. *Folia plana, elliptica, obiter ſerrata. Corymbi tres, trifido-ramificati.*

Habitat circa rupes.

Stamina petalis interpoſita pollinem citius effundunt. Siliculae ſubtetragonae ſunt.

554. SEDUM *Haematodes.*

DIAGN. *Caules unciales. Folia oblonga, obtuſa, glabra, rugoſula, adnato-ſeſſilia, flavo-punctata.*

Habitat in *Alpibus Tolminenſibus* et *Vochinenſibus.*

Caules ſanguinei, angulati, ramoſi, erecti, rigiduli, auriculari digito breviores. Folia carnoſa, alterna, ſuperne convexa, ſubtus plana, poſtice deorſum gibba, tres lineas longa, unam et dimidiam craſſa. Cyma bifida, erecta, cum intermedio flore pedunculato. Calyx rubro viridis. Petala ſanguinea, acuminata.

Antherae luteae. Capſulae rubrae. Tota planta inſipida.

Non eſt SEDUM *rubens*. LINN. cui caules palmares et agreſtis patria, neque SEDUM *ſaxatile hirſutum purpureum*. C. BAUHINI. Videtur SEDUM *rubrum alpinum* parvum. SCHEUCHZ. *It. Alp.* Tom. I. p. 48. Tab. 6. fig. 3. 4.

555. SEDUM *daſyphyllum*.

Sedum foliis oppoſitis, ovatis, obtuſis, carnoſis; caule infirmo; floribus ſparſis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 317. *Spec. Plant.*. p. 431. n. 8.

Sedum foliis conicis, obtuſis, glaucis, reticulatis; caule ramoſo, viſcido. HALL. *Hiſt.* n. 961.

Sedum parvum &c. I. BAUHIN. *Hiſt.* III. p. 691.

DAIGN. *Caulis debilis. Folia ovata, craſſa, obtuſa, rubris punctis variegata. Styli ſex.*

Habitat in muris ad *Arcem Veldes*, et alibi.

Craſſities foliorum glauco-viridium deprimit caulem. Huic rubro punctata folia. Petala oblonga, intus alba, extus rubella. Filamenta petalis breviora. Germina et ſtyli ſex.

556. SEDUM *album*.

Sedum foliis teretibus, compreſſis acutis; cyma trifida; floribus pedunculatis. *Fl. Carniol.* p. 491.

Sedum foliis oblongis, obtuſis, teretiuſculis, ſeſſilibus, patentibus; cyma ramoſa. LINN. *Syſt. Nat.* p. 317. *Spec. Plant.* p. 432. n. 10. *Fl. Suec.* 2. 492.

Sedum caule glabro foliis teretibus; umbellis ramoſis; floribus petiolatis. HALL. *Hiſt.* n. 959.

DIAGN. *Folia compreſſo-teretia, ſemiuncialia anguſta, patentiuſcula, ſeſſilia. Petala alba acuminata, linea rubra in medio lineata.*

Habitat in muris.

Flo-

Flores fubfeffiles. Antherae rubrae. Calyces acuminati, non rotundati. HALLER. Folia non obtufa. LINN. unitatem partibus quandoque addunt.

557. SEDUM *rupeftre.*

Sedum foliis fubulatis, quinquefariis, confertis, bafi folutis; floribus cymofis. LINN. *Syft. Nat.* p. 317. *Spec. Plant.* p. 431. n. 9.

DIAGN. *Folia attenuata, acuminata, feffilia, liberam membranulam e bafi demittunt, et cauli adponunt.*

Habitat *Tergefti.*

558. SEDUM *fexangulare.*

Sedum foliis teretibus, obtufis, patulis; cyma trifida; floribus folitariis. *Fl. Carniol.* p. 491. n. 4.

Sedum foliis fubovatis, adnato-feffilibus, gibbis, erectiufculis, fexfariam imbricatis. LINN. *Syft. Nat.* p. 317. *Spec. Plant.* p. 432. n. 13. *Fl. Suec.* 2. 404.

Sedum foliis conicis, confertis; caulibus ramofis; fummis trifidis. HALL. *Hift.* n. 966.

DIAGN. *Folia imbricata in columnam hexagonam.*

Habitat circa hortos, in muris, apud nos faepius infipidum.

Caules antiqui decumbunt, novi adfcendunt, folia hyeme perfiftunt, flores feffiles et flavi funt.

559. SEDUM *Tectorum.*

Sedum foliis planis ciliatis; propaginibus patentibus. *Fl. Carniol.* p. 490 Sempervivum LINN. *Syft. Nat.* p. 335. *Fl. Suec.* 2. 428.

Sedum rofulis glabris, ciliatis; petalis conglutinatis, lanceolatis, hirfutis, &c. HALL. *Hift.* n. 949.

DIAGN. *Flores dodecandri. Folia ciliata. Scapus foliofus, apice ramofus; ramis patulis; floribus fecundis.*

Habitat ad rupes, et muros.

Eradicatum vegetat ut alia *Seda.*

560. SEDUM *Rofeum.*

Rhodiola. LINN. *Syft. Nat.* p. 657. *Fl. Suec.* 2. 912.

Sedum fexu diftinctum; foliis ferratis; floribus denfiffime umbellatis. HALL. *Hift.* n. 953.

DIAGN. *Radix fuaveolens. Caules fimplices. Folia lanceolata, fuperne dentata. Flores dioici, tetrapetali.*

Habitat in M. *Grindovitz*, non vero fupra *Vipaccum*, ut ait MATTHIOLUS.

Radix ramofa, craffa, reptans. Caules teretes, glabri. Folia cultae plantae apice tantum dentata.

Si numerus ftaminum et ftylorum, nec non fexus, in multis aliis Generibus Linnaeanis non attenditur, poterunt et haec *Seda*, cum aliis fub unico Genere militare.

Vidi flores mafculos cum rudimento feminei fexus, cui circumftabant fquamulae quatuor nectareae. Stamina non femper octo, fed (6—10). Siliculae (3—6).

188. OXYS.

PLIN. FUCHS. TOURN. *I. R. H. p. 88. Tab. 19.*

Calycina folia et petala (5). Stamina quinque breviora. Capfula angulis elaftice diffiliens.

561. OXYS *Acetofella.*

Oxalis fcapo unifloro; foliis ternatis; radice fquamofo-articulata. LINN. *Syft. Nat.* p. 318. *Spec. Plant.*

Plant. p. 433. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 406. *Fl. Carniol.* p. 486. HALL. *Hist.* n. 928.

Trifolium acetosum. MATTH. *Diosc.* p. 555.

DIAGN. *Pedunculi uniflori e radice squammosa et dentata.*

Habitat in humo umbrosis in locis.
Petala naturaliter alba, maculam flavam in ungue gerunt.

562. OXYS *corniculata.*

Oxalis caule ramoso, diffuso; pedunculis umbelliferis. LINN. *Syst. Nat.* p. 318. *Spec. Plant.* p. 435. n. 11.

DIAGN. *Caulis prostratus. Folia et umbelliferi pedunculi e caule oriuntur.*

Habitat *Tergesti* et *Goriziae*, in siccis.
Caules teretes, villosuli, rubelli. Folia utrinque viridia. Petala flava, rotundata. Stamina basi coalita. Antherae flavae. Stigmata bifida. Pellicula rubra, semina tegens.

CLASSIS XI.
DODECANDRIA
MONOGYNIA.

189. ASARUM.

LINN. *Gen. Plant.* 522.

Europaea proles non eſt *Monogynia*, ſed *Hexagynia*, nam licet ſtyli primo connati, unicum prae ſe ferant, apice tamen ſunt liberi, et dum capſula in ſex locula dividitur, tunc ſtyli ſeparantur, et quilibet ſuum loculum ſeorſim terminat; cuius baſi adfixa ſunt ſemina quatuor cuneiformia. Hanc capſulae fabricam vidit etiam Cl. WILLICH. Singulum loculum ſepto longitudinali in duas partes dividitur, eidemque utrinque bina ſemina adhaerent.

Numerus ſegmentorum Calycis quadruplo minor ſtaminum numero, et duplo loculorum capſulae, conſtituit genus naturale.

563. ASARUM *Europaeum.*

Aſarum foliis reniformibus, obtuſis, binis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 325. *Spec. Plant.* p. 442. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 421. *Fl. Carniol.* p. 265.

Aſarum foliis reniformibus, ſubhirſutis. HALL. *Hiſt.* n. 1547.

DIAGN. *Stipes radicalis, petiolos binos ſuſtinet, inter quos pedunculus uniflorus et nudus. Folia haemiſphaerico - cordata.*

Habitat in ſylveſtribus, umbroſisque locis, circa *Idriam.* Antherae unco terminatae.

190. POR-

190. PORTULACA.

TOURN. *Inſt. R. H. p. 263. Tab. 118.*

Neque haec ſpecies *Monogynia*, ſed *Pentagynia*, ut iam pridem vidit HALLERUS. Calyx bifolius. Petala quinque, et Capſula circumciſſa, eſſentiam conſtituunt.

564. PORTULACA *oleracea.*

Portulaca foliis cuneiformibus; floribus ſeſſilibus, LINN. *Syſt. Nat.* p. 328. *Spec. Plant.* p. 445. n. 1. HALL. *Hiſt.* n. 968.

DIAGN. *Glabra, ramoſiſſima, procumbens, ſucculenta; floribus ſeſſilibus, glomeratis, alaribus.*

Habitat in, et circa hortos.

191. LYTHRUM.

LINN. *Gen. Plant.* 532.

Petala et ſtamina calyci duodecimfido inſerta. Capſula bilocularis, polyſperma.

565. LYTHRUM *Salicaria.*

Lythrum foliis oppoſitis, lanceolatis; floribus ſpicatis, dodecandris. LINN. *Syſt. Nat.* p. 1045. *Spec. Plant.* p. 446. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 422. *Fl. Carniol.* p. 577.

Salicaria foliis lanceolatis, ſubhirſutis; floribus ſpicatis. HALL. *Hiſt.* n. 854.

DIAGN. *Oppoſitifolia, verticillata: verticillis 18-floris; foliis ſeſſilibus.*

Habitat in udis, et circa rivos.

Calyces ſeſſiles, decagoni; dentibus minoribus, rubellis. Capſula fuſca, a calyce ſeparabilis, duo et tria locula poſſidens. Semina cuneiformia, rufeſcentia.

Tota planta in ſenio ruborem induit. Pulveriſata magnam copiam aquae abſorbet antequam glutinoſitatem ſuam amittat, et ſumi queat.

566. LYTHRUM *Hyſſoppifolia.*

Lythrum foliis alternis, linearibus; floribus hexandris. LINN. *Syſt. Nat.* p. 329. *Spec. Plant.* p. 447. n. 5.

Salicaria foliis linearibus, floribus per alas ſeſſilibus. HALL. *Hiſt.* n. 855.

DIAGN. *Folia alterna. Flores ſolitarii, hexandri.*

Habitat circa *Tergeſtum.*

Caulis durus, ſemipedalis, ramoſus. Rami anguloſi. Calyx cylindricus, ſtriatus, glaber, 12-dentatus; dentibus alternis minoribus et erectis. Capſula, quam coram habeo, quadrilocularis, quadriſulca, obtuſa, calyce incluſa, ruſeſcens, cylindracea. Semina ſubrotunda, in uno loculo (ad 56). Eam ipſam Plantam coram habeo, quae a RUPPIO picta eſt in *Fl. Ien.* p. 295. Tab. 6. Calyces fructiferi ſcapo adprimuntur.

SALICARIA GESN. eſt LYSIMACHIA *maior*, nec LYTHRUM ſemper inter Salices vegetat.

DIGYNIA.

192. AGRIMONIA.

BRUNFELS. DODON. TOURN. *I. H. R. p. 301. Tab. 155.* LINN. *Gen. Plant. 534.*

Germina ſub receptaculo nectarifero latentia, ex huius centro ſtylos emittunt, et mutantur in ſemina bina, calyce incluſa, cuius ſubſtantia ſenſim indurata capſulam repraeſentat.

567. AGRI-

567. AGRIMONIA *Eupatoria.*

Agrimonia foliis caulinis pinnatis: impari petiolato; fructibus hispidis. LINN. *Syst. Nat.* p. 329. *Spec. Plant.* p. 448. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 423. *Fl. Carniol.* p. 578. n. 1.

Agrimonia foliis pinnatis, pinnulis alterne minimis. HALL. *Hist.* n. 991.

Eupatorium. MATTH. *Diosc.* p. 648.

DIAGN. *Fructus decemsulcatus, pilosus, setis uncinatis erectis, et marginalibus hirtus.*

Habitat in sylvestribus *Carnioliae frigidioris.*

Caulis modo simplex, modo romosus et humanae quoque staturae. Semina duo et unum. Flores longe racemosi.

568. AGRIMONIA *Agrimonioides.*

Agrimonia foliis caulinis ternatis; fructibus glabris. LINN. *Syst. Nat.* p. 329. *Spec. Plant.* p. 448. n. 2. *Fl. Carniol.* p. 578. n. 2.

DIAGN. *Flores corymbosi. Calyx 10-12-fidus. Stamina octo. Fructus glabri.*

Folia radicalia pinnata, cauli subaequalia; pinnarum paribus (2-3): terminali foliolo maiore, minoribus pinnulis intermixtis. Pinnae ovatae, villosae, dentatae. Folia caulina ternata. Bracteae ovatae, acuminatae. Flores parvi, flavi; raro sex. Stamina tenera, flava. Petala ovata et obtusa.

TRIGYNIA.

193. RESEDA.

LINN. *Gen. Plant.* 535.

Calyx monophyllus. Petala inaequalia: aliquibus semitrifidis. Stamina plura petalis. Lamina nectarifera, et semina non proprio recepta-

ceptaculo, ſed angulis capſulae unilocularis adfixa, evidentem adfinitatem cum VIOLA, demonſtrant.

569. RESEDA *lutea.*

ARDUIN, *Memor.* I. p. 84. Tab. 16.
Reſeda foliis omnibus trifidis; inferioribus pinnatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 330. *Spec. Plant.* p. 449. n. 7. *Fl. Carniol.* p. 547.
Reſeda hexapetala; foliis pinnatis, undulatis; calyce ſexfido. HALL. *Hiſt.* n. 1056.

DIAGN. *Folia trifida: inferiora pinnata.* LINN.

Habitat ad vias.
Stamina (ad 20).

570. RESEDA *Phyteuma.*

Reſeda foliis integris trilobisque; calycibus maximis, ſexpartitis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 330. *Spec. Plant.* p. 449. n. 8.
Reſeda foliis radicalibus integris, caulinis integris et ſemitrilobis, calycibus ſexfidis florem ſuperantibus. HALL. *Hiſt.* n. 1057.

DIAGN. *Folia ima integra, lanceolata. Capſula laevis.*

Habitat in *Auſtriaco Littorali.*
Folia ſuperiora trifida. Pedunculi patentes. Semina reniformia, albida, foveolis ſcrobiculata.

194. TITHYMALUS.

DIOSC. THEOPH. PLIN. C. BAUH. HALL. *Hiſt. p. 189.* EVPHORBIA LINN. LUDW. GLEDITSCH.

Difficillimi Generis ſpecies noſtrae gerunt Calycem ſubrotundum, coloratum, perſiſtentem, cui inſident ſcuta lunulata, aut haemiſphaerica quatuor aut quinque. Stamina (9-18) ex

ex ima calycis ſede prodeunt, modo fertilia, modo vero caſtrata. Haec ſola, aut una cum germine apparent trilobo pedunculato, et tribus ſtylis bifidis terminato. Germen hoc tranſit in capſulam ſubrotundam, trilobam, trilocularem: loculis monoſpermis.

571. TITHYMALUS *Lathyris.*

Euphorbia umbella quadrifida, dichotoma; foliis oppoſitis, integerrimis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 332. *Spec. Plant.* p. 457. n. 31.

Tithymalus foliis ellipticis, ſtipulis umbellaribus quaternis, petalis bicornibus ſucciferis. HALL. *Hiſt.* n. 1044.

Lathyris. MATTHIOL. *Dioſc.* p. 777.

DIAGN. *Umbellae radii quatuor, dichotomi. Folia oppoſita, lanceolata. Radix biennis.*

Habitat *Idriae* in cultis. *Goriziae* alla *Rocca di Cormons.* P. WULFEN.

Involucra omnia baſi cordata. Flos inter radios maſculus, caeteri hermaphroditi, ſeſſiles, glabri. Filamenta (ad 36), tertia parte ſaepius caſtrata. Receptaculum villoſum, ſcuta late cordata: Segmentis obtuſis et magis flavicantibus. Germen lineis ſenis fuſco-rubris longitudinaliter ſtriatum. Capſulae erectae, glabrae.

572. TITHYMALUS *Sylvaticus.*

Euphorbia umbella quinquefida, dichotoma; involucellis perfoliatis. *Fl. Carniol.* p. 431. 1-2.

Euphorbia quinquefida: bifida; involucellis perfoliatis, ſubcordatis; foliis lanceolatis, integerrimis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 334. *Spec. Plant.* p. 463. n. 55. Umbella non multifida, ſed perpetuo quinquefida.

Tithymalus foliis ellipticis, hirſutis; ſtipulis umbellaribus, obſcuris; floralibus connatis; petalis lunatis. HALL. *Hiſt.* n. 1045.

Tithy-

Tithymalus toto anno folia retinens. I. BAUH. *Hist.* III. p. 671. aptiſſimo charactere.

DIAGN. *Primiflora, fruteſcens, hyeme folia conſervans, Aprili florens; involucellis perfoliatis.*

Habitat in aſperioribus ſylvis.

Caules villoſi. Folia lanceolata, utrinque villoſa, ad apicem tenuiter ſerrulata. Umbellae quinquefidae involucrum conſtans foliis ovatis, ſubemarginatis. Ex alis foliorum radii bifidi, qualis etiam eſt diviſio radiorum umbellae. Involucella perfoliata, bis ſemibifida. Flores inter radios ramoſque maſculi, ſeſſiles; ſtaminibus pleriſque caſtratis; ſcutis quinis lunulatis; calycibus eriophoris. Flores alii fertiles tetrapetali. Germen neque villoſum, nec verrucoſum.

573. TITHYMALUS *dulcis.*

Euphorbia umbella quinquefida: bifida; involucellis cordatis, ſerratis; foliis lanceolatis, obtuſis; floribus ſeſſilibus; capſulis tuberculoſis. *Fl. Carniol.* p. 431. n. 3.

Euphorbia umbella quinquefida; bifida; involucellis ſubovatis, foliis lanceolatis, obtuſis, integerrimis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 333. *Spec. Plant.* p. 457. n. 34.


Tithymalus foliis ellipticis, ſerratis, ſtipulis umbellaribus, quinis; floralibus cordatis; fructu peraſpero. HALL. *Hiſt.* n. 1051.

DIAGN. *Involucella cordata, ſerrulata. Flores ſeſſiles; petalis rubris. Capſula villoſa, infra medium verrucoſa. Lac mite.*

Habitat circa *Idriam* paſſim, ſub finem M. Aprilis florens.

Caulis villoſus, baſi ruber. Folia lanceolata, utrinque villoſa; oris cartilagineis, dentatiſque. Involucrum ſimile foliis. Radii quini et pauciores. Flores inter ramos et radios, decidui, tetrapetali; petalis rotunda-

Tab. 20.



574. Tithymalus Seguier.

tundatis et rubris; ſtaminibus (2-5). Flores fertiles etiam tetrapetali. Styli ſemibifidi, virides. Stigmata ovata, obtuſa, flaveſcentia.

574. TITHYMALUS *Seguierii* Tab. 20.

Tithymalus foliis brevibus aculeatis. C. B. SEGUIER. *Veron.* I. p. 154. Tab. 3. fig. 1. ſed cum *Pithyuſa* minime confundenda.

DIAGN. *Involucella reniformia, e nervo acumen efferentia. Petala lunata. Capſulae glabrae.*

Habitat circa *Goriziam* et in *Iſtria.*

Folia lanceolata, integerrima, acuminata, ſubtus glauca, non villoſa. Umbellae laterales, ad apicem caulis ita coacervatae, et cum primaria confuſae ſunt, ut ea difficulter diſcernatur. Radii ſemipedem longi, angulati, bis bifidi. Involucella integerrima, bifolia, diametro longitudinali. Linea duplo longiore. Flores inter ramos ſteriles et decidui; caeteri fertiles, pedunculati. Petala quaterna lunata, rubra. Capſula absque verrucis et pilis, in dorſo tamen lobi ſinguli modice corrugata.

575. TITHYMALUS *Pithyuſa.*

Euphorbia umbella quinqueſida, bifida, involucellis ovatis, mucronatis, foliis lanceolatis: infimis involutis, retorſum imbricatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 333.

DIAGN. *Caules villoſi. Folia integerrima, acuminata, ſeſſilia, lanceolata. Involucella elliptica. Capſulae echinatae ſpinulis mollibus, rubellis.*

Habitat circa *Tergeſtum* et *Duinum.*

Suffruteſcens profert caules ſimplices, multos, pedales. Umbellae 4-5-fidae. Flos e prima radiorum diviſione fertilis, pedunculatus. Petala fuſco-rubra, hemiſphaerica. Capſulae ſunt capitula, piſi magnitudine, et echinata.

576. TI-

576. TITHYMALUS *Pilofus.* Tab. 21.

Euphorbia umbella quinquefida: trifida: bifida; involucellis ovatis; petalis integris; foliis lanceolatis, fubpilofis, apice ferrulatis. LINN. *Syft. Nat.* p. 334. *Spec. Plant.* p. 460. n, 45. fed in his terris radii ubique bifidi funt, et folia integerrima.

DIAGN. *Radii quini, debiles, dichotomi. Involucella ovata. Petala quinque rotundata, nitida, flava. Capfula verrucofa.*

Habitat in pratis umbrofis circa *Idriam.*

Propria huic funt 1. Folia integerrima, patentia, feffilia, acuminata; oris pellucidis et rubris. 2. Foliorum et radiorum fingularis laxitas. 3. Color luteo viridis. 4. Flores omnes pedunculati, fteriles plerique, terminalibus exceptis. 5. Lac mite. 6. Florefcentia poft medium Aprilis.

577. TITHYMALUS *verrucofus.*

Euphorbia umbella quinquefida: bifida; involucellis fupra medium ferratis, ovatis; caulibus diffufis. *Fl.Carniol.* p. 432. n. 5.

Euphorbia umbella quinquefida; fubtrifida; bifida; involucellis fubovatis, foliis lanceolatis ferratis, capfulis verrucofis. LINN. *Syft. Nat.* p. 333. *Spec. Plant.* p. 459. n. 42.

Tithymalus foliis ellipticis, ferratis, ftipulis umbellaribus quinis; floralibus obtufe quadrangulis; capfulis undique exafperatis. HALL. *Hift.* n. 1052.

DIAGN. *Cefpitofa, diffufa, flavefcens; gemmis caulinis; radiis lateralibus nullis, terminalis quinis, dichotomis et involucro fenfim longioribus factis.*

Habitat in pratis ficcioribus.

Caules multi, teretes, fimplices. Folia lanceolata, fupra bafin denticulata feffilia, deorfum flexa, fuperne


76. Tithymalus Pilosus.
Tab. 21.

ne glabra, albo nervo donata, ſubtus tenuiſſimo tomento adſperſa. Umbella flava. Involucri folia oblonga, obtuſiuſcula, ſupra medium denticulata. Involucella ovata, flaveſcentia, ſupra medium denticulata. Radii bis bifidi, nunquam trifidi. LINN. Flores inter primas dichotomias maſculi; petalis (2-3) rotundatis. Flores alii fertiles ſaepius dipetali; ſtaminibus omnibus antheriferis. Germina verrucoſa, non piloſa. Lac. mite.

Puſtulae miliares flavae foliorum, ſterilem plantam ſaepe faciunt.

578. TITHYMALUS *platyphyllos.*

Euphorbia umbella quinquefida; trifida; dichotoma; involucellis carina piloſis, foliis ſerratis lanceolatis; capſulis verrucoſis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 334. *Spec. Plant.* p. 460. n. 47.

Tithymalus foliis glabris, ſerratis, ad caulem breviter acuminatis, ſub floribus binis; cordatis; fructu verrucoſo. HALL. *Enum.* p. 191. n. 5.

DIAGN. *Umbellae radii (4-9), trifidi, dein bifidi. Involucri primi folia lanceolata, ſecundi ovata, aliorum ſubcordata. Flores omnes hermaphroditi, pedunculati, tetrapedali. Capſula verrucoſa.*

Habitat circa *Idriam.*

Folia ima deflexa, ſuperiora patentia, lanceolata, ſerrulata, ſubtus villoſa. Radii alares bifidi; unica ala florifera. Radii umbellae ſemel trifidi; bis bifidi. Pedunculi tres lineas longi. Petala flava, rotundata. Eandem plantam miſit *Amiciſſimus* SCHREBERUS.

579. TITHYMALUS *helioſcopius.*

Euphorbia umbella quinquefida, trifida; dichotoma, involucellis ovatis petalis ſubrotundis; Capſulis glabris. *Fl. Carniol.* p. 434. n. 9.

Euphorbia umbella quinquefida, trifida; dichotoma; involucellis obovatis; foliis cuneiformibus, serratis. LINN. *Syst. Nat.* p. 333. *Spec. Plant.* p. 459. n. 40. *Fl. Suec.* 2. 425.

Tithymalus non acris; foliis serratis, rotunde terminatis; radiis umbellae quinis latissimis. HALL. *Enum.* p. 194. n. 14.

DIAGN. *Radii umbellae quini, longi trifidi, dein bifidi. Petala rotundata, folia et involucra apice dilatata, rotundata et serrulata.*

Habitat in cultis frequens.

Flores omnes fertiles. Petala fusco-viridia, quaterna. Involucella ovata.

580. TITHYMALUS *Esula.*

Euphorbia umbella multifida; dichotoma; involucellis cordatis; foliis lanceolatis. *Fl. Carniol.* p. 435. n. 10.

Euphorbia umbella multifida: dichotoma; involucellis subcordatis; petalis subbicornibus, ramis sterilibus; foliis uniformibus. LINN. *Syst. Nat.* p. 334. *Spec. Plant.* p. 461. n. 48.

DIAGN. *Umbellae radii plures, dichotomi. Involucella cordata. Folia lanceolata, glabra.*

Habitat circa *Lacum Zirchnizensem.*

Caulis glaber, bipedalis. Folia multa. Radii laterales bifidi. Flores in primis dichotomis masculi, caeteri fertiles. Capsula glabra. Calyces sessiles. Lac acerrimum.

581. TITHYMALUS *Paralias.*

Euphorbia umbella multifida: dichotoma; involucellis cordatis; foliis linearibus; capsulis glabris. *Fl. Carniol.* p. 435. n. 11.

Euphorbia umbella subquinquefida: bifida; involucellis cordato-reniformibus; foliis sursum imbricatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 333. *Spec. Plant.* p. 458.

p. 458. n. 37. Sed nemo fere quaefiturus erit hanc fpeciem inter EUPHORBIAS *quinquefidas.*

Tithymalus foliis linearibus, ariftatis, imbricatis, ftipulis umbellaribus ovato-lanceolatis, floralibus cordatis. HALL. *Hift.* n. 1055.

DIAGN. *Umbellae radii multi. Folia angufta et glauca. Involucella cordata. Capfulae glabrae et erectae.*

Habitat ad vias.

Folia patentiufcula, acuminata. Involucri primi folia multa et lanceolata. Folia vero caulina linearia.

582. TITHYMALUS *Cypariffias.*

Euphorbia umbella multifida, dichotoma; involucellis cordatis; foliis linearibus; capfulis verrucofis. *Fl. Carniol.* p. 435. n. 12.

Euphorbia umbella multifida: dichotoma; involucellis fubcordatis; ramis fterilibus; foliis fetaceis, caulinis lanceolatis. LINN. *Syft. Nat.* p. 334. *Spec. Plant.* p. 461. n. 49.

Tithymalus foliis linearibus, ftipulis numerofis, floralibus cordiformibus; petalis lunatis. HALL. *Hift.* n. 1047.

DIAGN. *Umbellae radii multi, dichotomi. Folia linearia. Involucella cordata. Capfulae verrucofae.*

Habitat in ficcis et incultis.

Caulis ramofus: ramis patulis, fterilibus, foliofis. Folia obtufa, decidua dum fructus perfecti funt. Radii bis bifidi. Flores fummi hermaphroditi. Petala quaterna, lunata, flavefcentia. Capfulae verrucofae.

583. TITHYMALUS *Peplis.*

Euphorbia dichotoma, foliis integerrimis, ſemicordatis, floribus ſolitariis axillaribus; caulibus procumbentibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 331. *Sp. Plant.* p. 455. n. 23.

Peplis. CLUS. *Hiſt.* 6. p. 187.

DIAGN. *Flores ſolitarii axillares. Caulis procumbens. Folia integerrima, ſemicordata.* LINN.

Habitat in maritimis *Carnioliae.*

Caulis teres, rubellus. Folia ovata, baſi in uno tantum latere ſemicordata; oris rubellis. Petala rubra, ſubrotunda. Capſula glabra; lobis macula nigra verticali. Semina alba.

Εὐφόρβιον DIOSC. EUPHORBIA PLIN. eſt ANTEUPHORBIUM DODON. C. BAUH. CACALIAE Species. LINN.

CLAS-

CLASSIS XII.
ICOSANDRIA.
MONOGYNIA.

195. MYRTUS.

LATIN. LONIC. GESN. TOURN. *I. R. H.* *p. 640. Tab. 409.*

Calyx quinquefidus. Petala quinque. Bacca trilocularis, olivaeformis, coronata: Semina reniformia. TOURN. *l. c.*

584. MYRTUS *communis.*

Myrtus floribus solitariis; involucro diphyllo. LINN. *Syst. Nat.* p. 340. *Spec. Plant.* p. 471. n. 1.
Myrtus. DU HAMEL. *Arbor.* II. p. 44. Tab. 9.

DIAGN. *Dicta a* LINNAEO.

Habitat in montibus, non procul *Tergesto.*

196. PUNICA.

PLIN. TOURN. *I. R. H. p. 636. Tab. 407.*

Calyx campaniformis. Pomum novem loculare; loculis bipartitis, polyspermiis; seminibus succo, membrana cohercito tectis, solitariis; hinc Pomum seu receptaculum fovens baccas tot, quot semina.

585. PUNICA *Granatum.*

Punica. LINN. TOURNEF. CAESALP. GRONOV. *Comment. Bonon.* II. P. 2. p. 39. Tab. 1—5. DU HAMEL. *Arbor.* II. p. 193. Tab. 44.

DIAGN. *Frutex spinosus, floribus magnis elegantibus Iunio M. ornatus.*

Habitat in montibus *Tergestinis.*

Debuisset vocari *Sidas* cum HIPPOCRATE, aut *Granatum*, vocabulo tam Veteribus, quam nunc etiam Gallis, Italis, Germanis, aliisque Europae Gentibus usitato.

197. PRUNUS.

LINN. *Gen. Plant.* 546.

Calyx quinquefidus, deciduus; Drupa, seu fructus Carnosus, continens nucleum osseum; suturis prominulis marginatum, in PADO et CERASO sphaericum, in PRUNO TOURN. compressum.

586. PRUNUS *spinosa.*

Prunus pedunculis solitariis; foliis lanceolatis, glabris; ramis spinosis. LINN. *Syst. Nat.* p. 342. *Spec. Plant.* p. 475. n. 10. *Fl. Suec.* 2. 432. *Fl. Carniol.* p. 582. n. 1.

Prunus spinosa; foliis glabris, serratis, ovato-lanceolatis, floribus breviter petiolatis. HALL. *Hist.* n. 1080.

Prunus sylvestris. MATTH. *Diosc.* p. 196.

Prunus. DU HAMEL. *Arbor.* II. Tab. 40.

DIAGN. *Spinae validae. Pedunculi solitarii, infra gemmas prodeuntes.*

Habitat in sylvis et montibus nostris, non rara.

Segmenta calycina corollis triplo fere breviora. Squamulae tres ovatae, deciduae rufescentes, ad basin pedunculi singuli. Stamina (ad 22). Stylus longitudine staminum. Stigma rotundatum, pulvinatum, flavicans.

Vidi

Vidi flores masculos hermaphroditis immixtos.

Fur alieni thalami *Cucullus*
Niveis plaudit petalis, at idem
Silet dum Drupa sordescit atra
polline glauco.

587. Prunus *Cerasus.*

Prunus umbellis subpedunculatis; foliis ovato-lanceolatis, conduplicatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 342. *Spec. Plant.* p. 474. n. 8. *Fl. Carniol.* p. 582. n. 2.

Cerasus foliis ovato-lanceolatis, serratis, inferne subhirsutis; mucrone producto. HALL. *Hist.* n. 1082.

Cerasus. DU HAMEL. *Arbor.* II. Tab. 56.

Diagn. *Folia oblonga, conduplicata, superne nitida, subtus villosula. Gemma floralis triflora saepius et a foliaceis distincta.*

Habitat in sylvis, propagata a Turdis et Loxia *Caccotr.*

Unguis petali singuli, in uno latere, ferrugineam maculam gerit. Stamina (ad 40). Petioli biglandulosi.

588. Prunus *Mahaleb.*

Prunus floribus corymbosis terminalibus; foliis ovatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 341. *Spec. Plant.* p. 474. n. 5.

Cerasus foliis subrotundis, serratis; petiolis multifloris. HALL. *Hist.* n. 1084.

Diagn. *Flores corymbosi. Calyx plicato-scaber.*

Habitat circa *Tergestum* et *Goriziam.*

Petioli sine glandulis. Pedunculi fructiferi, patuli. Flos albus. Antherae luteae.

589. Prunus *Padus.*

Prunus floribus racemosis; foliis deciduis, basi subtus biglandulosis. LINN. *Syst. Nat.* p. 341. *Sp. Plant.*

Plant. p. 473. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 431. *Fl. Carniol.* p. 583. n. 3.
Padus foliis ovato - lanceolatis, ſerratis. HALL. *Hiſt.* n. 1086.

DIAGN. *Flores racemoſi. Petioli glanduloſi.*

Habitat ad ſepes, hinc inde.

DI- et PENTAGYNIA.

198. MESPILUS.

Fl. Carniol. p. 583.

Numerus feminarum, in hoc Genere, lubrica nata eſt. MESPILUS *Chamae Meſpilus* LINNAEO *pentagynus*, mihi cum HALLERO et IACQUINIO *digynus*. CRATAEGUS *Oxycantha* LINNAEO *digynus*, mihi *monogynus*. In MESPILO *Cotoneaſtro* LINN. ſunt ſtyli (3 - 5). In *Aucuparia* (3 - 4). Ergo MESPILI characterem naturalem conſtituent Calycini dentes et petala quinque, ſtamina quadruplo plura; ſtyli tot, quot locula. Bacca infera umbilicata calyce filamentis et ſtylis perſiſtentibus terminata.

(*) *Spinae; Monogyniae.*

590. MESPILUS *Oxyacantha.*

Meſpilus floribus digynis; foliis obtuſis, bitrifidis, ſerratis. *Fl. Carniol.* p. 585. n. 5.
Crataegus foliis obtuſis, ſubtrifidis, ſerratis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 342. *Spec. Plant.* p. 477. n. 8. *Fl. Suec.* 2. 434.
Meſpilus ſpinoſa, foliis glabris, ſerratis, retuſis, trifidis. HALL. *Hiſt.* n. 1087.

Cra-

Crataegus. DU HAMEL. *Arbor.* II. p. 193. Tab. 79.
Oxyacantha. ROESEL. *Papil. Diurn.* Tab. 3. fig. 7.

DIAGN. *Arbuſcula ſpinoſa. Folia pleraque inciſa et acute lobata.*

Habitat paſſim.
Millenos fructus fertiles examinavi, et omnes vidi terminatos unico ſtylo, unoque oſſiculo foetos. Flores aliqui ſteriles ſunt, et tunc etiam digyni, aut ſemidigyni.

(**) *Crataegi; digyni.*

591. MESPILUS *Aria.*

Meſpilus floribus digynis; foliis ovatis, ſubtus tomentoſis. *Fl. Carniol.* p. 584. n. 4.
Crataegus foliis ovatis, inciſis, ſerratis, ſubtus tomentoſis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 342. *Spec. Plant.* p. 475. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 433.
Meſpilus foliis ovatis, ſerratis. ſubtus tomentoſis. HALL. *Hiſt.* n. 1089.

DIAGN. *Folia ovata, inaequaliter ſerrata, ſubtus tomentoſa.* LINN.

Habitat in ſylvis.
Bacca bilocularis: loculis monoſpermis, aut unico diſpermio.

592. MESPILUS *Chamae Meſpilus.*

Meſpilus inermis; foliis ovalibus, ſerratis, glabris; floribus capitatis; bracteis deciduis, linearibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 343. *Spec. Plant.* p. 479. n. 7.
Meſpilus foliis ovatis, ſerratis, glabris. HALL. *Hiſt.* n. 1090.
Crataegus foliis ovalibus, acute ſerratis, glabris; caule inermi. IACQUIN. *Auſtr.* p. 86. Obſ. 41.

DIAGN. *Folia ovata, ferrata, fubtus tomentofa, acumine terminata.*

Habitat in fylveftribus *Carnioliae calidioris.*

(***) *Sorbi. Trigyni. et Tetragyni.*

593. MESPILUS *aucuparia.*

Mefpilus foliis trigynis; foliis pinnatis, glabris. *Fl. Carniol.* p. 584. n. 3. HALL. *Hift.* n. 1091.

Sorbus foliis pinnatis, utrinque glabris. LINN. *Syft. Nat.* p. 343. *Spec. Plant.* p. 477. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 435.

DIAGN. *Folia pinnata; pinnis femifeffilibus, lanceolatis, ferratis, bafi integerrimis.*

Habitat in fylvis elatioribus.

Bacca rotunda, cinnaberina; umbilico ftellato, fovens locula quatuor, prout totidem funt ftyli. Ex his loculis faepius unum aut duo vacua funt, raro tria. In uno loculo quandoque duo femina, nec alia in aliis loculis. Semina crefcendo contiguum baccae parietem indurant, et fubcartilagineum tandem faciunt, quemadmodum in *Pyro;* ex quo Generum horum limites difficillimi evadunt.

Baccae nutriunt Pecora et Gallinas, dant etiam fuccum, e quo Spiritus Vini parari poteft.

(****) *Mefpili.* LINN. *Pentagyni.*

594. MESPILUS *Cotoneafter.*

Mefpilus inermis; foliis ovatis integerrimis, fubtus tomentofis. LINN. *Syft. Nat.* p. 343. *Spec. Plant.* p. 479. n. 6. HALL. *Hift.* n. 1093.

DIAGN. *Folia ovata. Subtus lanuginofa. Bacca rubra.*

Habitat in *M. Nanas.*

Variat bacca tripyrena et pentapyrena, hinc ftylis tribus et quinque.

595. MESPILUS *Amelanchier.*

Mefpilus floribus pentagynis; racemis terminalibus; foliis ovatis, obtufis, ferratis; caule inermi. *Fl. Carniol.* p. 584. n. 2.

Mefpilus inermis foliis ovalibus, ferratis; cauliculis hirfutis. LINN. *Syft. Nat.* p. 343. *Spec. Plant.* p. 478. n. 4. HALL. *Enum.* p. 352. n. 3.

DIAGN. *Folia ovata, obtufa, ferrata. Bacca caeruleo-nigricans.*

Habitat in montibus noftris.

Bacca coronata dentibus calycinis erectis, rubellis, glabris, 3-5-locularis; loculis difpermiis; femine fingulo ope feptuli alicuius a focio divifo ita, ut fructus tot locula habere videatur, quot funt femina.

596. MESPILUS *Pyracantha.*

Mefpilus fpinofa, foliis lanceolato-ovatis, crenatis; calycibus fructus obtufis. LINN. *Syft. Nat.* p. 343. *Spec. Plant.* p. 478. n. 2.

DIAGN. *Spinofa; fructu punctis ferrugineis prominulis fcabro.*

Habitat in fylvis circa *Idriam,* rara tamen.

Fructus aeque magnus ac in MESPILO *Germanica.* Semina fubovata, compreffa. Calycina folia acuta, non obtufa.

199. PYRUS.

LINN. *Gen. Plant.* 550.

Fructus carnofus, in medio continens locula quina coriacea, interne polita, in quibus femen unum aut plura.

597. PYRUS *Azarolus.*

Crataegus foliis obtufis, fubtrifidis, fubdentatis. LINN. *Syft. Nat.* p. 342. *Spec. Plant.* p. 477. n. 9.

DIAGN.

DIAGN. *Pomum rotundum. Folia triloba; lobo ſupremo trilobo.*

Habitat *Tergeſti.*

Quicumque fructum examinare voluerit, facile videbit, in eo locula quina, omnino ut in PYRO.

598. PYRUS *communis.*

Pyrus foliis ſerratis; floribus corymboſis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 344. *Fl. Carniol.* p. 580. n. 1.

Pyrus foliis ovato-lanceolatis, ſerratis, glabris. HALL. *Hiſt.* n. 1096.

DIAGN. *Racemus floralis. Calyx lanuginoſus. Pomum antice dilatatum.*

Habitat in ſylvis, initio M. Maii florens.

Pedunculi alterni. Calyx ferruginea lana indutus. Folia ſuperne glabra, ſubtus villoſula. Stipulis ſetaceis, deciduis, albis.

599. PYRUS *Malus.*

Pyrus foliis ſerratis; umbellis ſeſſilibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 344. *Fl. Carniol.* p. 581. n. 2.

Pyrus foliis ovatis, acuminatis, ſubtus hirſutis; petiolis florigeris breviſſimis. HALL. *Hiſt.* n. 1097.

DIAGN. *Pedunculi umbellati, tomentoſi. Calyces extus glabri, intus lanuginoſi, Pomum ſubrotundum.*

Habitat in ſylvis.

Pedunculi ramoſi, e foliacea et terminali gemma. Calyx baſi rugoſus. Antherae ochroleucae. Stylus eſt columna quinque ſtylis terminata.

200. SPIRÆA.

LINN. *Gen. Plant.* 553.

Calyx quinquefidus et perſiſtens ſuſtinet petala quinque et ſtamina. Styli et germina non

600. Spiræa Ulmifolia. Tab. 22.*



non in omnibus quina, ſed (4-14). Siliculae bivalves.

600. Spiraea *Ulmifolia.* Tab. 22. *

Diagn. *Fruticoſa; foliis ovatis, acutis, planis, duplicato - dentatis; corymbis florum terminalibus.*

Habitat circa *Idriam, auf den Kobauiſchen Almen,* in dorſo ſeptemtrionali. *Gorizia* quoque miſit P. WULFEN. in *M. Sancto* lectam.

Radix repens, longa, lignoſa, caulis tres aut quatuor cubitos altus. Petioli alterni, villoſuli, modice canaliculati, lineas quinque vix longi. Folia ima minora, ſubrotunda, obtuſiuſcula; ſuperiora vero longiora, acutiora; dentata; dentibus denticulatis. Longitudo folii circiter biuncialis, latitudo uncialis, ſuperficies ſupera glabra, inferna villoſula, praeſertim circa nervum: Dentes terminat ſpinula herbacea, parva. Corymbi terminales. Pedunculi uniflori. Calyx glaber, reflexus; ſegmentis acutis, lineam longis. Petala quina ſubrotunda, alba obtuſa et obiter emarginata, tres lineas fere longa. Stamina inflexa explicantur nuptiarum tempore. Filamenta alba, lineas (3—4) longa, ultra quadraginta in duos ordines diſtributa, prodeunt inter calycem ut receptaculum, ita ut exterior ordo ex calyce, interior vero hunc inter et receptaculum oriatur. Squamae ad (10) nectariferae, flaveſcentes, obtuſae, erectae, receptaculum ambiunt. In ima ſede calycis iacent germina quinque collecta in capitulum ſubrotundum. Styli albi, apice dilatati, duas fere lineas longi. Stigmata nulla, ſed horum loco papillae. Siliculae apice dehiſcentes, uniloculares, bivalves. Semina oblonga teretiuſcula (ad 12) in una Silicula. Floret initio Iunii.

Diſtinctiſſima ſpecies a Spiraea *Chamaedrifolia,* aliisque.

601. Spi-

601. SPIRAEA *Aruncus.*

Spiraea foliis fupra decompofitis; fpicis paniculatis; floribus dioicis. LINN. *Syft. Nat.* p. 347. *Spec. Plant.* p. 490. n. 8. *Flor. Carniol.* p. 552. n. 1.
Filipendula dioica, foliis duplicato-pinnatis; pinnis quinquefoliis, trifoliis et fimplicibus. HALL. *Hift.* n. 1134.
Ulmaria floribus in longas fpicas digeftis. ROYEN. *Lugdb.* p. 295.

DIAGN. *Folia fupra decompofita. Panicula magna, facta fpicis longis et albis. Flores dioici.*

Habitat in fylveftribus humidisque locis, et ad fepes.
Mas. Infra fegmenta calycis gerit coronam glandularum cohaerentium, e quibus ftamina prodeunt (20 —— 22). Germinum et ftylorum rudera etiam hic adfunt.
Femina. Poffidet Germina (4 —— 5.) ftigmata obtufa et extrorfum verfa. Capfulas ferrugineas, glabras, rectas, nec fpirales. Sem. oblonga, rufa utroque apice et uno latere alata, quatuor.

602. SPIRAEA *Filipendula.*

Spiraea foliis pinnatis: foliolis uniformibus, ferratis; caule herbaceo; floribus cymofis. LINN. *Syft. Nat.* p. 347. *Spec. Plant.* p. 490. *Fl. Carniol.* p. 552. n. 2.
Filipendula foliis pinnatis, minimis intermixtis, extremo trilobato. HALL. *Hift.* n. 1136.
Filipendula MATTH. *Diofc.* p. 571.

DIAGN. *Calyx reflexus etiam antequam petala explicentur. Stamina (ad 50). Germina (10-14), hirfutie fcabra.*

Habitat in pratis.
Huic calycini dentes et Petala (6). Siliculae non contortae in fpiram.

603. SPI-

603. SPIRAEA *Ulmaria.*

Spiraea foliis pinnatis; impare maiore, lobato; floribus cymosis. LINN. *Syst. Nat.* p. 347. *Spec. Plant.* p. 490. n. 10. *Fl. Suec.* 2. 440. *Fl. Carniol.* p. 553. n. 3.

Filipendula foliis pinnatis, acute serratis, minimis intermixtis, extrema trilobata, maxima. HALL. *Hist.* n. 1135.

DIAGN. *Stamina (30). Germina (8-10), spiralia.*

Habitat circa fossas.

Caulis striatus. Folia stipulata: stipulis haemisphaericis, dentatis.

POLYGYNIA.

201. ROSA.

THEOPH. PLIN. TOURN. *I. R. H. p. 636. Tab. 408.*

Frutex siccus, sterilis soli cupidus, flores elegantes et odoratos Iunio M. proferens, quorum calyx tandem carnosus et ruber evadit, et semina multa, hirsuta, oblonga, angulata, flavescentia, ac tuberculo proprio imposita, continet, inferno villosoque parieti adfixa.

FUNGUM et ROSAM quisque noscit, species vero genuinas utriusque generis ne Botanici quidem consummati. Quid calyx, quid figura fructus, quid hirsuties aut glabrities, quid denique spinae valeant in determinandis ROSARUM speciebus, qui plura specimina, eaque in variis regionibus collecta possidet, et invicem conferre voluerit, facile poterit iudicare. Mihi

Mihi ſane Recentiorum obſervationes minime ſatisfaciunt, LINNAEANIS ne quidem exceptis, iuxta quas meas ROSAS etſi non multas determinare nullo modo licuit. Nihil ergo ſupererat, niſi *Pinax* BAUHINI, ex quo nomina deſumam, et quae ROSARUM mearum, ſpeciminibus convenire deprehendi, ea etiam adducam, melius eſſe ratus fateri quod neſciam, quam ſententiae ſubſcribere a veritate adhuc alienae.

604. ROSA (*canina*) *ſylveſtris vulgatior, flore odorato.* C. BAUH. *Pin.* p. 483. n. 1.

Roſa germinibus ovatis pedunculisque glabris; caule petiolisque aculeatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 348. Petioli inermes erant in *Spec. Plant.* n. 4. Spinoſi dein facti, ſed neque pedunculi perpetuo glabri ſunt, quin potius rigidis villis ſaepius adſperſi, quales etiam baſin fructus occupant.

Roſa calycibus ſemipinnatis; caule aculeato, erecto; ramis multifloris. *Fl. Carniol.* p. 587. n. 4.

Roſa ſpinis aduncis; foliis ſeptenis; calycibus tomentoſis, ſegmentis pinnatis et ſemipinnatis; tubis breviſſimis. HALL. *Hiſt.* n. 1101.

DIAGN. *Caules erecti, aculeati, parum ramoſi. Folia biiuga, duplicato-dentata. Pedunculi multiflori. Calycina ſegmenta ſubpinnata. Hiſpidae ſpongiae (nidi larvarum Cynipſis) in caulibus aut ramis.*

Habitat ad ſepes.

VARIAT. Pedunculis bifloris, trifloris, quinquefloris, in eadem planta.

Fructu ovato, glabro.
ovato, et ſubrotundo, in eadem planta.
ovato, et ad baſin villis raris adſperſo.

605. Rosa *(ſimplex), odore cinamomi.* C. BAUH. *Pin.* p. 483. n. 7.

Roſa Cinamomaea; floribus ſubrubentibus, ſpinoſa. I. BAUHIN. *Hiſt.* II. p. 39.

DIAGN. *Caules ramique aculeati: Petioli et pedunculi inermes. Folia ſexiuga, ſimpliciter dentata: Calycina ſegmenta alterna, ſubpinnata. Germen ovatum.*

Habitat in ſylvis.

Caules rubri. Folia ſature viridia, ſubtus glabra. Petala rubra; unguibus albis. Calycina folia ſubtus craſſis et capitatis villis adſperſa, in margine lanugi-noſa. Pedunculi glabri. Fructus glabri.

Ill. LINNAEUS vel non habet, vel confundit cum *Pimpinellifolia*, quae eſt ſequens.

606. Rosa *(ſpinoſiſſima), campeſtris, flore albo odorato.* C. BAUH. *Pin.* p. 482. n. 13.

Roſa *(Pimpinellifolia)*, germinibus globoſis pedunculisque glabris, caule aculeis ſparſis, rectis; petiolis ſcabris. LINN. *Syſt. Nat.* p. 348. ſed germina noſtra non ſunt rotunda.

Roſa ſpinis rectis, confertis; foliis novenis, glabris; pomis et petiolis ſubſpinoſis. HALL. *Hiſt.* n. 1106.

DIAGN. *Caulis, rami, petioli, et pedunculi aculeati. Folia ſexiuga. Calyces non pinnati.*

Habitat in ſylvis.

607. Rosa *(Pumila) ſylveſtris, rubens.* C. BAUH. *Pin.* p. 483. n. 14.

Rosa quarta CLUSII, et pumila EIUSDEM, in *Hiſtor.* huc commode reduci poteſt, cum Virgas multis ſpinis ringentes CLUSIUS appellet. Hanc HALLERUS ſine nomine tradidit, cum aſteriſco, ac ſi foret varietas alterius ſpeciei.

DIAGN. *Caulis, petioli, et pedunculi ſpinulis tenuibus hirti. Calyx indiviſus. Germen ovatum.*

Habitat in montanis *Carnioliae* calidioris.

Anulus flavus ad baſin ſpinae ſingulae caulinae. Foliorum paria. (3—4). Petala rubra.

608. ROSA (*Odoratiſſima*), *ſylveſtris, flore rubro.* C. BAUH. *Pin.* p. 483. n. 5.

Roſa (*Cinamomea*), inermis, calycis foliis indiviſis, fructu oblongo. LINN. *Spec. Plant.* p. 491. ex HALLERO; in *Syſt. Nat.* autem, ROSA *germinibus globoſis, pedunculisque glabris, caule aculeis ſtipularibus, petiolis ſubinermibus.* Quae determinatio non convenit ROSAE noſtrae.

DIAGN. *Caulis inermis. Rami ſpinoſi. Petioli villoſi. Fructus ſubcylindrici.*

Habitat circa *Idriam,* in ſylvis.

Caulis ramique rubelli. Foliorum paria (3—4), eaque ſimpliciter dentata. Bracteae et petioli adſperſi villis rubra glandula terminatis. Foliorum nervi villoſuli; villis non capitatis. Pedunculi plerumque uniflori. Petala ſature rubra, odorata. Fructus ex rubro viridique varius et admodum longus, pondere proprio demum deflexus.

609. ROSA (*Candida*), *arvenſis.* C. BAUH. *Pin.* p. 484. n. 17.

Roſa (*alba*), caule aculeato; pedunculis laevibus, calycibus ſemipinnatis, glabris. LINN. *Spec. Plant.* p. 492. ſed cum ſynonymo BAUHINI improprio.

Roſa foliis et rotundo fructu laevibus; calycis foliis diviſis; albo flore. HALL. *Enum.* p. 349. n. 6. breviter deſcripta. Sed ſi fructus rotundi, quare ergo ovati dicuntur a LINNAEO in *Syſt.Nat.*?

DIAGN. *Rami diffuſi et ſtolonibus ſimiles.*

Habitat ad montium radices. Petala magna et alba.

Fructus

Fructus ovati et ſubrotundi. Pedunculi uniflori et biflori.

610. Rosa *(Repens), campeſtris, alba.* C. BAUH. *Pin.* p. 484. n. 18.

Cum priore coniungit. I. BAUHINUS.

Diagn. *Funiculi longi, repentes, folioſi. Calycina folia alterna, ſubpinnata. Fructus ſubrotundus.*

Habitat circa *Idriam.*

Folia triiuga; impare aequali. Pedunculi 1-3-flori, villoſi; villis rubellis, capitatis. Petala alba. Fructus glaber.

Rosae in horto transferendae, cicurandae, ut innoteſcant notae conſtantes, nec ſolo, aut cultura mutabiles, quae e differentiis ſpecificis eliminandae.

Calycis fabrica conſtantior eſt figura fructus.

Quae loca a ſole minus illuſtrata ſunt, eo Roſae mitiores, et e contra.

Florent omnes eodem tempore.

An unica ſpecies a DEO creata, ex qua reliquae omnes dein natae?

202. RUBUS.

PLIN. TOURN. *I. R. H. p. 614. Tab. 385.*

Calyx quinquefidus, patens. Petala (5), calyce minora. Styli tot, quot germina, quae tranſeunt in Drupas ovatas, receptaculo communi adfixas et foventes nucem ovalem, ſcrobiculatam.

611. Rubus *idaeus.*

Rubus foliis quinato-pinnatis ternatisque; caule aculeato; petiolis canaliculatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 349. *Spec. Plant.* p. 492. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 445. *Fl. Carniol.* p. 591. n. 3.

Rubus caule ſpinoſo, ſubrecto, foliis quinatis, et ternatis, ſubtus tomentoſis, fructibus hirſutis. HALL. *Hiſt.* n. 1108.

Rubus Idaeus. MATTH. *Dioſc.* p. 646. DUHAMEL. *Arbor.* II. Tab. 56. p. 234.

DIAGN. *Bacca rubra; acinis tenui lanugine pubeſcentibus.*

Habitat in ſylvis.

Apud nos ſemper inermis. Folia duplicato-dentata, breviter petiolata, oblonga ſubtus albida; impare maiore. Stamina (ad 60). Receptaculum villoſum.

612. RUBUS *caeſius.*

Rubus foliis ternatis, ſubnudis; lateralibus bilobis; caule aculeato, tereti. LINN. *Syſt. Nat.* p. 349.

Rubus caule aculeato, proſtrato; foliis ternatis, ſubtus hirſutis. HALL. *Hiſt.* n. 1110.

DIAGN. *Folia ſubtus nitidiora. Acini (2-7), ovales, ſucco rubro turgidi, plumbeo polline adſperſi, ut fructus* PRUNI *ſpinoſi.*

Habitat ad maceries et ſepes.

Caules viminei, debiles. Folia ſuperiora ternata, ſub racemis triloba; nervis pubeſcentibus. Petioli aculeati. Pedunculi 1-3-flori, aculeati, villoſi; villis rigidis, rubris, capitatis. Nux compreſſa, ſubcuneiformis, ſcrobiculata.

613. RUBUS *fruticoſus.*

Rubus foliis quinato-digitatis, ternatisque; caule petiolisque aculeatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 349. *Spec. Plant.* p. 493. n. 5. *Fl. Suec.* 2. 444. *Fl. Carniol.* p. 591. n. 4.

Rubus caule ſpinoſo, ſerpente, foliis quinatis et ternatis, ſubtus tomentoſis; bacca laevi. HALL. *Hiſt.* n. 1109.

Rubus. MATTHIOL. *Dioſc.* p. 645. DUHAMEL. *Arbor.* II. Tab. 55. p. 234.

DIAGN.

DIAGN. *Spinosissimus; floribus racemosis: pedunculis patentibus. Calyx fructifer reflexus. Bacca nigra, nitida, glabra; acinis (ad 14).*

Habitat ad sepes et maceries.

Folia inferiora quinata, superiora ternata, suprema simplicia, subtus albo tenuique villo canescentia. Bacca primo rubra, dein atra; acinis subrotundis. Nux ovata.

Larvae PHAL. *Bombycis*, defectu *Mori* nutriri possunt huius plantae foliis, sed vilius sericum obtinetur.

614. RUBUS *saxatilis*.

Rubus foliis ternatis, nudis, flagellis reptantibus, herbaceis. LINN. *Syst. Nat.* p. 349. *Spec. Plant.* p. 494 *Fl. Suec.* 2. 447. *Fl. Carniol.* p. 591. n. 2. IACQUIN. *Austr.* Obs. 42.

Rubus caule herbaceo; foliis ternatis, glabris; acinis baccarum distinctis, paucissimis. HALL. *Hist.* n. 1111.

DIAGN. *Acini rubri, pauci, distincti.*

Habitat in M. *Nanas.* et sylvis *Idriensibus.*
Stamina (30—40).

203. POTENTILLA.

LUDWIG. *Defin. Gen.* 621. BOEHM. *Fl. Carniol.*

Petioli polyphylli. Calycis persistentis segmenta duplo plura petalis, alterne maiora petala calyci inserta. Stamina calyci imposita (ad 20). Semina triplo certe plura quam stamina, eaque insidentia receptaculo proprio, sicco in QUINQUEFOLIO et TORMENTILLA, carnoso autem in FRAGARIA et COMARO. In tanto consensu, proportione, structura, numero, tot partium floris et fructus, quibus natura genera haec mere artificialia in unum

naturale coniungit, quis poterit absque iniuria devellere? Si BREYNIA eſt CAPPARIS, tunc et FRAGARIA erit POTENTILLA.

(*) *Pinnatae.*

615. POTENTILLA *Anſerina.*

Potentilla foliis pinnatis, ſerratis; caule repente; pedunculis unifloris. LINN. *Syſt. Nat.* p. 350. *Spec. Plant.* p. 495. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 452. *Fl. Carniol.* p. 573. n. 2.

Potentilla repens; ſcapo nudo, unifloro; pinnis plurimis confertis, minoribus intermixtis. HALL. *Enum.* p. 338. n. 2.

Fragaria caule repente, foliis pinnatis, ſerratis, ſubtus tomentoſis, petiolis unifloris. HALL. *Hiſt.* n. 1126.

Potentilla. MATTHIOL. *Dioſc.* p. 649.

DIAGN. *Caulis repens. Folia pinnata. Pedunculi uniflori, nudi.*

Habitat iuxta vias humidiores, circa *Loitſch*, *Schenoſchetz.* &c.

616. POTENTILLA *rupeſtris.*

Potentilla foliis pinnatis, alternis: foliolis quinis, ovatis, crenatis; caule erecto. LINN. *Syſt. Nat.* p. 350. *Spec. Plant.* p. 496. n. 6. *Fl. Carniol.* p. 573. n. 3.

Potentilla caule erecto, multifloro; foliis ſeptenis, coniugatis, ſubrotundis, ſerratis. HALL. *Enum.* p. 338. n. 1.

Fragaria foliis pinnatis; pinnis ſeptenis, ſubrotundis, ſerratis. HALL. *Hiſt.* n. 1127.

DIAGN. *Caulis erectus dichotomus. Pinnae ovatae, inciſae, Petala alba.*

Habitat inter *Lak*, et *Pellant.*

(**) *Pen-*

(**) *Pentaphyllae.*

617. POTENTILLA *Paluſtris.*

Potentilla calyce colorato, petalis maiori. BOEHM. *Lipſ.* 425.

Comarum. LINN. *Syſt. Nat.* p. 353. *Spec. Plant.* p. 502. *Fl. Suec.* 2. 463. HALL. *Enum.* p. 337. n. 1.

Fragaria foliis pinnatis; petalis lingulatis, minimis. HALL. *Hiſt.* n. 1128.

DIAGN. *Caules proſtrati. Petala ligulata, calyce colorato breviora.*

Habitat in paludibus *Labacenſibus.*

Decumbens, rubra, paluſtris, gerit calycis lacinias 5-7 maiores, totidemque minores. Petala parva, rubra. Stamina rubra (ad 20). Antheras luteas. Receptaculum carnoſum.

618. POTENTILLA *recta.*

Potentilla foliis ſexternatis, lanceolatis, ſerratis, utrinque ſubpiloſis; caule erecto. LINN. *Syſt. Nat.* p. 350. *Spec. Plant.* p. 497. n. 10.

Fragaria caule erecto, foliis quinis et ſeptenis, acute ſerratis. HALL. *Hiſt.* n. 1121.

DIAGN. *Erecta, piloſa; foliis profunde dentatis, lanceolatis; petalis amplis aureis.*

Habitat *Tergeſti*, et in *Kartſchia.*

Caulis rubens, albis pilis barbatus. Folia utrinque piloſa, minus tamen quam caulis. Rami e ſummo caule prodeunt, ac flores in corymbum quaſi diſponunt.

Alia facies erat POTENTILLAE alterius, pariter rectae, piloſae et flavis petalis inſtructae, quam vidi in *Horto Academico Vindobonenſi*, caule pluſquam cubitali; foliis inciſo-dentatis, et obſcuro virore tinctis, qui pallidior eſt in POTENTILLA noſtra; Pedunculis lateralibus, ſolitariis, longis, unifloris; calycinis foliis corolla longioribus dentatisque, quam ideo diverſam eſſe cenſeo, nec cum noſtra ſpecie

 confun-

confundendam, quae eſt QUINQUEFOLIUM *montanum erectum, hirſutum, luteum* GARIDEL. Tab. 83. et PENTAPHYLLUM *rectum maius* I. BAUHINI.

619. POTENTILLA *argentea.*

Potentilla foliis quinatis, cuneiformibus, inciſis, ſubtus tomentoſis; caule erecto. LINN. *Syſt. Nat.* p. 350. *Spec. Plant.* p. 497. n. 11. *Fl. Suec.* 2. 464. *Fl. Carniol.* p. 575. n. 7.

Potentilla foliis quinatis, anguſtiſſimis, ſubtus tomentoſis; caule erecto. HALL. *Enum.* p. 341. n. 19. BOEHM. *Lipſ.* 430.

Fragaria caule erecto; foliis quinatis, apice ſerratis, ſubtus tomentoſis. HALL. *Hiſt.* n. 1124.

DIAGN. *Folia ſubtus, una cum calycibus, tomentoſa.*

Habitat in muris circa *Lokopolim.*
Petala ſulphurea.

620. POTENTILLA *Tormentilla erecta.*

Fragaria tetrapetala; foliis caulinis, ſeſſilibus, quinatis. HALL. *Hiſt.* n. 1117.

Potentilla foliis quinatis; flore tetrapetalo; caule erecto. HALL. *Enum.* p. 341. n. 11. *Fl. Carniol.* p. 575. n. 5.

Tormentilla caule erectiuſculo; foliis ſeſſilibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 352. *Spec. Plant.* p. 500. n. 11. *Fl. Suec.* 2. 459.

DIAGN. *Calyx octofidus. Petala quatuor.*

Habitat in montanis et ſylveſtribus.
Caulis debilis, plus minus erectus. Petala ſubcordata; unguibus croceis. Stamina (16). Semina reniformia, thalamo piloſo adfixa.

TORMENTILLA differt a POTENTILLA, ut GENTIANA *Ciliata*, ab ASCLEPIADEA. Monoculum Hominem ab humano genere quis ſeparabit?

621. Po-

621. POTENTILLA *verna.*

Potentilla foliis radicalibus quinatis, acute ferratis, caulinis ternatis; caule declinato. LINN. *Syſt. Nat.* p. 351. *Spec. Plant.* p. 498. n. 14. *Fl. Carniol.* p. 574. n. 4.

Potentilla foliis quinatis, obtuſe in apice ferratis; petalis cordatis. HALL. *Enum.* p. 340. n. 6.

Fragaria caule decumbente; foliis quinatis, ſerratis, ſubhirſutis. HALL. *Hiſt.* n. 1119.

DIAGN. *Folia ſupra medium dentata. Petala cordata, ad baſin crocea macula inſtructa.*

Habitat in ſiccis herbidis, et in collibus.

POTENTILLAM *Auream*, HALLERO duce, a *Verna* ſeparat LINNAEUS, ego vero tantam differentiam non invenio, nec dentes foliorum plus minus acuti, aut petalorum magnitudo, vel caulis magis minusve erectus, ſufficere mihi videntur, cum habitu, loco natali ſicco, figura petalorum, radice et foliis utraque conveniat.

622. POTENTILLA *reptans.*

Potentilla foliis quinatis, caule repente, pedunculis unifloris. LINN. *Syſt. Nat.* p. 351. *Spec. Plant.* p. 499. n. 17. *Fl. Suec.* 2. 456. *Fl. Carniol.* p. 574. n. 5.

Potentilla foliis quinatis longe petiolatis, caule repente. HALL. *Enum.* p. 340. n. 9.

Fragaria foliis quinatis, ferratis, petiolis unifloris, caule reptante. HALL. *Hiſt.* n. 1118.

Quinquefolium. MATTH. *Dioſc.* p. 650.

DIAGN. *Reptat ſtolonifera; ſegmentis calycinis alternis ovato-lanceolatis.*

Habitat circa hortos et vias.

Filamenta (20), in duas ſeries diſtributa. Interna ſeries ſtamina alterna longiora poſſidet.

623. POTENTILLA *caulescens.*

Potentilla foliis quinatis, apice conniventi-ferratis;

caulibus multifloris, procumbentibus; receptaculis hirſutis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 351. IACQUIN. *Auſtr.* Obſ. 44.

DIAGN. *Caulis erectus, folioſus; foliis apice dentatis.*

Habitat in rupibus.

An vere ſit QUINQUEFOLIUM *ſecundum, minus, albo flore.* CLUSII, dubito; cum CLUSIUS ipſe fateatur, ſe ignota deſcribere PENTAPHYLLA, dein QUINQUEFOLIUM *Cluſianum*, teſte HALLERO, folia gerit apice tridentata, quae in noſtro multos dentes habent.

624. POTENTILLA *Nitida.*

An hanc LINNAEUS intelligat in *Syſt. Nat.*, ſub nomine POTENTILLAE *Nitidae*, ſtatuere nequeo.

Quinquefolium primum album. HALL. *Op. Bot.* p. 257. n. 46. eſſe idem cum noſtro certius licet pronunciare, cum Germaniae ſylvarum indigenum faciat? An haec etiam POTENTILLA *foliis quinatis, palmatis, ſerratis, ſericeis. H. Goettingenſ.* p. 197.?

Quinquefolium album. MATTHIOLI huc pertinere videtur, ob caules petiolis breviores.

Nomen QUINQUEFOLII *Lupini folio, argentei, flore albo.* RUPPII, noſtrae plantae omnino convenit, ob evidentem cum Lupino foliorum ſimilitudinem.

An *Quinquefolium primum, maius, albo flore.* CLUSII? ſic mihi videtur.

Differentiam a ſpecie priore conſtituunt.

1. Petioli radicales, longi. 2. Folia apice tridentata, ſuperne ſature viridia, et glabra, per ſiccitatem obſcuriora facta, ſubtus albo denſo et ſericeo villo fulgida. 3. Caulis debilis, petiolis brevior. 4. Folia caulina integerrima. 5. Petala minora. 6. Receptaculum minus villoſum.

7. Lo-

626. Potentilla Grandiflora. Tab. 22



7. Locus natalis in herbidis et ſylveſtribus locis, non vero ſaxoſis.

(***) *Triphyllae.*

625. POTENTILLA *Veſca.*

Potentilla flagellis reptans; foliis ternatis. BOEHM. *Lipſ.* 423. *Fl. Carniol.* p. 572. n. 1.

Fragaria flagellis reptantibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 349. *Spec. Plant.* p. 494. *Fl. Suec.* 2. 459. HALL. *Enum.* p. 343.

Fragaria foliis ternatis, flagellis reptans. HALL. *Hiſt.* n. 1112.

Fragaria. MATTHIOL. *Dioſc.* p. 651.

DIAGN. *Flagella longa, filiformia. Receptaculum carnoſum, eſculentum.*

Habitat paſſim in ſylvis.

A POTENTILLIS duae notae ſeparant, nempe unicus ſtaminum ordo, et receptaculum carnoſum; ſex vero coniungunt unanimes; ergo ſtandum pluralitati vocum in foro naturae.

Fructus aquoſus, refrigerans.

626. POTENTILLA *Grandiflora.* Tab. 22.

DIAGN. *Caules diffuſi. Folia ternata, utrinque villoſa, dentata, oblonga. Petala flava, emarginata.*

Habitat ad radices *M. Dull*, inter *Heidenſchafft* et *Prardt*, prope viam publicam, Octobri M. florens.

Planta quinque aut ſex digitos tranſverſos longa, non erecta, ſed decumbens villis ubique pubeſcens; foliis ternatis, oblongis; petalis emarginatis, flavis.

Synonyma nulla potius, quam dubia allegare viſum eſt. A POTENTILLA *Grandiflora* LINN. differt petalis, tres lineas longis. A *Norvegica* caulibus diffuſis. Dein ſpecimina noſtra magis accedunt *Fragariae ſterili* VAILLANTIANAE, quam AMMANNIANAE. Nec certus ſum eſſe *Fragariam foliis ternatis ſericeis*, etc. *Ill.* HALLERI cum

caulem

caulem huic tribuat erectum, et petala calycem longe ſuperantia. Interim tamen cum Idem *Vir Celeberr.* nullam caulis rationem habeat, eumque in differentia ſpecifica declinatum, in ſynonymo *Linnaeano* decumbentem, in deſcriptione vero erectum dicat, et petala ratione loci natalis magnitudine variare poſſint, non multum errabit, qui ex hac et *Halleriana Fragaria* unicam ſpeciem conſtitueret.

627. Potentilla *ſubacaulis.*

Potentilla foliis ternatis, dentatis, utrinque tomentoſis; ſcapo decumbente. LINN. *Syſt. Nat.* p. 352.

Heptaphyllum alpinum, trifoliatum, ſabaudum. BOCON. *Muſ.* p. 20. Tab. 9.

Diagn. *Folia ternata oblonga, apice tridentata, utrinque tomentoſa. Caules diffuſi.*

Habitat in *Alpibus Vochinenſibus.*

Folia omnia ternata, conduplicata, ovalia et oblonga. Caules vix biunciales.

204. CARYOPHYLLATA.

FUCHS. CLUS. BAUHIN. TOURN. *I. R. H. p. 294. Tab. 151.*
HERMAN. LUDWIG. ADANS.

Calyx et Petala Potentillae, ſed ſemina ſtylo villoſo, uncinato caudata; unci apice brevem alium ſtylum denuo elevante.

628. Caryophyllata *Urbana.*

Geum floribus erectis; fructu globoſo; ariſtatis uncinatis, nudis; foliis lyratis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 332. *Spec. Plant.* p. 501. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 460. *Fl. Carniol.* p. 571. n. 1. Folium lyratum; eſt integrum; oris profunde ſinuatis, quale in hac planta non eſt, ſed vere pinnatum.

Caryophyllata pinnis paucioribus rhomboideis; tubarum ſine uncinato. HALL. *Enum.* p. 335.

Geum

Geum foliis pinnatis, pinna ultima trilobata; floribus patulis, tubis aduncis. HALL. *Hist.* n. 1130.
Caryophyllata. MATTHIOL. *Diosc.* p. 632.

DIAGN. *A basi folii singuli decurrit per caulem angulus. Flores erecti, flavi, stamina non longiora segmentis calycinis minoribus.*

Habitat circa sepes.
Antherae ad lentem pilis marginalibus instructae. Stylus ruber, glaber.

629. CARYOPHYLLATA *Rivalis.*

Geum floribus nutantibus; fructu oblongo; aristis plumosis, tortis. LINN. *Syst. Nat.* p. 352. *Spec. Plant.* p. 501. n. 3. *Fl. Suec.* 2. 461.
Caryophyllata pinnis frequentioribus, extrema semitrifida; flore connivente, nutante. HALL. *Enum.* p. 336. n. 4.
Geum foliis pinnatis; pinnis acutis, extrema maxima trilobata; floribus conniventibus, nutantibus. HALL. *Hist.* n. 1129.

DIAGN. *Flores penduli. Calyces cylindrici. Petala erecta, emarginata, rubra. Fructus erecti.*

Habitat in pratis humidioribus, montanis.
Calyx villosus, obscure ruber. Petala longitudine calycis, venosa, dilatata. Stamina glabra (95). Antherae luteae. Receptaculum intra calycem pedunculatum. Stylus villosus, cauda longior.
Geum. 2. 3. *Fl. Carniol.* huc pertinet.

630. CARYOPHYLLATA *Montana.*

Geum flore solitario; fructu oblongo; aristatis villosis, rectis. LINN. *Syst. Nat.* p. 352. *Spec. Plant.* p. 501. n. 4.
Caryophyllata pinnis confertioribus; extrema subrotunda; tubis rectis. HALL. *Enum.* p. 337. n. 2.
Geum foliis pinnatis, extrema maxima, rotunde cordata. HALL. *Hist.* n. 1131.
Caryophyllata montana. MATTH. *Diosc.* p. 362.

DIAGN.

DIAGN. *Hirſutum, uniflorum, folii pinna extrema baſi cordata, inciſa, obtuſa, crenata, ovali.*

Habitat in *Alpibus Tolminenſibus.*

Flos magnus, erectus, flavus. Stamina dentibus calycinis non longiora.

Melius diceretur *Alpina*, quam *Montana.*

205. DRYAS.

LINN. *Gen. Plant.* 562.

Calycina ſegmenta aequalia; et tot, quot Petala. Semina ſtylo piloſo, recto, non uncinato caudata.

631. DRYAS *octopetala.*

Dryas octopetala; foliis ſimplicibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 352. *Spec. Plant.* p. 501. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 462. *Fl. Carniol.* p. 570. HALL. *Hiſt.* n. 1133. *Fl. Dan.* I. Tab. 31. bene.

Chamaedrys montana. CLUS. *Hiſt.* p. 551.

DIAGN. *Sempervirens., ceſpitoſa; foliis oblongis, duris, crenatis, baſi cordatis, ſubtùs tomentoſis; pedunculis unifloris, nudis; flore octopetalo.*

Habitat in Alpibus noſtris, non rara.

Pedunculi fructiferi floriferis longiores. Diameter floris uncialis. Seminum caude foliis longiores. Petala alba.

CLAS-

CLASSIS XIII.
P O L Y A N D R I A.
MONOGYNIA.

206. CAPPARIS.

DIOSC. GESN. TOURN. *I. R. H. p. 261. Tab. 139.*

Numerus quaternarius foliorum calycis et petalorum. Stylus filiformis. Noſtrae fructus carnoſus, unilocularis, continens ſemina multa, reniformia. TOURN. A. C. D. E. F. G.

632. Capparis *ſpinoſa.*

Capparis ſtipulis ſpinoſis; foliis annuis; pedunculis unifloris, ſolitariis; capſulis ovalibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 358. *Spec. Plant.* p. 503. n. 1. GRONOV. *Orient.* 154. HALL. *Hiſt.* n. 1077.

Capparis. MATTHIOL. *Dioſc.* p. 417. foliis non bene orbiculatis.

Diagn. *Stipulae plerumque ſpinoſae. Pedunculi laterales, ſolitarii, nudi, uniflori, folio longiores.*

Habitat ad muros in *Vipultano*, *Gradiſcuta*, et *Gradiſca*. P. WULFEN. In muro horti, ad *arcem Excell. Comitum Turrianorum Duini.*

Rami proſtrati, teretes. Folia alterna, integerrima, ovata, petiolis quadruplo longiora, obtuſa. Pedunculi teretes, rufeſcentes, fere horizontales, tandem penduli. Calycina folia ovata, coriacea, integra; marginibus rufeſcentibus. Petala rotunda, magna, obtuſa, albo-rubella. Stamina rubra (60), petalis longiora, inaequalia. Antherae flavae; polline albido.

bido. Stylus ruber, ſtaminibus longior. Germen ovale, pedunculatum. Stigma parvum, obtuſum, claveforme, rubellum.

Iuniora folia rubra ſunt.

207. ACTÆA.

PLIN. LINN. *Gen. Plant.* 568.

Differt a CAPPARI ſtylo nullo; cur ergo removet a familia CAPPARIDUM. Cl. ADANSONIUS nonne et RESEDA diſco caret ſtaminifero, etſi cum CAPPARI longe minus adfinis ſit, quam *Actaea*?

633. ACTAEA *ſpicata.*

Actaea racemo ovato; fructibus baccatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 359. *Spec. Plant.* p. 504. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 464. *Fl. Carniol.* p. 317.

Chriſtophoriana. HALL. *Enum.* p. 306.

Actaea foliis circumſerratis, duplicato-pinnatis; pinnula extrema trilobata. HALL. *Hiſt.* n. 1076.

Aconitum racemoſum. I. BAUHIN. *Hiſt.* III. p. 660.

DIAGN. *Inter petiolos prodit ſcapus gerens folia ternata, et racemum ovalem.*

Habitat in ſylvis umbroſis.

Pedunculi ſimplices bractea lineari. Stamina (ad 30) petalis longiora. Bacca ovata, nigra, unilocularis, fovens ſemina (12) in duas ſeries diſpoſita, lineis binis longitudinalibus albis adfixa. Semina media ſemiorbicularis figurae, dorſo plana.

208. CHELIDONIUM.

DIOSC. TOURN. *I. R. H. p. 231. Tab. 116.*

Stamina libera; filamentis dilatatis; antheris pedicellatis. Stigma cordiforme. Siliqua unilocularis. Semina valvis adpenſa.

CHE-

CHELIDONII adfinitas cum BREYNIA, et SINAPISTRO. TOURN. manifeſta eſt.

634. CHELIDONIUM *maius.*

Chelidonium pedunculis umbellatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 359. *Spec. Plant.* p. 505. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 465. *Fl. Carniol.* p. 314.

Chelidonium lobis foliorum ſubrotundis. HALL. *Hiſt.* n. 1059. BOEHM. *Lipſ.* 305.

DIAGN. *Pedunculi umbellati.*

Habitat paſſim ad vias et rupes.

Decocto, a noſtratibus, necantur vermes, qui putridis equorum ulceribus, innaſcuntur.

209. GLAUCIUM.

TOURN. *I. R. H. p. 254. Tab. 130.* ADANS. *Fam. Plant. p. 432.*

Siliqua bilocularis; ſepto ſpongioſo, cui immerſa ſunt ſemina ovato-reniformia. Hanc terminat ſtigma quadrilobum, ſcyphiforme, quod prius erat lamina ſtylo adplicata.

Si flos in hoc genere, non vero fructus attendendus eſt; tunc nec PAPAVER a CHELIDONIO ſeparandum.

635. GLAUCIUM *luteum.*

Chelidonium pedunculis unifloris; foliis amplexicaulibus, ſinuatis; caule glabro. LINN. *Syſt. Nat.* p. 360. *Spec. Plant.* p. 506. n. 2. caulis ad baſin glaber eſt, alibi vero in omni aetate hiſpidus.

Glaucium foliis tomentoſis, imis pinnatis, ſuperioribus ſerratis, amplexicaulibus. HALL. *Enum. Plant.* p. 304.

Glaucium foliis radicalibus, ſemipinnatis, caulinis amplexicaulibus. HALL. *Hiſt.* n. 1060.

Glaucium flore luteo. TOURN. *Inſt.* p. 254.

Papaver corniculatum. CLUSII, MATTHIOLI, I. BAUHINI. &c.

DIAGN. *Folia pinnatifida; segmentis sinuatis et dentatis. Petala colore* MERULII CHANTARELLI. *Tota planta hispida.*

Habitat *Tergesti* circa *mare.* In *Adriatici maris littore, non longe a Timavi* fonte MATTH.

Cotyledones glabrae, lanceolatae, has sequuntur duo foliola tridentata petiolata, glabra, dein folia alia sensim hirsutiora et magis dentata, donec pinnatifida appareant; pinnis inferiore latere magis sinuatis. Radix rubra, perennis. Caulis teres, dichotomus. Pedunculi laterales, solitarii, foliosi, calyce breviores. Calyx scaber; petalis subaequalibus. Petala subrotunda; unguibus rubellis. Stamina ultra (60). Antherae sessiles, erectae. Stylus foliis concolor. Stigma luteum. Siliqua semipedalis, incurva, aspera.

Calyces nutantes eriguntur die antecedente petalorum explicationem. Petala altera die decidunt.

210. PAPAVER.

LATIN. BRUNFELS. GESN. TOURN. *I. R. H. p. 237. Tab. 119. 120.*

Differt a GLAUCIO, stylo nullo, capsula sub stigmate foraminulis dehiscente, et polysperma.

636. PAPAVER *Argemone.*

Papaver capsulis clavatis, hispidis; caule folioso, multifloro. LINN. *Syst. Nat.* p. 360. *Spec. Plant.* p. 506. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 466.

Papaver foliis hispidis, pinnatis, pinnis lobatis, capitulis ellipticis, hispidis. HALL. *Hist.* n. 1061.

Papaver erraticum; capitulo hispido. TOURN. *Inst.* p. 238.

Anemone capitulo spinoso. I. BAUH. *Hist.* III. p. 396.

DIAGN.

DIAGN. *Caulis ramosus. Folia pinnata; pinnis inaequaliter bifidis et trifidis. Capsula oblonga, pilis rigidis erectis hispida.*

Habitat in *Agro Goriziensi.* P. WULFEN.

Caulis pilosus. Rami foliosi, multiflori. Foliorum segmenta acuminata. Calyces fere glabri. Petala obsolete rubra. Capsulares pili albo-lutei.

637. PAPAVER *alpinum.*

Papaver capsula hispida; scapo unifloro, nudo, hispido; foliis bipinnatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 360. *Spec. Plant.* p. 507. n. 3.

Papaver nudicaule, foliis pinnatis, pinnis integris et divisis, capitulis subrotundis hispidis. HALL. *Hist.* n. 1062.

DIAGN. *Scapi uniflori, subradicales, nudi. Folia pinnata; pinnis pinnatifidis. Capsula pilosa, stigmate pentagono coronata.*

Habitat in *Alpibus.*

VAR. 1. *Flore flavo.*

Papaver perenne, pilis rigidissimis; foliis pinnatis, flore luteo, hirsuto. HALL. *Enum.* p. 304.

Papaver alpinum. SEGUIER. *Veron.* I. p. 416. Tab. 4. fig. 4.

Papaver erraticum, nudicaule; flore flavo, odorato. DILLEN. *H. Elth.* Tab. 224.

Habitat in ruinis M. *Greben.*

Huic hirsuties non tanta. Segmenta foliorum tenuiora et longiora; ultimo trifido. Stamina (60-70).

— 2. *Flore albo.*

Varietatis huius meminit. *Ill.* HALLERUS in *H. Goetting.* p. 88.

Habitat in *Alpibus Vochinensibus*, prope Pastorum casas.

Maior et villosior planta; foliis pallidioribus;

 pinnis

pinnis omnibus trifidis et latioribus; petalorum unguibus virefcentibus.
Figura SEGUIERII, hanc potius indicat; nam lutea varietas pinnas feffiles et incifas non habet.

638. Papaver *Rhaeas.*

Papaver capfulis glabris, globofis; caule pilofo, multifloro; foliis pinnatifidis, incifis. LINN. *Syft. Nat.* p. 360. *Spec. Plant.* p. 507. n. 5. *Fl. Suec.* 2. 468. *Fl. Carniol.* p. 314.
Papaver foliis hifpidis pinnatis, pinnis lobatis, fructu ovato, laevi. HALL. *Hift.* n. 1063.
Papaver erraticum. MATTHIOL. *Diofc.* p. 670.

Diagn. *Caulis ramofus, una cum foliis pinnatifidis pilofus. Capfulae glabrae, oblongae potius, quam fphaericae.*
Habitat in arvis.
Petala magna, pulchre rubentia.

211. NYMPHAEA.
LINN. *Gen. Plant.* 579.

Calyx perfiftens. Petala multa. Styli nulli. Fructus coronatus ftigmate plano, radiato: radiis tot, quot locula, ut in Papavere. Cur ergo adfinis nunc fit Asaro, Tamo etc.?

639. Nymphaea *lutea.*

Nymphaea foliis cordatis, integerrimis; calyce magno, pentaphyllo. LINN. *Syft. Nat.* p. 361. *Spec. Plant.* p. 510, n. 1. *Fl. Suec.* 2. 469. *Fl. Carniol.* p. 315. n. 1.
Nymphaea calyce pentaphyllo, petalis maiori, fructu conico. HALL. *Hift.* n. 1066.
Diagn. *Calyx pentaphyllus. Petala flava. Fructus pyriformis.*
Habitat in *Lacu Zirchnicenfi, Veldenfi,* et in foffis maioribus *Labacenfibus.*

Stigma

Stigma Agaricino pileo concavo ſimile, et decem radiatum.

Lacus Zirchnizenſis, antiquis *Lugeus*, *Lugeaque palus*, qualibet aeſtate exſiccatur refluentibus aquis in antra octodecim ſubterranea, et denuo brevi renaſcitur inde denuo erumpentibus undis ex cryptis praecipue *Sekadulze*, *Urainaiamma* et *Oberch*, e quibus ſimul ingens copia piſcium et anatum exit. Hinc in eodem loco piſcatura, venatio, meſſis, natura mirante.

640. NYMPHAEA *alba*.

Nymphaea foliis cordatis, integerrimis; calyce quadrifido. LINN. *Syſt. Nat.* p. 361. *Spec. Plant.* p. 510. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 470. *Fl. Carniol.* p. 316. n. 2.

Nymphaea calyce tetraphyllo, petalis minori, fructu rotundo. HALL. *Hiſt.* n. 1267.

Nymphaea alba. MATTH. *Dioſc.* p. 584.

DIAGN. *Calyx ad baſin uſque quadrifidus. Fructus globoſus.*

Habitat cum priore.

Plenitudo floris naturalis.

212. TILIA.

PLIN. BRUNFELS. TRAG. DODON. TOURN. *I. R. H. p. 611. Tab. 381.*

Calyx pentaphyllus, deciduus. Capſula quinquelocularis, baſi dehiſcens. LINN. unilocularis LUDW. Semina ſolitaria LINN. 1-2. in uno loculo ADANS. Ligula foliacea ad pedunculum LUDWIG.

641. TILIA *platyphyllos*.

Tilia floribus nectario deſtitutis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 363. *Spec. Plant.* p. 514. *Fl. Suec.* 2. 471. *Fl. Carniol.* p. 313. differentia comprehendens utramque ſpeciem.

Tilia foliis amplioribus, mollibus, ſubhirſutis. HALL. *Enum.* p. 357. n. 1.

DIAGN. *Folia magna, ſubhirſuta.*

Habitat in ſylvis.

Citius floret, et folia perpetuo magna, molliora, et ſubvilloſa profert.

642. TILIA *Ulmifolia.*

Tilia folio glabro, duriori, minori. HALL. *Enum.* p. 358. n. 2.

DIAGN. *Folia duriora, minora, nullibi villoſa.*

Habitat cum priore, ſed rarior.

Serius floret, duabus et tribus hebdomadis; ut diverſa omnino videatur.

Tiliae flores apibus grati. Cortex praebet pallia paſtoribus noſtris, et tegumenta mercium Ruthenicis. Ligno pictores carbonem parant pro delineationibus. Eodem utuntur artifices libentiſſime, cum vermes non facile admittat. Folia inſerviunt pabulo pecorum. Vis antiepileptica florum et horum aquae imaginaria.

213. CISTUS.

LINN. *Gen. Plant.* 598.

Calyx perſiſtens, pentaphyllus; foliis duobus maioribus. Petala flaccida, papaveracea. Capſula trigona, trivalvis. Semina rotundata, pedicellata, angulis adfixa.

Solus numerus loculorum capſulae, naturale genus non conſtituit, nec lacerari debet.

643. CISTUS *ſalvifolia.*

Ciſtus arboreſcens, exſtipulatus, foliis ovatis, petiolatis, utrinque hirſutis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 366. *Spec. Plant.* p. 524. n. 7. GRONOV. *Orient.* 167.

Ciſtus

Tab. 23.

645. *Cistus Alpestris.*



Rein. sc. . . . V.

Ciſtus fructicoſus, foliis petiolatis, ovatis, rugoſis, ſerratis. HALL. *Hiſt.* n. 1031.
Ciſtus folio ſalviae. C. BAUH. *Pin.* p. 464.
Ciſtus femina. CLUS. *Hiſt.* I. p. 60. MATTH. *Dioſc.* p. 141. ramus ſine flore. I. BAUHIN. *Hiſt.* II. p, 4.

DIAGN. *Frutex; pedunculis unifloris, bis bibracteatis; capſulis quinquelocularibus.*

Habitat circa *Tergeſtum*, Maio florens.
Lignum duriſſimum. Folia elliptica, ſubtus magis hirſuta. Rami lanuginoſi, rubelli. Folia calycina tria exteriora cordata. Petala alba, unguibus luteis. Par unum bractearum ad baſin pedunculi, aliud infra medium. Stamina (140). Capſula ſubrotunda, pentagona, villoſa, terminata ferrugineo fungoſoque ſtigmate. Semina in uno loculo (ad 16), hinc gibba, inde planiuſcula, ſubovata.

644. CISTUS *Fumana.*

Ciſtus ſuffructicoſus, procumbens, exſtipulatus; foliis alternis, linearibus; margine ſcabris; pedunculis unifloris. LINN. *Syſt. Nat.* p. 367. *Spec. Plant.* p. 525. n. 11. *Fl. Suec.* 2. 474.
Helianthemum, foliis alternis, anguſtiſſimis. HALL. *Enum.* p. 359. n. 5.
Ciſtus foliis duris, confertis, linearibus, petiolis unifloris; calycibus glabris. HALL. *Hiſt.* n. 1032.
Helianthemum tenuifolium. I. BAUH. *Hiſt.* II. p. 18.

DIAGN. *Folia linearia, alterna, ſine ſtipulis. Pedunculi uniflori. Calyces villoſuli.*

Habitat in montibus *Vipaccenſibus* et *Gorizienſibus.*
Suffrutex procumbens. Caules ſemipede raro longiores. Pedunculus prope apicem caulis. Petala flava. Stamina caſtrata non invenio, nec capſulam ſexlocularem.

645. CISTUS *Alpeſtris.* Tab. 23.

Ciſtus ſuffruticoſus, procumbens, exſtipulatus; fo-

liis oppofitis, pilofis, ciliatis; floribus racemofis. IACQUIN. *Auftr.* p. 93. Obf. 45.

Ciftus caulibus duris, procumbentibus, foliis fubhirfutis, ellipticis, coniugatis; petiolis unifloris, confertis, calycibus tomentofis. HALL. *Hift.* n. 1034.

DIAGN. *Exftipulatus, alpinus, pilofus; foliis obtufis, ellipticis.*

Habitat in *Alpibus Vochinenfibus.*

Confundi non debet cum CISTO *cano*, quem bene nofco, ob folia lanceolata, acuminata, utrinque cana. Dubitabam an CISTUS ifte fit vere *alpeftris* Cl. IACQUINII, fed vifis fpeciminibus noftris, omne dubium abfterfit *Doctiffimus Amicus.*

646. CISTUS *Tomentofus.* Tab. 24.

Helianthemum foliis fuperne pilofis, inferne tomentofis. HALL. *Enum.* p. 359. n. 3. 4.?

Ciftus caulibus duris procumbentibus, foliis ellipticis hirfutis, inferne tomentofis; petiolis confertis unifloris; calycibus tomentofis. HALL. *Hift.* n. 1035.

Helianthemum alpinum; foliis Pilofellae minoris. FUCHSII. I. BAUH. TOURNEF. SEGUIERII. *Veron. Suppl.* p. 196. n. 5. fed miror plantam alpinam et aridi foli cupidam crefcere in foffis Veronenfibus.

DIAGN. *Folia fuperne villofa, fubtus tomentofa; ftipulis longitudine calycis.*


Habitat in Alpibus noftris.

Suffruticofus, erectus, caules habet femipedales fimplices. Folia ima elliptica, fuperiora lanceolata, acuminata. In fummo caule flores (4 - 5), magni, flavi.

Eandem plantam vidi in *Alpibus Tyrolenfibus. Ann. II. Hift. Nat.* p. 53.

Tab. 24.

646. Cistus Tomentosus.



Tab. 25.

648. Cistus Grandiflorus.



Rein sc. A.V.

647. CISTUS *canus.*

Ciſtus ſuffructicoſus, procumbens, exſtipulatus; foliis oppoſitis, villoſis ſubtus tomentoſis; floribus ſubumbellatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 367. *Spec. Plant.* p. 525. n. 11. IACQUIN. *Auſtr.* p. 93.

DIAGN. *Stipulae nullae. Folia lanceolata, utrinque tomentoſa, ſuperne albis raris et proſtratis pilis adſperſa.*

Ex montanis *Carnioliae* calidioris, ad me delatus.

Caules antiqui procumbunt, nudi, folioſi vero et floriferi eriguntur. Calyces tomentoſi. Pedunculi e ſummis, iisque ſubnudis ramis (1 — 3), umbellati, quatuor linearum longitudinem raro ſuperantes.

CISTUS *Marifolius* a Cl. SCHREBERO communicatus folia gerit CISTI *cani*, ſubtus magis tomentoſa, oblonga, corollas vero CISTI *alpeſtris*. An ergo CISTUS *alpeſtris*, *canus*, *marifolius*, unica ſpecies?

648. CISTUS *Grandiflorus.* Tab. 25.

Helianthemum alpinum, vulgari ſimile; foliis latioribus. SEGUIER. *Veron. Suppl.* p. 193. Tab. 6. fig. 1.

DIAGN. *Folia lanceolata, utrinque villoſa, acuminata; ſtipulis calyce longioribus.*

Habitat in *Alpibus Vochinenſibus.*

Caulis ſuffruticoſus, villoſus, ſemipedalis circiter. Folia uncialia. Flores racemoſi. Pedunculi et Calyces villoſi. Folia calycina minora, linearia, alia duplo longiora. Petala flava rotundata, ſemiunciam fere longa.

Spiculae in figura SEGUIERII nimis parvae. Differt ab *Helianthemo* tota facie, flore, ſpicularum longitudine, duritie foliorum.

649. Cistus *Helianthemum.*

Ciſtus ſuffruticoſus, procumbens; ſtipulis lanceolatis; foliis oblongis, revolutis, ſubpiloſis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 368. *Spec. Plant.* p. 528. n. 26. *Fl. Suec.* 2. 473. *Fl. Carniol.* p. 312. n. 2.

Helianthemum foliis ſubhirſutis, omnibus longe ellipticis. HALL. *Enum.* p. 358. n. 1.

Diagn. *Folia ſubhirſuta, oblonga, revoluta; ſtipulis calyce brevioribus.*

Habitat in ſaxoſis et aridis.
Ergo vere diverſus a ſpecie priore.

DIGYNIA.

214. POEONIA.

PLIN. TOURN. *I. R. H. p. 273. Tab. 146.*

Calyx pentaphyllus. Petala quinque. Styli nulli. Siliquae hirſutae binae et ternae, longitudinaliter dehiſcentes, polyſpermae. Semina nigerrima, nitida. HALL. fere globoſa. TOURN. Radix tuberoſa. LUDW.

650. Poeonia *officinalis.*

Poeonia foliolis oblongis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 370. *Spec. Plant.* p. 530.

Poeonia radice glanduloſa; foliis duplicato-pinnatis; pinnis ellipticis, et trilobis. HALL. *Hiſt.* n. 1187.

Diagn. *Folia decompoſita: foliolis lanceolatis, acuminatis, ſeſſilibus, decurrentibus, acuminatis, lobatis et ſimplicibus.*

Habitat circa *Prardt*, in M. *Nanas.*
Folia prima educunt tres petiolos, quorum unus gerit unicum folium, alii vero bina; omnia ovata et obtuſa.

tuſa. Sub calyce eſt folium unum et duo. Petala (6—7). Filamenta purpurea. Antherae flavae. Stigmata ſunt ungues fuſci, flavo margine inſtructi.

TRIGYNIA.

215. DELPHINIUM.

DIOSC. TOURN. *I. R. H. p. 426. Tab. 241.*

Nectarium floris bifidum, caudam demittens vaginatam calcare petali ſupremi. ADANS. Nectarium hoc corollam et petala, caetera calycem vocat.

651. Delphinium *Conſolida.*

Delphinium nectariis monophyllis; caule ſubdiviſo. LINN. *Syſt. Nat.* p. 370. *Spec. Plant.* p. 530. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 475. *Fl. Carniol.* p. 548.
Delphinium radice fibroſa; foliis tenuiſſime diviſis. HALL. *Enum.* p. 314. n. 1.
Delphinium uniſiliquum, caule brachiato diffuſo, floribus ſparſis. HALL. *Hiſt.* n. 1203.

Diagn. *Nectarium monophyllum, caulis ſubdiviſus.* LINN.

Habitat in agris et hortis.

652. Delphinium *Staphiſagria.*

Delphinium nectariis tetraphyllis, petalo brevioribus; foliis palmatis, lobis obtuſis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 371. *Spec. Plant.* p. 531. n. 6.
Habitat in *Iſtria.* MATTHIOL. Ego nondum inveni, quae tamen, ſub hoc nomine in *Horto Academico Vindobonenſi*, a me viſa fuit planta, foliorum lobos acuminatos habebat, nec obtuſos.

216. ACO-

216. ACONITUM.

DIOSC. TOURN. *I. R. H. p. 424. Tab. 239. 240.*

Corolla nuda, ut in DELPHINIO, ſed petalum ſupremum galeae ſimile, nectaria bina fiſtuloſa et pedunculata.

653. ACONITUM *lycoctonum.*

Aconitum foliis palmatis, multifidis, villoſis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 371. *Spec. Plant.* p. 532. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 476. *Fl. Carniol.* p. 549. n. 1. HALL. *Enum.* p. 312. n. 1.

DIAGN. *Galea apice dilatata, caeteris petalis duplo longior. Stamina (ad 26.)*

Habitat ad ſepes et prata.

Corollae galea recta, rugoſa, Nectarium obtuſum, integerrimum, decurrens per tortilem pedunculum. Germina glabra, tria.

654. ACONITUM *Napellus.*

Aconitum foliorum laciniis linearibus, ſuperne latioribus, linea exaratis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 371. *Spec. Plant.* p. 532. n. 3. *Fl. Suec.* 2. 477. *Fl. Carniol.* p. 550. HALL. *Enum.* p. 312. n. 2.

Napellus MATTHIOL. *Dioſc.* p. 690.

DIAGN. *Nectarium galeaeforme, baſi bifidum. Capſulae cylindricae, venis reticulatae.*

Habitat in ſylvis Alpeſtribus, circa rivos.

Folia ad baſin uſque trifida: lobo medio bis trifido; laciniis lineari-lanceolatis. Galea falcata, roſtrata. Stamina (ad 30). Nectaria apicibus non ſpiraliter convolutis. Capſulae tres ſacciformes, viridibus, ramoſisque venis reticulatae. Seminum ſeries binae. In qualibet ſerie ſemina (5—6), cuneiformia, epidermide plicata tecta.

Stupenda huius aevi metamorphoſis huius plantae eſt, ex infami veneno in optimam medicinam.

655. Aco-

655. Aconitum *Anthora.*

Aconitum floribus pentagynis, foliorum laciniis linearibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 371. *Spec. Plant.* p. 532. n. 5.

Aconitum foliorum laciniis linearibus, ubique eiusdem latitudinis. HALL. *Enum.* p. 313. n. 4.

Anthora. RIVINI. I. BAUHIN. *Hiſt.* III. p. 660.

Diagn. *Corolla hirſuta. Galea roſtrata. Stamina ultra (50). Germina (5) villoſa.*

Habitat in montanis *Kartſchiae.*
Galea arcuata. Corolla pallide lutea.

PENTAGYNIA.

217. AQUILEGIA.

TRAG. TOURN. *I. R. H. p. 428. Tab. 242.*

Petala decem; alterna infundibuliformia et pone in coecum cornu attenuata. Paleae totidem canaliculatae, quarum ſingula excipit ſtamina (5-6). Capſulae uniloculares, bifidae.

656. Aquilegia *vulgaris.*

Aquilegia nectariis incurvis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 372. *Spec. Plant.* p. 533. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 478. *Fl. Carniol.* p. 550.

Aquilegia foliis trilobatis, lobis petiolatis, tripartitis, obtuſe dentatis. HALL. *Hiſt.* n. 1195.

Diagn. *Foliola rotunde lobata, Thalictroidaea. Petala alterna incurvo cornu praedita.*

Habitat in montanis et ſylveſtribus, non rara.
Cornu obtuſum, ſub capitulum. Palea una continet ſtamina quinque, altera ſex ſtamina eo longiora, quo germinibus propiora. Filamentorum orae membranaceae et corrugatae.
Flores Carniolici plerumque hexagyni.

218. NIGELLA.

PLIN. TOURN. *I. R. H. p. 258. Tab. 134.*

Petala quinque. Nectaria trifida totidem. Capſulae introrſum connexae. Nectaria octo, LVDWIG. bilabiata intra corollam. Capſulae 5-10 connexae. GLEDITSCH.

657. NIGELLA *arvenſis.*

Nigella piſtillis quinis; petalis integris; capſulis turbinatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 372. *Spec. Plant.* p. 534. n. 3.

Nigella flore nudo; ſiliquarum cornubus longiſſimis. HALL. *Hiſt.* n. 1194.

Melanthium ſylv. II. MATTHIOL. *Dioſc.* p. 528.

DIAGN. *Flores pentagyni. Petala integra. Capilitium foliaceum ſubflore nullum.*

Habitat in agris *Tergeſtinis*, et *Gorizienſibus.* Petala albo-viridia.

POLYGYNIA.

219. ANEMONE.

LINN. *Gen. Plant. 614.*

Involucrum triphyllum erigit pedunculum unum aut plures. Corolla nuda. Nectaria nulla. Semina nuda, receptaculo adfixa, mutica in HEPATICA GALEN. et ANEMONE TOURN.; caudata in PULSATILLA TOURN.

(*) *Seminibus ecaudatis.*

658. ANEMONE *Hepatica.*

Anemone foliis trilobis, integerrimis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 374. *Spec. Plant.* p. 538. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 480. HALL. *Hiſt.* n. 1156.

He-

Hepatica. LINN. *Fl. Carniol.* p. 567.

DIAGN. *Folia aequitriloba. Pedunculi folia praecedentes. Involucrum triphyllum.*

Habitat in *Humo* ſylvarum.

Folia ſubcoriacea ACERIS *Monſpeſſulani.* Stamina (46). Antherae ſeptum coloratum, locula lateralia. Germina (ad 31). Receptaculum hemiſphaericum, villoſum.

659. ANEMONE *trifolia.*

Anemone foliis ternatis, ovatis, integris, ſerratis; caule unifloro. LINN. *Syſt. Nat.* p. 375. *Spec. Plant.* p. 540. n. 13. folia, in his terris, nunquam ovata ſunt.

DIAGN. *Folia terna: ternata, ut in* DENTARIA enneaphylla. *Pedunculus uniflorus, hexapetalo alboque flore terminatus.*

Habitat in ſylveſtribus, non rara, florens ſub finem Aprilis.

Caulis teres. Petioli ad baſin ſanguinei. Folia oblonga, concava, ſubtus nitidula et rubore aliquo tincta, dentata. Petala elliptica. Germina (22), albo villo pubeſcentia. Stamina alba, ultra centum.

660. ANEMONE *nemoroſa.*

Anemone feminibus acutis, petalis ellipticis, foliis ſerratis. *Fl. Carniol.* p. 567. n. 1.

Anemone ſeminibus acutis; foliolis inciſis, caule unifloro. LINN. *Syſt. Nat.* p. 375. *Spec. Plant.* p. 541. n. 15. *Fl. Suec.* 2. 485.

Anemone ſeminibus nudis, caule unifloro, foliis radicalibus nullis, caulinis quinque partitis, lobis tripartitis, inciſis. HALL. *Hiſt.* n. 1154.

Ranunculus ſylvarum. CLUS. *Hiſt.* p. 247.

DIAGN. *A priore differt ſtaminibus (60-65.) antheris flavis, foliis inciſis et crenatis.*

Habitat in pratis ſterilioribus et muſcoſis, circa medium Martii florens.

Fo-

Foliolum medium trilobum, lateralia biloba, nullum decurrens per petiolum. Petala sena et alba. Antherae, effuso polline, tetragonae. Germina (ad 40). Styli recti. Stigmata pellucida, globosa. Receptaculum ovatum, villosum.

661. ANEMONE *ranunculoides*.

Anemone seminibus acutis; petalis subrotundis, foliis crenatis. *Fl. Carniol.* p. 568. n. 2.

Anemone seminibus acutis; foliolis incisis; petalis subrotundis; caule subbifloro. LINN. *Syst. Nat.* p. 375. *Spec. Plant.* p. 541. n. 17. *Fl. Suec.* 2. 486.

Anemone biflora, seminibus nudis; foliis radicalibus nullis; caulinis quinquepartitis; lobis tripartitis, incisis. HALL. *Hist.* n. 1153.

DIAGN. *Petala ovata, flava. Germina glabra. Styli reflexi.*

Habitat cum priore.

Involucrum 1-3-florum. Petala, apud nos, saepe sena.

662. ANEMONE *Alpina.* Tab. 26.

Anemone seminibus lanatis, foliis caulinis ternatis, triplicato-trifidis, lobulis lanceolatis, acute trifidis et bifidis. HALL. *Hist.* n. 1151.

Anemone IV. C. BAUH. *Prodrom.* p. 94? sed inter *Anemones caudatas* ponitur a LINN.

DIAGN. *Folia radicalia, composita; pinnis sessilibus, incisis: segmentis lanceolatis. Germina lanata, glabro stylo terminata.*

Habitat in *Alpibus Vochinensibus.*

Petioli prodeunt e vaginis striatis; striis tribus ferrugineis, et in tres ramos dividuntur denuo divisos: ramo quolibet ultimo sustinente folia tria, semiuncialia, laciniata, subtus villosula. Caulis vix semipedalis, villosus, teres. Foliola involucri prodeunt e vagina foliacea, triphylla. Petala sena, albo-luteola, oblonga. Stamina lutea. Styli fusci, non villosi, germinibus breviores.

(**) *Se-*

Tab. 26:

62. *Anemone Alpina.*



(**) *Seminibus caudatis.*

663. ANEMONE *Apiifolia.*

Anemone tubis caudatis; foliis omnibus duplicato-pinnatis; pinnulis confertis; luteo flore. HALL. *Enum.* p. 332. n. 6.

DIAGN. *Folia radicalia decompofita, tria. Semina longis et plumofis tubis caudata.*

Habitat in *Alpibus Vochinenfibus.*

Specimen quod coram habeo; radicem in duos ramos divifam habet, quorum unus gemmam foliaceam, alter caulem floriferum effert. Folia prodeunt e vaginis ftriatis, fanguineis, villofis, petiolis bafi pariter fanguineis. Petiolus medius dividitur in tres ramos, denuo trifidos: pinnis feffilibus, ternis: terminali profunde trifido; fegmentis acutis. Caulis femipedalis, alba lanugine pubefcens, teres, bafi ruber. Petala oblonga, fena, flava, venulis dichotomis obfcurioribus lineata. Seminum caudae unciales, plumofae.

664. ANEMONE *burferiana.*

Anemone foliis caulinis ternis, connatis, fupradecompofitis, multifidis; feminibus hirfutis, caudatis. LINN. *Syft. Nat.* p. 375. *Spec. Plant.* p. 539. n. 8. fed haec differentia priorem etiam indicat.

Anemone foliis triplicato-pinnatis, acute circumferratis, caulinis ternatis, tubis caudatis. HALL. *Hift.* n. 1149.

Pulfatilla IV, TABERNEM. p. 81.

DIAGN. *A priore diverfa eft. 1. Caule et foliis fupradecompofitis ex eodem loco radicis. 2. Horum bafibus lanuginofis. 3. Vaginis foliorum involucri non emarginatis. 4. Caudarum apicibus rectis et imberbibus, qui in priore incurvi et villofuli funt.*

Habitat in Alpibus cum priore, fed rarior.

Optime diſtinxit HALLERUS, diviſiones vero foliorum ad MYRHIDIS *ſylveſtris* folia accedere bene monuit I. BAUHINUS, etſi ibidem figuram LYCHNIDIS *cuculi* ſuppoſuerit incautus Editor.

665. ANEMONE *Pulſatilla.*

Anemone ſeminibus caudatis; petalis lanceolatis, rectis; foliis bipinnatis. *Fl. Carniol.* p. 568.

Anemone pedunculo involucrato, petalis rectis, foliis bipinnatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 375. *Spec. Plant.* p. 539. n. 5. *Fl. Suec.* 2. 481.

Anemone tubis caudatis, involucris unifoliis, multifidis, foliis linearibus, hirſutis, duplicato pinnatis; pinnis tripartitis, et quadripartitis. HALL. *Hiſt.* n. 1146.

DIAGN. *Involucri laciniae lineares, lanuginoſae. Pedunculus lanuginoſus. Petala violacea, erecta, ſubtus lanata.*

Habitat in montanis *Carnioliae* calidioris.

CERAMBYX *Fur* LINN. in hortis ſiccis, ANEMONEM et CLEMATIDEM, non facile aggreditur.

220. ATRAGENE.

LINN. *Gen. Plant.* 615.

NARAVEL. HERMAN. ADANS. *Famil. Plant. p.* 460.

Genus arbitrarium eſt; differt enim a CLEMATIDE ſtaminibus exterioribus in nectaria lanceolata triloba emarginata et integra degenerantibus, qualem metamorphoſin etiam obſervo in CLEMATIDE *vitalba.* Monſtra haec ſtaminea LINNAEUS petala vocat, corollam vero pro calyce ſumit. Stamina in petala degenerare demonſtrat etiam NYMPHAEA.

666. ATRA-

666. ATRAGENE *Austriaca.*

Atragene foliis duplicato-ternatis; caule fruticoso, scandente. IACQUIN. *Austr.* p. 98. Obs. 46.

DIAGN. *Sarmentosa* PON. *foliolis ternis, inciso-dentatis, ovato-lanceolatis, semisessilibus.*

Habitat in montanis nostris non rara.
Confundi non debet cum ATRAGENE altera, cubitali, herbacea, quam vidi in Comitatu *Tyroliensi,* nec cum CLEMATI *cruciata alpina* CLUSII. Character et habitus huius plantae est omnino CLEMATIS. Melius vero diceretur *Pannonica*, cum non solam *Austriam,* sed et alias regiones inhabitet.

221. CLEMATIS.

DIOSC. PLIN. TOURN. *I. R. H. p. 291. Tab. 150.*

Corolla nuda, tetrapetala. Semina nuda, caudata. Involucrum nullum.

667. CLEMATIS *recta.*

Clematis foliis pinnatis: foliolis ovato-lanceolatis integerrimis; caule erecto; floribus pentapetalis, tetrapetalisque. LINN. *Syst. Nat.* p. 377. *Spec. Plant.* p. 544. n. 8. *Fl. Carniol.* p. 569. n. 1.
Clematis caule erecto, foliis pinnatis, ovato-lanceolatis. HALL. *Hist.* n. 1144.

DIAGN. *Folia pinnata, oblonga, integerrima; acumine terminata. Pedunculi triflori.*

Habitat in locis sterilibus et apricis.
Petala alba, lanceolata, obtusa, lanuginosa. Stamina non ultra (30). Antherae glabrae. Germina (6-8).

668. CLEMATIS *inclinata.*

Clematis (*integrifolia*) foliis simplicibus, ovato-lanceolatis; floribus cernuis. LINN. *Syst. Nat.* p. 377. *Spec. Plant.* p. 544. n. 9.

Clematis Pannonica. CLUS. *Hist.* p. 123. I. BAUHIN. *Hist.* II. p. 229.

DIAGN. *Erecta; foliis sessilibus, oblongis, integris; corollis nutantibus.*

Habitat circa *Duinum* et in *Aquileiensi* solo.

Folia duo suprema, antequam corolla explicata fuerit, erecta, carinata, sese contingentia, oblongam vesicam repraesentant. Stamina pilosissima, petalis caeruleis et lanceolatis duplo breviora.

669. CLEMATIS *Vitalba.*

Clematis foliis pinnatis; foliolis cordatis, integris, scandentibus. LINN. *Syst. Nat.* p. 376. *Spec. Plant.* p. 544. n. 5. *Fl. Carniol.* p. 569. n. 2.

Clematis caule scandente, foliis pinnatis, ovato-lanceolatis, petalis coriaceis. HALL. *Hist.* n. 1142.

DIAGN. *Folia pinnata, triiuga; foliolis subcordatis. Racemi florales foliosi, basi tuberosi, sub petiolis nascentes. Semina in seram hyemem persistentia.*

Habitat in montibus et ad sepes.

Caulis octangulus. Racemi patentes; ramis trifloris. Stamina (60—65). Flos albus. Semen ellipticum, lateralibus minime obtusis.

670. CLEMATIS *Viticella.*

Clematis foliis compositis, decompositisque; foliolis ovatis, sublobatis, integerrimis. LINN. *Syst. Nat.* p. 376.

DIAGN. *Folia integerrima, ternata; terminali uno dente utrinque instructo; lateralibus bilobis. Petala cuneiformia, e rotundato fine acumen educentia.*

Habitat ad sepes *agri Medeensis.*

Sola absentia nectariorum petaliformium genere diversa est haec planta ab ATRAGENE *alpina* LINNAEI. Florentem inveni in dicto loco sub finem Septembris.

bris. Haec omnino eſt CLEMATIS *ſive Flammula, flore caeruleo ſcandens.* I. BAUHIN. *Hiſt.* II. p. 128.

671. CLEMATIS *ceſpitoſa.*

Creſcit haec CLEMATIS ad ſepes *Duinenſes*, non procul ab arce, iuxta viam publicam. Alias ſcandit arbores, et valde ramoſa denſos ceſpites facit; Differt a congeneribus, foliolis vix ſemiuncialibus, integris, ellipticis, quandoque et profunde bilobis. Ex alis prodeunt ramuli folioſi, e quorum alis naſcuntur flores racemoſi, parvi, quos ego tunc non vidi. His ſuccedunt ſemina (2 —— 5) rotundata, compreſſa, caudata; cauda plumoſa, alba, longa, recurva.

222. THALICTRUM.

DIOSC. CLUS. TOURN. *I. R. H. p. 270. Tab. 143.*

Petalorum numero et praecoci delapſu ACTAEAM imitatur; differt vero ſiliculis nudis, monoſpermis, non dehiſcentibus. Semina nuda ponit LINN. ſed iam pridem TOURN. l. c. H. L. et nunc etiam HALLER. et ADANS. capſulas eſſe notarunt, in quibus ſemen unum TOURN. HALL. plura ADANS.

672. THALICTRUM *aquilegifolium.*

Thalictrum fructibus pendulis, triangularibus, rectis; caule tereti. LINN. *Syſt. Nat.* p. 377. *Spec. Plant.* p. 547. n. 12. *Fl. Suec.* 2. 487. *Fl. Carniol.* p. 554. n. 2.

Thalictrum foliis triplicato-pinnatis, patulis, obtuſe trilobis; ſtipulis ovatis; paniculis umbellatis. HALL. *Hiſt.* n. 1141.

DIAGN. *Nulla alia ſpecies indigena maiora folia gerit, ſupra medium aeque lata, ac longa, trifida:*

 ſegmento

ſegmento medio trilobo; lateralibus bilobis; lobis rotundatis.

Habitat in ſylvis.

Caulis teres, obſolete ſtriatus. Stipulae perfoliatae, ſubhemiſphaericae, pelvim ellipticam faciunt. Petala ſtriata obtuſa. Stamina (65—85), rubella, dilatata, ſed etiam violacea et alba. Antherae obtuſae, erectae, viridi-luteae. Germina circa *Idriam* (7-9), circa *Goriziam* (ad 16), circa *Vipaccum* (ad 12); Ergo non ſemper (16) LINN. Folliculi anguloſi. I. BAUHIN. triangulares, penduli.

673. THALICTRUM *flavum.*

Thalictrum caule folioſo, ſulcato, panicula multiplici, erecta. LINN. *Syſt. Nat.* p. 377. *Spec. Plant.* p. 546. *Fl. Suec.* 2. 488.

Thalictrum foliis erectis, lobulis acute trilobis, ſpica adſcendente. HALL. *Hiſt.* n. 1138.

DIAGN. *Caulis ſtriatus, terminatus brevi panicula flava. Folia acute diviſa, ſubtus nervoſa.*

Habitat in *Carniolia*, hinc inde.

Planta noſtra durioribus et ſature viridibus foliis inſtructa, non videtur commode iungi poſſe cum THALICTRO *maiore flavo, glaucifolio.* C. BAUH. quod longe certius ad *Aquilegifolium* referri poſſet, ob tenera glauca et rotunde lobata foliola.

674. THALICTRUM *minus.*

Thalictrum foliis ſexpartitis; floribus cernuis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 377. *Spec. Plant.* p. 546. *Fl. Suec.* 2. 489.

Thalictrum foliis patulis, imis obtuſe trilobis, ſupremis acutis, paniculis diffuſis, floribus nutantibus. HALL. *Hiſt.* n. 1139.

DIAGN. *Caulis et vaginae ſtriatae. Folia plerumque trifida. Panicula laxa. Flores lutei, nutantes.*

Habitat in pratis ſubmontanis.

Fo-

Foliorum longitudo unciam non ſuperat, ſegmenta modo ſubrotunda et obtuſa, modo vero acutiora, diviſionem ſexpartitam nondum vidi.

675. THALICTRUM *nigricans.*

Thalictrum foliis erectis: lobulis acute trilobis; ſpica adſcendente. HALL. *Hiſt.* n. 1138.

Thalictrum caule folioſo ſulcato; panicula multiplici, erecta. LINN. *Syſt. Nat.* p. 377.

DIAGN. *Caulis ſulcatus. Folia lanceolata, ſimplicia et inciſa, ex ſiccitate nigricantia.*

Habitat in montibus noſtris.

Stamina (ad 16), flava. Germina (4—5), inflexo acumine inſtructa.

Huic convenit figura THALICTRI *nigrioris, caule et ſemine ſtriato.* I. BAUHINI, et RUTAE *pratenſis, maioris.* I. TABERNAEMONT. Sed has plantas ad THALICTRUM *ſuum tertium ſeu ſlavum* LINNAEI, refert HALLERUS, quid ergo ſtatuendum? an *flavum* et *nigricans* idem ſunt?

676. THALICTRUM *anguſtifolium.*

Thalictrum foliis adſcendentibus, linearibus; panicula erecta. HALL. *Hiſt.* n. 1137.

Thalictrum I. C. BAUH. *Prodr.* p. 146. cum icone.

Ruta anguſtifolia V. TABERNAEM. *Hiſt.* p. 121. cum eadem figura.

DIAGN. *Folia linearia, obtuſa. Stamina (10-12).*

Habitat *Idriae,* prope ſtagnum, ſub fornace tegulina.

Caulis angulatus; angulis ſcabris. Folia fere uncialia, lineam vix lata.

Eſt THALICTRUM *foliis decompoſitis: pinnis ſeſſilibus, linearibus, ſulcatis rugoſis: marginibus reflexis. Fl. Carniol.* p. 554. n. 4. quod Cl. WILLICHIUS, una cum THALLUCIDO in *flavum* degenerare ſuſpicatur. *Illuſtr.* An. 1766. XXII.

223. ADONIS.

MATTHIOL. DILLEN. BOERH. LINN. *Gen. Plant.* 618. ADANS. *Fam. Plant. p.* 459.

Ranunculum inter et Anemonem ambigit, huius enim petala, eius autem fructum habet, fed caret fquamulis nectariferis, et involucro triphyllo.

677. Adonis *autumnalis.*

Adonis floribus octopetalis; fructibus fubcylindricis. LINN. *Syft. Nat.* p. 377. *Spec. Plant.* p. 547. n. 1. nunc *autumnalis* dicta.

Adonis radice annua, flore octopetalo. HALL. *Hift.* n. 1158.

Diagn. *Petala octo, fructus longus.*

Habitat inter fegetes.

Variat. *Corollis phoeniceis, antheris nigricantibus.*
—— *flavo - rubris, maioribus; antheris flavo - fufcis.*

678. Adonis *vernalis.*

Adonis flore dodecapetalo; fructu ovato. LINN. *Syft. Nat.* p. 377. *Spec. Plant.* p. 547. n. 2.

Adonis radice perenni, flore dodecapetalo HALL. *Hift.* n. 1157.

Diagn. *Petala duodecim, fructus ovalis.*

Habitat cum priore in *Iftria.*

Foliorum fegmenta molli fpinula terminata. Flos multo maior, ac in priore. Petala citrina, lanceolata, lineata.

224. RANUNCULUS.

LINN. *Gen. Plant.* 619.

Characterem effentialem, quo differt ab Adoni conftituit porus aut fquamula nectarifera ad bafin finguli petali.

(*) Co-

(*) *Corollis albis.*

679. RANUNCULUS *alpeſtris.*

Ranunculus foliis trilobis: lobis acutis; caule unifloro. *Fl. Carniol.* p. 563. n. 4.
Ranunculus foliis radicalibus ſubcordatis, obtuſis, tripartitis; lobis trilobatis, caulino lanceolato, integerrimo; caule ſubunifloro. LINN. *Syſt. Nat.* p. 379. *Spec. Plant.* p. 553. n. 22.
Ranunculus uniflorus; foliis laevibus, ſemitrilobis, rotunde ſerratis, caulinis lingulatis. HALL. *Hiſt.* n. 1167.

DIAGN. *Caulis uniflorus. Calyx glaber, apice flavicans. Petala obcordata.*

Habitat in *Alpibus noſtris* frequens.
Folia radicalia ad baſin uſque in tres partes diviſa; media ſemitrifida: ſegmentis lateralibus bifidis; lobi laterales ultra medium bipartiti: ſegmentis ſemibifidis. Floris diameter ſuperat foliorum longitudinem. Stamina flava.
Caulis uniflorus bene dicitur, eſt etenim; ſed foliorum lobi et ſegmenta acuminata non vero obtuſa. Caulis quoque nudus dici nequit, cum duo foliola ligulata gerat; primo non raro trifido. Petala obcordata, in Diagnoſi, ideo poſui, ut eo certius diſtinguatur a RANUNCULO *glaciali*, cui petala integerrima et elliptica, nec caulis uniflorus, qualis in *alpeſtri* perpetuo occurrit.

680. RANUNCULUS *aconitifolius.*

Ranunculus foliis omnibus quinatis, lanceolatis, inciſo-ſerratis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 376. *Spec. Plant.* p. 551. n. 16. *Fl. Carniol.* p. 565. n. 7.
Ranunculus caule ramoſo, multifloro, foliis venoſis, quinquelobis, lobis rhomboideis acutis, acute ſerratis. HALL. *Hiſt.* n. 1164.

DIAGN. *Caulis erectus, ramosus. Folia ad basin usque trifida; lobis lateralibus profunde bifidis.*

Habitat in *M. Nanas, Dull, Ortea, Alpibus Tolminensibus* et *Vochinensibus.*

Folia non quinata, sed tripartita; et licet forent quinquepartita, non tamen quinata dici possent. Species haec germina raro plura, quam (12) habet.

681. RANUNCULUS *aquatilis.*

Ranunculus foliis submersis, capillaceis, emersis peltatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 380. *Spec. Plant.* p. 556. n. 37. *Fl. Suec.* 2. 509. *Fl. Carniol.* p. 566. n. 10.

Ranuncul. Ord. I. HALL. *Hist.* n. 1161-1163.

DIAGN. *Folia saltem submersa capillacea.*

Habitat in aquis et fossis, non rarus.
Petalorum ungues luteoli.

(**) *Corollis flavis.*

682. RANUNCULUS *Flammula.*

RANVNCULUM *Flammulam*, et *repentem* LINNAEI, in unam speciem coniungunt. 1. Folia angusta; petiolis alatis, alba et amplexicaule membrana. 2. Calyx patens, corollae concolor. 3. Petala calyce duplo longiora, integra; unguibus lucidis. 4. Squamula nectarifera parva et obtusa. 5. Semina in capitulum collecta. 6. Locus natalis. 7. Glabrities. 8. Specimina quae possideo, a RANUNCULO *repente* in *Flammulam* sensim degenerantia humus mollis, inundata, bituminosa, incrementum plantae promovet, sed radix debili nixa fundamento, eam erigere et sustinere non potest, hinc decumbit, et radices e geniculis emittit. Si vero solum natale durius, arenosum, siccum, tunc radix firmata, sensim crescentem plantam sustinet.

383. RA-

683. RANUNCULUS *Lingua.*

Ranunculus foliis lanceolatis; caule erecto. LINN. *Syst. Nat.* p. 378. *Spec. Plant.* p. 549. n. 3. *Fl. Suec.* 2. 493. *Fl. Carniol.* p. 562. n. 2.

Ranunculus caule erecto, ramoso; foliis ensiformibus subserratis. HALL. *Hist.* n. 1181.

DIAGN. *Caulis erectus. Folia lanceolata, sessilia, serrata.*

Habitat circa fossas.

Flos magnus. Siliculae ovatae.

684. RANUNCULUS *Ficaria.*

Ranunculus foliis cordatis, angulatis, petiolatis; caule unifloro. LINN. *Syst. Nat.* p. 378. *Sp. Plant.* p. 550. n. 9. *Fl. Suec.* 2. 496. *Fl. Carniol.* p. 563. n. 3.

Ficaria. DILLEN. HALL. *Hist.* n. 1160.

DIAGN. *Polyorchirhizos vernus, repens, suboleraceus, polypetalos.*

Habitat in cultis, abunde.

Scapi angulati. Petala lanceolata, obtusa, superne splendentia. Squamula nectarifera bidentata. Stamina (18—36). Germina (16—24).

Flos obdormit hora quinta vespertina, evigilat nona matutina. Acrimoniam sui generis in hac specie pingue solum obtundit.

685. RANUNCULUS *Thora.*

Ranunculus foliis reniformibus, subtrilobis, crenatis, caulino sessili, floralibus lanceolatis; caule subbifloro. LINN. *Syst. Nat.* p. 378. *Spec. Plant.* p. 550. n. 10. IACQUIN. *Austr.* Obs. 47. *Obs. Botan.* I. Tab. 13. bene.

Ranunculus foliis duris venosis, reniformibus, rotunde-crenatis, convexitate retusa, acute serrata. HALL. *Hist.* n. 1178.

Pthora Valdensium. CLUS. *Hist.* 2. p. 239.

Aconi-

Aconitum Pardalianches. MATTHIOL. *Diosc.* p. 686.

DIAGN. *Fasciculus napulorum radicem constituens. Folia coriacea; radicali reniformi, trilobo: lobo medio minore et integerrimo; lateralibus crenatis.*

Habitat in Alpibus.

Radiculae napiformes, pone attenuatae, antice coniunctae et fasciculatae educunt caulem spithamaeum. Folium radicale unum, longe petiolatum. Folium caulinum primum radicali latius, breviter petiolatum, quinquelobum; lobis tribus mediis integerrimis. Ex ala huius folii prodit ramus triphyllus, uniflorus; foliis duobus primis trifidis, altero simplici et lanceolato. Folium caulinum secundum profunde trifidum, sessile, ex ala ramum alium educit, pariter uniflorum, et duobus lanceolatis foliis instructum. Ultimum folium caulinum subiacet duobus pedunculis, quorum unus terminalis et nudus, alter vero diphyllus. Petala obtusa. Siliculae glabrae (7 - 9) in capitulum subrotundum collectae.

VARIAT. *Folio radicali nullo, uno, aut pluribus;* folio caulino primo trilobo, pedunculis (1 — 4).

Statura maiore aut minore.

Ex data descriptione plantae, cuius varia specimina coram habeo, clare patet, non bene hactenus determinatam fuisse, et solam fere CLUSII figuram tolerabilem esse, in reliquis autem aut omitti folium radicale, aut caulina male depingi, aut petala quatuor esse; unde bene novam iconem nobis dedit *Doctiss.* IACQUIN.

686. RANUNCULUS *nivalis.*

DIAGN. *Caulis hirsutus. Folia radicalia profunde triloba: lobo medio cuneiformi et trifido: segmentis lanceolatis. Petala subrotunda, integerrima, subtus venulis obscurioribus lineata.*

Habitat in *Alpibus* nostris non rarus.

VAR.

VAR. 1. *Caule unifloro.*

Ranunculus calyce hirſuto, caule unifloro; foliis radicalibus palmatis, caulinis multipartitis, ſeſſilibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 379. *Spec. Plant.* p. 553. n. 21. *Fl. Suec.* 2. 502.

Ranunculus caule unifloro; foliis glabris, reniformibus, ſemiquinquelobis. HALL. *Hiſt.* n. 1168.

Ranunculi minimi figura interior. I. BAUH. *Hiſt.* III. p. 861.

Folia in caule bina, ſeſſilia; imo quadrifido, altero trifido.

Quomodo differunt ab hac Planta RANUNCULUS *Monſpeliacus* et *Lapponicus* LINN.? certe HALLERUS non diſtinguit, imo SEGUIERIUS et MAGNOLIUS, eum *Monſpelii*, ne quidem invenerunt. De *Lapponico* pariter dubitare liceret, poſtquam eum *Ill.* HALLERUS coniunxit cum RANUNCULO *Alpeſtri.*

—— 2. *Caule multifloro.*

Ranunculus tenuifolius. I. BAUH. *Hiſt.* III. p. 416.

Caule ramoſo differt a priore.

687. RANUNCULUS *auricomus.*

Ranunculus foliis radicalibus reniformibus, crenatis, inciſis; caulinis digitatis. linearibus; caule multifloro. LINN. *Syſt. Nat.* p. 379. *Spec. Plant.* p. 551. n. 13. *Fl. Suec.* 2. 498.

Ranunculus foliis radicalibus integris, et ſemitrilobatis, rotunde crenatis caulinis multipartitis, linearibus integerrimis. HALL. *Hiſt.* n. 1177.

DIAGN. *Folia radicalia longe petiolata, reniformia, crenata; caulina ſuperiora ſeſſilia et digitata.*

Habitat in ſylvis circa *Schenoſchetz*, et *Goriziam.*

Folia radicalia quandoque triloba. Petala ovata, obtuſa.

688. RA-

688. Ranunculus *ſceleratus.*

Ranunculus foliis inferioribus palmatis; ſummis digitatis; fructibus oblongis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 379. *Spec. Plant.* p. 551. n. 15. *Fl. Suec.* 2. 499.
Ranunculus foliis laevibus, ſemitrilobatis, rotunde ſerratis, fructu ovato. HALL. *Hiſt.* n. 1175.

Diagn. *Folia ima triloba: lobis lateralibus trifidis: ſegmentis crenatis. Calyx reflexus, glaber. Stamina (12).*

Habitat in foſſis *Tergeſtinis.*
Palmata folia non invenio. Calyx flaveſcens. Petala ovata, nitida. Squamula nectarifera ſubrotunda et concava.

689. Ranunculus *repens.*

Ranunculus calycibus patulis; pedunculis ſulcatis; ſtolonibus repentibus; foliis compoſitis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 379. *Spec. Plant.* p. 554. n. 26. *Fl. Suec.* 2. 506. *Fl. Carniol.* p. 565. n. 8.
Ranunculus caule reptante, radicato, foliis ſemitrilobatis, circum ſerratis lobis petiolatis. HALL. *Hiſt.* n. 1173.

Diagn. *Caulis repens e geniculis radicatus. Pedunculi quinque lineis elevatis angulati.*

Habitat in hortorum areis, udisque locis.
Apud nos glaber. Foliorum baſes alatae membrana albida, amplexicaule. Caulis ſubtrigonus. Calycina folia marginata, flaveſcentia, ſubtus villoſula. Petala obtuſa lucida. Squamula nectarifera truncata. Stamina (40—50). Germina glabra.

690. Ranunculus *acris.*

Ranunculus calycibus patulis; pedunculis teretibus; foliis tripartito-multifidis; ſummis linearibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 379. *Spec. Plant.* p. 554. n. 28. *Fl. Suec.* 2. 507. *Fl. Carniol.* p. 564. n. 6.

Ranun-

Ranunculus foliis hirſutis, ſemitrilobatis, lobis lateralibus bipartitis, foliis caulinis ſemitrilobis. HALL. *Hiſt.* n. 1169.

DIAGN. *Erectus, acris, ramoſus admodum; ramis corymbum fere efficientibus.*

Habitat in pratis humidioribus.

Caulis teres fiſtuloſus, bipedalis. Folia ad baſin uſque tripartita; lobo medio trifido; lateralibus bilobis; lobis bipartitis. Calyces patuli, glabri. Stamina (48—56). Germina (ad 56). Ergo diverſiſſimus a *Varietate ſecunda* RANUNCULI *nivalis.*

Abſceſſus intercutaneos cauſat in Bobus.

691. RANUNCULUS *lanuginoſus.*

Ranunculus foliis trilobis, hiſpidis; calycibus patulis, caule multifloro, tereti. *Fl. Carniol.* p. 564. n. 5.

Ranunculus calycibus patulis; pedunculis teretibus; caule petioliſque hirſutis foliis trifidis, lobatis, crenatis, holoſericeis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 379. *Spec. Plant.* p. 554. n. 28. noſtra folia ſunt lobata et hirſuta, non vero ſinuata et tomentoſa.

Ranunculus caule folioſo, ramoſo, erecto, foliis ſemitrilobatis, ſerratis, hirſutiſſimis, vaginis ſericeis. HALL. *Hiſt.* n. 1172.

Huc ſpectat RANUNCULUS *montanus ſubhirſutus, latifolius.* C. BAUH. *Prodr.* p. 96. cum icone non mala. Nec diverſus videtur RANUNCULUS *montanus lanuginoſus etc.* EIUSD. l. c. n. 7. RANUNCULUS *magnus, valde hirſutus flore luteo.* I. BAUHINI, et RANUNCULUS *nemoroſus, hirſutus, foliis Caryophillatae* LOESELII, ob hirſutiem, qua carent caeterae ſpecies. Differt a RANUNCULO *acri*, in eo, quod *acris* floreat initio Maii, in pratis, quod totus glaber aut raris villis adſperſus ſit, quod ramos corymboſos, et pedunculos ſolidos gerat; Hic vero floreat ſub finem Aprilis in udis, umbroſis, ſylvo-

ſylvoſisque locis, hirſutiſſimus, magnus, floribus ſparſis; pedunculis fiſtuloſis.

DIAGN. *Valde hirſutus, ramoſus, calycinis foliis marginatis; ſtylis reflexis.*

Habitat circa Aquaeductus *Idrienſes*, et in ſylvis. Statura, hirſuties, et locus natalis, ſpeciem indicat.

692. RANUNCULUS *bulboſus.*

Ranunculus calycibus retroflexis; pedunculis ſulcatis; caule erecto; foliis compoſitis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 379, *Spec. Plant.* p. 554. n. 25. *Fl. Suec.* 2. 504. *Fl. Carniol.* p. 565. n. 9.

Ranunculus radice ſubgloboſa, foliis hirſutis, ſemitrilobis, lobis petiolatis acute ſerratis. HALL. *Hiſt.* n. 1174.

DIAGN. *Radix globoſa. Calyces reflexi. Squamula nectarifera obtuſe trigona.*

Habitat in collibus ſiccioribus, et pratis ſubincultis.
Foliorum lobi medii petiolati, ſemitrifidi: ſegmentis villoſis inciſis, dentatisque. Petala ovata, ſplendentia. Stamina (ad 60). Antherae acuminatae.

693. RANUNCULUS *arvenſis.*

Ranunculus ſeminibus aculeatis, foliis ſuperioribus decompoſitis linearibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 380. *Spec. Plant.* p. 555. n. 31. *Fl. Suec.* 2. 508. *Fl. Carniol.* p. 566. n. 11.

Ranunculus ſeminibus aculeatis, foliis tripartitis lobis longe petiolatis bi- et tripartitis, acute inciſis. HALL. *Hiſt.* n. 1176.

DIAGN. *Annuus, in cultis creſcens; capſulis ſemirotundis, margine et plana facie echinatis.*

Habitat in arvis.
Squamula nectarifera ſupra medium rotundata, et margine inflexo praedita. Stamina (14). Siliculae vero (6), aculeis marginalibus longioribus et patentioribus echinatae.

Ranun-

Ranunculorum acrimoniam, ut obtunderet varia tentavit. Cl. KRAPFIUS.

225. TROLLIUS.

GESN. BUXBAUM. LINN. *Gen. Plant.* 620. ADANS. *Famil. Pl. p.* 458.

Petala multa, decidua ſubrotundam corollam conſtituunt. Nectaria plana, linearia, caduca, canaliculata. Siliculae multae, in capitulum collectae, polyſpermae in noſtra Planta.

694. Trollius *Europaeus*.

Trollius corollis conniventibus; nectariis longitudine ſtaminum. LINN. *Syſt. Nat.* p. 380. *Spec. Plant.* p. 556. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 510. *Fl. Carniol.* p. 558.
Helleborus uniflorus, petalis et ſiliquis pluribus. HALL. *Enum.* p. 318. n. 4.
Trollius. HALL. *Hiſt.* n. 1189.
Helleboro-ranunculus. BOEHM. *Lipſ.* 549. bene; nam facies, petala et fructus Ranunculi, nectaria vero Hellebori.

Diagn. *Folia quinquefida: ſegmentis lobatis: lobis acutis, inciſis. Flos unicus, flavus, globoſus, elegans.*

Habitat in pratis ſubalpinis.
Si petala ſubrotunda invertantur, pulchram roſulam faciunt. Siliculae transverſim rugoſae. Semina nitida, trigona; facie una convexa.

226. ISOPYRUM.

LINN. *Gen. Plant.* 621.

Petala mollia quinque. Nectaria totidem ſeſſilia, cochleariformia. Siliculae in noſtro

(2-3), trifpermae, nec Capfulas 10-15. adhuc dum vidi.

Genus hoc OLFAM vocat Cl. ADANSON: cum ANEMONEM *Hepaticam:* cum DIOSC. ISOPYRUM dixerit.

695. ISOPYRUM *thalictroides.*

Ifopyrum ftipulis ovatis; petalis obtufis. LINN. *Syft. Nat.* p. 380. *Spec. Plant.* p. 557. n. 2. *Fl. Carniol.* p. 555.

Ranunculus praecox II. CLUS. *Hift.* 2. p. 233.

DIAGN. *Radices conicae, fafciculatae, definunt in denfum fibrarum capillitium. Folium radicale, decompofitum: folioli terminalis figura eadem, quae in* THALICTRO Aquilegioide.

Habitat inter corylos et frutices, Aprili florens, et etiam circa finem Martii.

Radicum fafciculus unus educit folium, alter caulem. Petiolas bafi villofus, bis trifidus, foliolis trilobis et bilobis. Caulis fpithamaeus, foliofus, ramofus. Ad bafin finguli petioli iacent ftipulae duae, albae, fubrotundae, patulae; oris crifpatis et revolutis. Pedunculi uniflori, nudi, unciales. Petala alba, ovata, tenera. Nectaria lineam longa, alba, lineis quinis obfoletis longitudinaliter ftriata. Stamina (30-36), petalis breviora, nectariis duplo longiora. Filamenta apice dilatata. Antherae erectae, obtufae, flavae. Germina (2-3), compreffa, elliptica, acuminata, ftylo evidentiffimo terminata.

Ergo *trigyna* planta non *polygyna Helleboro* adfinis.

227. HELLEBORUS.

TOURN. *I. R. H. p. 271. Tab. 144.*

Petala perfiftentia. Nectaria fubbilabiata, decidua, duplo plura, quam Germina. Styli et Germina naturaliter (5).

696. HEL-

696. HELLEBORUS *niger.*

Helleborus nectariis obſubulatis, filamentis ſtaminum duplo brevioribus. *Fl. Carniol.* p. 556. n. 2.
Helleborus ſcapo ſubbifloro, ſubnudo; foliis pedatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 381. *Spec. Plant.* p. 558.
Helleborus foliis multipartitis, ſerratis, caule paucifloro. HALL. *Hiſt.* n. 1192.
Elleborum nigrum. MATTH. *Dioſc.* p. 755.

DIAGN. *Caulis ſaepius uniflorus. Folia duo elliptica, ſeſſilia, integerrima, ſubalbo; aut roſeo flore.*

Habitat in montibus *Idrienſibus*, aliisque frequens.
Nectaria (13) bilabiata; labio ſuperiore longiore et ſubemarginato, inferiore crenulato. Stamina ultra (70): Antherae ſeptum prominet. Styli attenuati
Extractum purgans, emmenagogum.

697. HELLEBORUS *viridis.*

Helleborus nectariis obconicis, filamentis ſtaminum triplo brevioribus. *Fl. Carniol.* p. 556. n. 1.
Helleborus caule multifloro, folioſo; foliis digitatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 381. *Spec. Plant.* p. 558. n. 3.
Helleborus caule ramoſo, multifloro, foliis multipartitis, ſerratis, ſtipulis, ovato - lanceolatis, coloratis. HALL. *Hiſt.* n. 1193.

DIAGN. *Caulis dichotomus. Flos foliis concolor. Vagina digitato - foliacea ſub ſingulis ramis.*

Habitat in apricis et herbidis collibus.
Antherae ante nuptias ordinatae in quindecim ſeries, et in globum coadunatae. Nectaria ſtylorum longitudine; labio ſuperiore truncato, et ſubbidentato; oris inflexis. Antherae absque acumine.

228. POPULAGO.

TABERNAEM. TOURN. *I. R. H. p. 273. Tab. 245.*

Petala quinque. Stamina ultra (100). Germina (10 — 14). Siliquae radiatim patentes.

698. POPULAGO *paluſtris.*

Caltha. LINN. *Fl. Carniol.* p. 562. HALL. *Hiſt.* n. 1188.

Farfugium. MATTHIOL. *Dioſc.* p. 561.

DIAGN. *Verna, rivularis, dichotoma; pedunculis ſulcatis.*

Habitat in aquoſis.

Caulis ad baſin teres. Squamae breves, aridae, ad originem ramorum et pedunculorum.

CLASSIS XIV.
DIDYNAMIA.

VERTICILLATAE et GALEATAE. MORISON. RAI. LABIATAE et PERSONATAE TOURN. PONTEDER. ADANS. RINGENTES ROYEN. DEMEIZOSTEMONES. HALL. DIMOCRASTEMONES. WACHEND. PETALOSTEMONES, *tetrandrae.* GLEDITSCH.

Characterem effentialem conftituunt ftamina quatuor, quorum duo breviora, et ftylus unicus LINN. infertus in quibusdam receptaculo, in aliis vero apici germinis.

GYMNOSPERMIA.

Semina quatuor, nuda, in fundo calycis perfiftentis. Stylus e centro receptaculi prodeuns, et germina contingens; excepta *Verbena.*

I. GERMINIBUS TECTIS CORONA VILLORUM E COROLLAE TUBO NASCENTIUM.

Aliam horum Generum divifionem inftituo, cum calyces quinquefidi, per gradus infenfibiles degenerent in labiatos.

229. LAMIUM.

TOURN. *I. R. H. p. 183. Tab. 85.*

Margo labii inferioris prope faucem utrinque producit dentes planos (1 - 3). Galea integra.

tegra. TOURN. longa ADANS. Semina triquetra LINN.

699. Lamium *Pannonicum.* Tab. 27.

Lamium foliis cordatis petiolatis, corollae galea ferrata, tubo longiore. *Fl. Carniol.* p. 467. n. 4.

Lamium foliis fubrotundo - cordatis, acuminatis, corollis fauce inflata. LINN. *Syft. Nat.* p. 393.

Laminum maximum, fylvaticum. MORISON. *Hift.* II. S. 2. Tab. 11. fig. 7.

Galeopfis maxima; flore magno, rubro. I. BAUH. *Hift.* III. p. 853. SEGUIER. *Veron. Suppl.* p. 133. n. 2.

Galeopfis maxima pannonica. CLUS. *Hift.* p. 36.

Lamium maximum, fylvaticum, alternum. C. BAUH. *Pin.* p. 231, n. 4. HERMANN. *Lugdb.* p. 351.

Diagn. *Folia* Urticae. *Corollae magnae; galea ferrata, et tubo longiore.*

Habitat in collibus herbidis circa *Idriam* et alibi.

Radix perennis, multicaulis. Caules cubitales, quadrati fiftulofi, glabri, ramofi, ad bafin et fub verticillis fanguineo colore tincti. Folia recentia fubtus rubella, cordata, petiolata, ferrata, acuminata, venofa. Primi verticilli 14 - flori. Calyx feffilis, tubo corollae amplior, bractea lineari fuffultus; marginibus nervisque villofis, nectar diu fovet, quod libant *Formicae*, non vero *Apes*, ob ingratum plantae odorem. Corolla uncialis, rubra. Galea villofa, arcuata, apice ferrata et incifa. Labium trifidum, fegmentis lateralibus deflexis; medio emarginato, maculato, et ferrulato; Faux ampla, faturatioribus lineis picta; dentibus marginalibus utrinque tribus. Tubus pallidior, cylindraceus rectus. Filamenta villofa; villis plerisque capitatis. Antherae non ciliatae, in eodem plano convenientes, oblongae, biloculares, non didymae, polline flavo plenae. Semina trigona, apice rotundata, bafi albida et excavata. Geftatio menftrua.

Inven-

Tab. 27.

699. Lamium Pannonic.



Inventor eſt CLUSIUS, a quo alii modo deſcriptionem, modo iconem, mutuarunt. TOURN. ſeparat a *Lamiis*, ſed alteri generi id addere oblitus eſt. LINN. *Orvalam* vocat, Ego vero cum CLUSIO, *Pannonicum.*

700. LAMIUM *album.*

Lamium foliis cordatis, petiolatis; corollae galea crenulata, tubi longitudine. *Fl. Carniol.* p. 466. n. 2.

Lamium foliis cordatis, acuminatis, ſerratis, petiolatis, verticillis 20-floris. LINN. *Syſt. Nat.* p. 393. *Spec. Plant.* p. 579. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 520. ſed definitio haec cum priori quoque LAMIO convenit.

Lamium foliis cordatis, acutis, ſerratis, verticillis multifloris. HALL. *Hiſt.* n. 271.

DIAGN. *Corollae tubus curvus, baſi attenuatus, galea brevior; fauce utrinque unico et marginali dente inſtructa.*

Habitat ad ſepes.

Baſis petioli ſinguli ſubtus veſiculam habet. Corollae tubus calycem replens. Antherae ciliatae, inaequaliter elevatae. Galea antice ſulco exarata.

701. LAMIUM *purpureum.*

Lamium foliis cordatis, petiolatis; corollae galea integerrima, tubo breviore. *Fl. Carniol.* p. 466, n. 1.

Lamium foliis cordatis obtuſis petiolatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 393. *Spec. Plant.* p. 579. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 521.

Lamium foliis cordatis, obtuſis, in ſummo ramo congeſtis. HALL. *Hiſt.* n. 272.

DIAGN. *Corollae faux utrinque bidentata. Labii inferioris. Segmenta lateralia patentia.*

Habitat in hortis.

Folia obtufiufcula. Antherae albis pilis barbatae, fulvo polline plenae.

702. LAMIUM *amplexicaule.*

Lamium foliis imis petiolatis; fuperioribus feffilibus, amplexicaulibus. *Fl. Carniol.* p. 467. n. 3.

Lamium foliis floralibus feffilibus, amplexicaulibus, obtufis. LINN. *Syft. Nat.* p. 393. *Spec. Plant.* p. 579. n. 3. *Fl. Suec.* 2. 522.

Lamium foliis radicalibus petiolatis, lobatis, fuperioribus caulem ambientibus, rotunde incifis. HALL. *Hift.* n. 273.

DIAGN. *Calyx femiquinquefidus. Galea ovata, corollae tubo triplo brevior.*

Habitat in hortis.

Calyx galea corollae longior. Antherae ciliatae, fulvo-rubro polline plenae.

230. LEONURUS.

Effentia generis etiamnum dubia. Dentes calycini patuli CARDIACAE TOURNEF. non adfunt in LEONURO *Marrubiaftro* LINN. Calyx labiatus HALLERI, fruftra quaeritur in CARDIACIS eiusdem. Antherae adpresfae glandulis nitidis, non occurrunt in LEONURO *Cardiaca*, et funt particulae feminales, urgentes attenuatam Antherae tunicam. GALEOBDOLON DILLENII CARDIACIS adiungit HALLERUS. GALEOPSI vero LINNAEUS, etfi careat denticulis concavis GALEOPSI propriis. Stamina exteriora deflorata, difcedentia LEONURI *Cardiacae*, STACHYDIS fpeciem faciunt. Quid ergo ftatuendum? Sola corolla videtur apta conftituendae effentiae generis; nempe galea integra et elliptica. Labium trifidum; fegmentis omnibus, aut

aut lateralibus acuminatis. Stamina villis adſperſa.

703. LEONURUS *Cardiaca.*

Leonurus foliis trilobis, lobis acutis. *Fl. Carniol.* p. 469. n. 1.

Leonurus foliis caulinis lanceolatis, trilobis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 396. *Spec. Plant.* p. 584. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 532.

Cardiaca foliis tripartitis, lanceolatis. HALL. *Hiſt.* n. 274.

DIAGN. *Folia caulina triloba; lobis acuminatis. Galea floris hirſuta.*

Habitat in ruderatis, et circa hortos.

Verticilli primi 18-flori. Bractea ſetacea, ſub quolibet exteriore calyce. Calyx lineis viridibus quinis angulatus; dentibus ariſtatis; duobus infimis longioribus et patentiſſimis. Plica tranſverſa ad baſin galeae. Labii ſegmenta lateralia deflexa, medium vero ſurſum elevatum.

704. LEONURUS *Marrubiaſtrum.*

Leonurus foliis ovatis, lanceolatisque, ſerratis; calycibus ſeſſilibus, ſpinoſis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 396. *Spec. Plant.* p. 584. n. 2.

DIAGN. *Folia* PARIETARIAE *Officin. glabra, ſupra medium dentata.*

Habitat circa *Goriziam* P. WULFEN.

Bracteae calycibus interiectae, ſpinoſae.

705. LEONURUS *Galeobdolon.*

Leonurus foliis cordatis. *Fl. Carniol.* p. 469. n. 2.

Galeopſis verticillis ſexfloris: involucro tetraphyllo. LINN. *Syſt. Nat.* p. 394. *Spec. Plant.* p. 580. n. 4. *Fl. Suec.* 2. 525. Nihil horum, nec character GALEOPSIDIS.

Cardiaca foliis petiolatis, cordatis, verticillis folioſis. HALL. *Hiſt.* n. 275.

Diagn. *Folia ovata et oblonga, duplicato-dentata. Corollae flavae.*

Habitat in ſylveſtribus locis.

Verticillus imus etiam 18-florus. Calyces omnes, medio excepto, bracteati; dentibus muticis: ſupremo maiore. Galea obtuſa, labio longior, apice crenulata. Labii ſegmentum medium ſaturatius et punctis croceis in lineas digeſtis, variegatum. Filamenta albida, paucis et capitatis villis pubeſcentia, minoribus ſtylo adhaerentibus. Antherae flavo pollinae plenae, ſtylus rubellus.

231. STACHYS.

LINN. *Gen. Plant. 638.*

Stamina exteriora deflorata, lateraliter exſerta, una cum lobii lacinia media emarginata, eſſentiam conſtituunt.

706. Stachys *ſylvatica.*

Stachys verticillis ſexfloris; foliis cordatis, petiolatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 394. *Spec. Plant.* p. 580. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 526. *Flor. Carniol.* p. 463. n. 2.

Cardiaca foliis cordatis, ſerratis, verticillis nudis, ſpicatis. HALL. *Hiſt.* n. 216.

Diagn. *Verticilli ſexflori. Folia cordata. Corollae rubrae, galea labio tuboque brevior, capitatis villis pubeſcens.*

Habitat in hortis et circa ſepes.

Villi in caule et foliis articulati. Calycini dentes ariſtati, pedunculo longiores. Corollae ſature rubrae, galea ovalis obtuſa. Labii laciniae laterales haemiſphaericae, depreſſae; pectus lineolis albis repandis variegatum; Tubus longitudine labii, pone albus, ſtrumoſus. Filamenta in medio villoſiora, baſi imberbia. Antherae baſi et apice albidae, alibi flaveſcentes. Stigma inferius albidum, ſuperius rubrum.

Hanc

Hanc pinxit TOURNEFORTIUS pro STACHYDIS charactere. Eadem eſt URTICAE V. TABERNAEM. GALEOPSIS ſ. *Urtica iners, magna, foetidiſſima* I. BAUHIN. cum addita nota linearum pectoralium. GALEOPSIS *legitima* CLUSII, et STACHYS *ſylvatica* RIVINI. bonae figurae uterque largitur.

707. STACHYS *paluſtris*

Stachys verticillis ſexfloris, foliis lanceolatis. *Fl. Carniol.* p. 463. n. 1.

Stachys verticillis ſexfloris; foliis lineari-lanceolatis, ſemiamplexicaulibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 394. *Spec. Plant.* p. 580. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 528.

Stachys foliis hirſutis, elliptico-lanceolatis, breviter petiolatis, verticillis ſpicatis. HALL. *Hiſt.* n. 257. folia elliptica nondum vidi.

DIAGN. *Verticilli ſexflori. Folia lanceolata, dentata, ſeſſilia. Calyces ſeſſiles, bracteis duabus.*

Habitat circa aquas, hortos et vias.

Calyces ſubariſtati. Corollae labium maculis saturatioribus variegatum. Filamentorum baſes compreſſae et obtuſis villis adſperſae. In fauce corollae utrinque puncta duo alba.

Varietatem poſſideo verticillis decemfloris, quam vidi etiam in *Hungaria.*

608. STACHYS *Betonica.*

Sideritis verticillis decemfloris; galea crenulata. *Fl. Carniol.* p. 463. n. 1.

Betonica verticillata, villoſa; calycibus ſubſpinoſis. LINN. *Syſt. Nat.* XI. p. 1097. A.

Betonica foliis inter verticillos diſſitos brevibus, in ariſtam terminatis. HALL. *Enum.* p. 646. n. 2.

DIAGN. *Verticilli decemflori, remoti: Calycini dentes ariſtati. Calyces pentagoni; bracteis binis.*

Habitat in collibus apricis, ſub finem Maii florens.

Co-

Corolla pallide lutea. Galea integra et bifida, tubi longitudine, basi rubens. Labium galea longius, rubropunctatum. Filamenta villosa, interiore latere baseos rubella. Semina apice argenteis squamulis ad lentem nitida.

Ad hoc genus pertinere docent stamina deflorata lateraliter exserta, calyces aristati, labium antice emarginatum, stylus staminibus interioribus brevior, ut in STACHYDE *palustri*.

709. STACHYS *alpina*.

Stachys verticillis multifloris; foliorum serraturis apice cartilagineis; corollis labio plano. LINN. *Syst. Nat.* p. 394. *Spec. Plant.* p. 581. n. 3. *Fl. Suec.* 2. 527. *Fl. Carniol.* p. 464. n. 3.

Stachys foliis hirsutis, cordatis, verticillis subtomentosis. HALL. *Hist.* n. 256.

DIAGN. *Verticilli 14-flori. Folia dentata; dentibus glandula terminatis. Calyces nervosi, rigidi, pedunculati.*

Habitat in sylvis asperis circa *Idriam*.

Folia ima cordata, suprema oblonga.

710. STACHYS *germanica*.

Stachys verticillis multifloris, foliorum serraturis imbricatis, caule lanato. LINN. *Syst. Nat.* p. 394. *Spec. Plant.* p. 581. n. 4. *Fl. Carniol.* p. 464. n. 4.

Stachys caule tomentoso, foliis imis cordatis, superioribus elliptico-lanceolatis, verticillis densissimis tomentosis. HALL. *Hist.* n. 255.

DIAGN. *Folia crenata. Verticilli 40-flori; summis contiguis. Calices sessiles, molles.*


Habitat *Tergesti* et *Goriziae* ad vias.

Tota albo villo lanata. Crenae foliorum absque glandulis. Calycini dentes ferruginea et brevi spinula terminati. Corollae ferrugineae, quando siccae. Stylus staminibus brevior.

BETO-

Tab. 28.

711. Sideritis Alopecuros.



BETONICA *Officinalis* habet omnes notas STACHYDIS, ſed caret corona villorum germina protegentium.

232. SIDERITIS.

LINN. *Gen. Plant. 632.*

Corollae galea inciſa, labium trifidum; ſegmento medio rotundato, lateralibus acutioribus. Stamina omnia, omni tempore ſub galea latentia.

711. SIDERITIS *alopecuros*. Tab. 28.

Betonica alis multifloris; foliis petiolatis, cordatis, crenatis. *Fl. Carniol.* p. 462. n. 3.

Betonica ſpicata; labii ſuperioris apice bifido, acuto. IACQUIN. *Auſtr.* p. 104. Obſ. 49.

Betonica ſpica baſi folioſa; galea bifida. LINN. *Syſt. Nat.* p. 394. *Spec. Plant.* p. 373. n. 3.

DIAGN. *Folia cordata, hirſuta, dentata. Verticilli 16-20-flori, in ſpicam foliis breviorem congeſti. Corollae ochroleucae odor Sambucinus.*

Habitat in montibus circa *Idriam*, frequens.

Facies BETONICAE *Officinalis*, ſed folia omnino cordata. Caulis tribus aut duobus paribus foliorum inſtructus, pedalis, hirſutus, obtuſe tetragonus. Folia ſub verticillis integra, lata; apicibus deflexis. Ala ſingula ſuprema gerit glomerem floralem, a ſocio diſtinctum. Calyx ſeſſilis, villoſus, pentagonus; dentibus aequalibus, ariſtatis. Bracteola lanceolata ſub ſingulo calyce. Corollae galea ovalis, attenuata in acumen bifidum, labium trifidum; ſegmento medio integerrimo et ſurſum flexo; tubo compreſſo, longitudine calycis. Filamenta lanuginoſa. Germina glabra, nitida. Floret initio Iunii M.

Eandem plantam vidi in Horto ſicco Cl. IACQUINII, et in *Academico Vindobonenſi*, ſed BETONICAM vocare non poſſum, cum germina tecta ſint corona villorum.

233. MAR-

233. MARRUBIUM.

TOURN. *I. R. H. p. 192. Tab. 91.*

Calycini dentes rigido acumine terminati. Corollae galea angufta, bifida.

712. Marrubium *vulgare.*

Marrubium dentibus calycinis fetaceis, uncinatis. LINN. *Syft. Nat.* p. 396. *Spec. Plant.* p. 583. n. 5. *Fl. Suec.* 2. 531. *Fl. Carniol.* p. 470. HALL. *Hift.* n. 258. BOEHM. *Lipf.* 127.
Marrubium. MATTHIOL. *Diofc.* p. 551.

Diagn. *Dentes calycini longiores retrorfum uncinati. Calyx villis fafciculatis pubefcens.*

Habitat in *Agro Vipaccenfi,* in *Iftria*, et alibi in *Carniolia* calidiore.

Verticilli primi flores gerunt (ad 52). Sub calyce bractea linearis. Corolla alba, marcefcens intra calycem. Filamenta breviora fuperne villofa, longiora vero glabra.

713. Marrubium *fupinum.*

Marrubium dentibus calycinis fetaceis, rectis, villofis. LINN. *Syft. Nat.* p. 396.
Marrubium Hifpanicum, fupinum, foliis fericeis, argenteis. DILLEN. *Elth.* p. 219. T. 174. bene.

Diagn. *Calyces quinquedentati. Tota planta incana. Folia oblonga, crenata, obtufa.*

Habitat prope vias, a *S. Giovanni di Duino.*

Caules pedales. Folia fubtus magis incana, ut in Althaea. Dentes calycini acutiffimi et fubariftati. Corollae albae. Galea bicornis, labio longior, longitudine tubi. Labii fegmentum medium cordiforme, brevius lateralibus ftamina latent in tubo corollae.

Marrubium *album anguftiore folio.* I. BAUHIN. differt foliis ferratis, acutis, nec non floribus parvis.

Planta

Planta noſtra ſupina non eſt, hinc media inter Marrubium *peregrinum* ac *ſupinum*.

234. BALLOTA.

MATTH. TOURN. *I. R. H. p. 184. Tab. 85.*

Pedunculi ramoſi, ſecundi. Calyces decem ſtriati. Corollae galea bifida, labii ſegmentum medium emarginatum.

714. Ballota *nigra*.

Ballota foliis cordatis, indiviſis, ſerratis, calycibus acuminatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 395. *Spec. Plant.* p. 582. *Fl. Suec.* 2. 529.

Ballote foliis cordatis, ſerratis, verticillis nudis. HALL. *Hiſt.* n. 259.

Ballote. MATTHIOL. *Dioſc.*

Diagn. *Folia ovata, ſerrata, villoſula. Calyces acuminati.*

Habitat ad oppida, pagos et circa domos ruſticas.

Cordata folia non invenio. Ramificatio pedunculi ſinguli corymboſa. Calycini dentes aequales et ariſtati. Corollae galea hirſuta; ſegmentis adſcendentibus. Barbae laciniae laterales acuminatae et alba linea notatae; media vero crenulata tribusque lineis albis variegata. Filamenta villoſa. Calyces bracteati.

235. BRUNELLA.

BRUNFELS. DODON. TOURN. *I. R. H. p. 182. Tab. 84.*

Filamenta apice bifida; ſegmento breviore antherifero. Stigmata ſpiraliter convoluta.

715. Brunella *vulgaris*.

Brunella foliis ovato-lanceolatis, petiolatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 404. *Spec. Plant.* p. 600. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 540.

Bru-

Brunellae HALLERI *Hist.* n. 278-279. nunc denuo consideratae non videntur species distinctae.

DIAGN. *Bracteae subverticillis, cordatae. Galeae dorsum acutum. Calycis labium superius margine laterali deflexo.*

Habitat modo in udis, modo vero in siccis, Argillam imprimis appetens.
Si corollae rubrae, tunc folia magis dissecta, et e contra. Stamina breviora prodeunt e basi galeae.
Labia calycis, delapsa corolla, connivent, et tubum claudunt.

236. BUGULA.

DODON. TOURN. *I. R. H. p. 208. Tab. 98.* HALL. LUDWIG. BOEHM. ADANS.

Dentes duo loco Galeae, Corollae tubus basi dilatatus.

716. BUGULA *reptans.*

Bugula foliis ovatis, dentatis, flagellis reptans. HALL. *Hist.* n. 282, *Fl. Carniol.* p. 447. n. 1. BOEHM. *Lips.* 102.
Aiuga glabra, stolonibus, reptantibus. LINN. *Syst. Nat.* p. 387. *Spec. Plant.* p. 561.

DIAGN. *Stolones repentes.*

Habitat ad vias et colles.
Pedunculi caerulescentes, calycibus breviores. Calyx ultra medium quinquefidus. Corollae tubus curvus. Antherae flavo polline plenae. Germina villosula, a numero quaternario facile recedentia.
Variat, Flore Carneo, rarius albo.

717. BUGULA *genevensis.*

Bugula foliis angulosis, hirsutis, calycibus villosis. HALL. *Hist.* n. 283.
Bugula montana, RIVIN. *Monop.*

Bugula

Bugula caerulea alpina. PLUKENET. *Phyt.* Tab. 7. foliis non bene lanceolatis.

Confolida media Genevenfis. I. BAUH. *Hift.* III. p. 432.

DIAGN. *Stolones non habet, folia vero dentata, in petiolum decurrentia, remota.*

Habitat in montanis, ficcisque.

Species haec diverfa videtur ab altera vere *Pyramidali*, quam vidi faepius in *Comitatu Tyrolienfi*, feu BUGULA *foliis ovatis, hirfutis, calycibus villofis.* HALL. *Hift.* n. 283. *β. Genevenfis* enim folia ima remota, et fupra medium dendata, verticillos paucifloros, ideoque habitum prorfus alium habet; *Pyramidalis* autem femipedalis, folia cruciformiter collocata, patula, obtufa, integerrima, feffilia approximata, et in quatuor feries ita difpofita, ut veriffimam tetragonam pyramidem repraefentent. Folia ima maiora et obiter finuata funt, alia vero fenfim minora integra et demum caerulefcentia. Ex horum alis lanugiofis oriuntur flores numerofi, parvi, caerulei, et intra lanam foliorum et calycum fere fepulti. Dein in Suecia, referente Cl. FERBER, non BUGULA *Genevenfis*, fed *Pyramidalis* unice nafcitur. Vide et *Ann. Hift. Nat.* II. p. 54.

718. BUGULA *Chamaepitys.*

Bugula foliis imis linearibus, caulinis tripartitis. HALL. *Hift.* n. 284.

Teucrium foliis trifidis, linearibus, integerrimis; floribus feffilibus, lateralibus folitariis, caule diffufo. LINN. *Syft. Nat.* p. 387. *Spec. Plant.* p. 562. n. 5.

DIAGN. *Flores folitarii, axillares, flavi. Folia trifida; laciniis anguftis.*

Habitat circa *Vipaccum*, et *Tergeftum.*

Calyx labiatus $\frac{3}{2}$. Corollae barba trifida; lacinia media obcordata rubro-punctata, lateralibus longitudine dentium calycinorum. Filamentorum apices villofi. Semina oblonga, utrinque obtufa.

A Teucrio separat imprimis corona villorum germina tegentium; a Bugula vero TOURNEF. solus stylus non bifido, sed simplici capitato et sursum curvato stigmate terminatus; sed basis tubi corollae dilatata, et capsula adinstar seminibus circumposita Genus ostendit.

II. Germinibus nulla corona villosa tectis.

237. TEUCRIUM.

LINN. *Gen. Plant. 625.* excepta *Chamaepiti.*

Corolla *Bugulae*, sed labii segmentum medium subrotundum, non obcordatum.

(*) *Trixagines; Calycibus basi non gibbosis.*

719. Teucrium *scordium.*

Teucrium foliis oblongis, sessilibus, dentato-serratis; floribus geminis axillaribus, pedunculatis; caule diffuso. LINN. *Syst. Nat.* p. 388. *Spec. Plant.* p. 565. n. 18. *Fl. Carniol.* p. 448. n. 1.

Chamaedrys foliis mollibus, hirsutis, ellipticis, crenatis, verticillis paucifloris. HALL. *Hist.* n. 288.

Scordium MATTH. *Diosc.* p. 559.

Diagn. *Verticilli sexflori. Folia elliptica, dentata, breviter petiolata. Odor* Allii.

Habitat in humidioribus pratis. Iulio M. florens. Labii laciniae laterales ovatae.

720. Teucrium *Chamaedrys.*

Teucrium foliis cuneiformi-ovatis, incisis, crenatis, petiolatis; floribus ternis caulibus procumbentibus, subpilosis. LINN. *Syst. Nat.* p. 388. *Spec. Plant.* p. 565. n. 19. *Fl. Carniol.* p. 449. n. 2.

Chamaedrys foliis firmis, ovatis, crenatis; verticillis paucifloris. HALL. *Hist.* n. 286.

Diagn. *Alae plerumque biflorae. Calyx pedunculo longior. Folia oblonga, villosa, inciso-crenata, subtus pallidiora.*

Habitat in siccis et incultis. Dentes,

Dentes, qui galeae locum occupant, tenuiores ſunt et erectiores illis, qui labii ſegmenta lateralia conſtituunt.

Decoctum in Arthritide vaga utiliter adhibetur.

721. TEUCRIUM *Scorodonia.*

Teucrium foliis cordatis, ſerratis, petiolatis, racemis lateralibus, ſecundis; caule erecto. LINN. *Syſt. Nat.* p. 388. *Spec. Plant.* p. 564. *Fl. Carniol.* p. 450. n. 4.

Chamaedrys foliis cordatis, productis, ſpicis longiſſimis, nudis, heteromallis. HALL. *Hiſt.* n. 287.

DIAGN. *Racemi ſecundi. Corollae tubus calyce duplo longior. Folia ovalia.*

Habitat circa *Idriam, Seirach, Pellant*, in montibus, circa medium Iulii florens.

Folia ima baſi emarginata, ſuperiora ovata et dentata. Bractea pedunculo longior, calyce brevior. Calyx ramoſis venis nervoſus, dentibus ariſtatis. Corolla ochroleuca, villoſula; dentibus obtuſis, qui galeae locum occupant. Calyx $\frac{1}{4}$ labiatus; ſegmento ſupremo ſubcordato. Stamina rubra.

722. TEUCRIUM *flavum.*

Teucrium foliis cordatis, obtuſe ſerratis; bracteis integerrimis, concavis; caule fruticoſo; floribus racemoſis, ternis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 388. *Spec. Plant.* p. 565. n. 20.

DIAGN. *Folia ovata, crenata, dura, ſubtus incana. Caulis molli villo pubeſcens, fruticoſus.*

Habitat *Tergeſti.*

Verticilli ſexflori. Pedunculi calyce non longiores. Calyx aequaliter quinquedentatus. Corollae flavae; ſegmentis galeae longitudine calycis, obtuſis, ciliatis.

723. TEUCRIUM *montanum.*

Teucrium corymbo terminali; foliis lanceolatis, integerrimis, ſubtus tomentoſis LINN. *Syſt. Nat.* p. 388. *Spec. Plant.* p. 565. n. 21.

 Cha-

Chamaedrys foliis integris; anguſtis, ellipticis, ſubtus incanis. HALL. *Enum.* p. 632. n. 4.

DIAGN. *Caulis fruticoſus. Folia integerrima, lanceolata, ſubtus tomentoſa. Capitula florum terminalia.*

Habitat in lapidoſis, et apricis collibus.

Calycini dentes ſubaequales. Corollae albidae. Stamina rubella. Gemmae ex ſtipitibus antiquis.

724. TEUCRIUM *Polium.*

Teucrium ſpicis ſubrotundis, foliis oblongis, obtuſis, crenatis, tomentoſis ſeſſilibus caule proſtrato. LINN. *Syſt. Nat.* p. 389. *Spec. Plant.* p. 566.

Chamaedrys foliis ellipticis, integerrimis, contractis, ſubtus incanis, floribus capitatis. HALL. *Hiſt.* n. 285.

Polium III. TABERNAEM.

DIAGN. *Caulis fruticoſus. Tota planta tomentoſa. Folia lanceolata, crenata, ſeſſilia, obtuſa.*

Habitat circa *Tergeſtum*, ad *tres Cruces*, et in Poſſeſſione L. *Bar.* DEFIN.

Caulis erectus, rigidus, ramoſus, ſemipedalis. Flores imbricati, racemoſi. Bractea longitudine calycis. Corollae flavae ſegmentum medium concavum, integrum.

(**) *Ivae; Calycibus baſi ſtrumoſis.*

725. TEUCRIUM *Botrys.*

Teucrium foliis multifidis; floribus lateralibus, ternis, pedunculatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 387. *Spec. Plant.* p. 562. n. 3.

Chamaedrys foliis pinnatis; pinnis obtuſe trifidis. HALLER. *Enum.* p. 633. n. 5.

DIAGN. *Folia pinnatifida; laciniis imis trifidis, dein bifidis et ſimplicibus. Labii pectus album, rubro-punctatum.*

Habitat in ſaxoſis ſylveſtribusque locis.

Foliorum ſegmenta ſubtus villoſa, margines reflectunt.

Pe-

Petioli pedunculis longiores. Calyx basi striatus. Villi, qui germina tegunt, citrini, semina fusca, subreniformia, foveolis scrobiculata.

238. MELLITIS.

LINN. *Gen. Plant.* 650. LUDW. BOEHM. GLEDITSCH. &c.

Calyx labiatus $\frac{1}{2}$. Corollae galea integra, labii segmenta plana et subrotunda. Semina villosa, receptaculo orbiculato imposita.

726. Mellitis *Melissophyllum.*

Mellitis. LINN. *Fl. Carniol.* p. 459.

Melissophyllum. RIVIN. *Monop.* HALL. *Hist.* n. 244.

Diagn. *Folia cordata, dentata. Flores secundi. Glandulae binae rubellae ad basin singuli pedunculi.*

Habitat in *Carnioliae* sylvestribus, non rara, Maio florens. Ramosum specimen vidi circa *Duinum.*

Folia cordata aut ovalia, vel utraque in eadem planta. Verticilli imi sexflori. Pedunculi calyce breviores. Corollae albae, aut rubello labio instructae, galea ovata, obtusa, planiuscula, quinque lineas longa; Barbae segmenta rotundata; medio maiore; tubus rectus, uncialis, crassitie calami scriptorii. Filamenta villosa, parallela, dilatata, non cruciformia. Antherae ochroleuco polline plenae. Stylus dilatatus, bifidus, staminibus longioribus brevior.

239. GALEOPSIS.

LINN. *Gen. Plant.* 637.

Ad basin labii corollae prominet utrinque denticulus cavus, marginalis.

727. Galeopsis *Ladanum.*

Galeopsis internodiis caulinis aequalibus; verticillis omnibus remotis; calycibus inertibus. LINN. *Syst. Nat.* p. 393. *Spec. Plant.* p. 579. n. 1.

Galeopſis foliis linearibus, ſerratis; verticillis diſſitis. HALL. *Hiſt.* n. 266.

DIAGN. *Caulis ſub petiolis foliorum non incraſſatus. Corollae limbus ruber.*

Habitat in *Agro Gorizienſi, Tergeſtino, Vipaccenſi*, &c.

Folia lanceolata, nunc omnia et undique dentata, nunc integra et apice ſolo dentata.

728. GALEOPSIS *Tetrahit.*

Galeopſis internodiis caulinis ſuperne incraſſatis; verticillis ſummis ſubcontiguis, calycibus pungentibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 393. *Spec. Plant.* p. 579. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 523. *Fl. Carniol.* p. 467.

DIAGN. *Caulis ſub petiolis foliorum incraſſatus. Corollae limbus flavus et ruber.*

Habitat in Agris etiam montanis, frequens.

Corollae calyce duplo longiores, albae; galea bifida, labii laciniis truncatis: media ad baſin ſignata macula rubro violacea.

— *calyce quadruplo longiores*, flaveſcentes, maiores. Galea integra; apice ſerrulata.

240. BETONICA.

LINN. *Gen. Plant.* 631.

Calyx quinquedentatus; dentibus aequalibus, ariſtatis. Corollae galea obtuſa, labii ſegmenta obtuſa; medio emarginato et crenato, tubus curvus. Stamina exteriora deflorata exſeruntur, ut in STACHYDE.

729. BETONICA *officinalis.*

Betonica alis ſeptemfloris; foliis imis petiolatis, rugoſis, ovatis, crenatis. *Fl. Carniol.* p. 462. n. 2.

Betonica ſpica interrupta; corollarum lacinia labii intermedia emarginata. LINN. *Syſt. Nat.* p. 394. *Spec. Plant.* p. 573. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 515.

Betonica foliis petiolatis, imis cordatis, ſuperioribus ovatis, crenatis; ſpica brevifoliis inſidente. HALL. *Hiſt.* n. 264.

Be-

Betonica MATTHIOL. *Diosc.* p. 611.

DIAGN. *Verticilli 14-flori. Corollae horizontaliter patentes, sed calyces adscendentes.*

Habitat in pratis ficcioribus, et in sylvis.

Calyx sessilis villosulus, bractea oblonga et aristata suffultus. Corollae rubrae galea apicem elevans et modice reflectens. Tubus calyce duplo longior. Filamenta villosa.

241. CALAMINTHA.

TOURN. *I. R. H. p. 194. Tab. 92.* et ADANS. *Fam. Pl. p. 192.* ea tantum quae *Hedera terrestris.*

Calyx 15-striatus. Corollae galea plicam dorsalem gerit, quae ex divisura ad calycem usque extenditur. Tubus supra basin lateraliter intropressus, et hisce tumoribus germina protegens, loco villorum.

730. CALAMINTHA *Hederacea.*

Glechoma foliis reniformibus, crenatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 393. *Spec. Plant.* p. 578. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 518. *Fl. Carniol.* p. 465.

Chamaeclema caulibus procumbentibus radicatis, foliis cordiformibus, petiolatis. HALL. *Hist.* n. 652.

Hedera terrestris. MATTH. *Diosc.* p. 427.

DIAGN. *Internodia annulo ciliato distincta. Pedunculi ramosi, secundi, involucro communi et partiali diphyllo.*

Habitat circa hortos, sepes, ruderata. Initio Aprilis florens.

Petioli semicylindrici. Folia orbiculata, rugosa, basi cordata, ampliter crenata. Calycis margo rubellus; dentibus subaristatis; nec filamenta, nec Antherae, cruciformem situm habent.

242. CLINOPODIUM.

TOURN. *I. R. H. p. 194. Tab. 92.*

Calyx bilabiatus ½. Corollae galea emarginata; labii lacinia media pariter emarginata. Foliola ſetacea, calycibus interpoſita.

731. CLINOPODIUM *vulgare.*

Clinopodium capitulis ſubrotundis, hiſpidis; bracteis ſetaceis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 398. *Spec. Plant.* p. 587. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 533. *Fl. Carniol.* p. 458.

Chamaeclema caule procumbente, radicato; foliis reniformibus, rotunde crenatis. HALL. *Hiſt.* n. 245.

Clinopodium vulgare. MATTH. *Dioſc.* p. 542.

DIAGN. *Pedunculi ramoſi denſiſſimum verticillum conſtituunt. Tota planta molliter hirſuta. Folia ovata.*

Habitat in dumis et ad ſepes.

Ex ala qualibet ſuprema prodeunt pedunculi baſi ramoſi, qui numeroſos flores cauli undique circumponunt.

243. THYMUS.

LINN. *Gen. Plant. 646.* ADANS. *Fam. Pl. p. 194.*

Calycis bilabiati ½. faux clauſa villis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 399.

(*) *Calamintha; Pedunculis ramoſis.*

732. THYMUS *grandiflorus.*

Thymus racemis lateralibus, ſparſis; corollis calyce triplo longioribus. *Fl. Carniol.* p. 457. n. 3.

Meliſſa pedunculis axillaribus, dichotomis, longitudine florum. LINN. *Syſt. Nat.* p. 400. *Spec. Plant.* p. 592. n. 2.

Calamintha flore magno. RIVIN. *Monopet.*

Calamintha montana. &c. I. BAUH. *Hiſt.* III. p. 229.

Eadem eſt Calamintha. MORISON. *Hiſt.* II. S. 11. Tab. 18. fig. 8. GARIDEL. *Hiſt.* Tab. 16.

DIAGN.

DIAGN. *Corolla uncialis. Antherae locula ita disiuncta, ut binae videantur, lunatam figuram constituentes.*

Habitat in faxis et fylveftribus locis, *diftrictus Idrienfis.*

Radix debilis. Caulis villofus. Folia ovata, dentata, villofa. Corollae labii duas plicas villofas in pectore gerit, inter quas rubrae maculae.

Calycis fructiferi faucem villis coniventibus claufam habent, quam THYMI character exigit.

733. THYMUS *Calamintha.*

Thymus racemis lateralibus, fecundis, foliis ovatis, ferratis. *Fl. Carniol.* p. 457. n. 4. defcriptio, non fynonyma.

Meliffa pedunculis axillaribus, dichotomis, longitudine foliorum. LINN. *Syft. Nat.* p. 400. *Sp. Plant.* p. 593. n. 3.

Calamintha vulgaris. I. BAUH. *Hift.* III. p. 228.

DIAGN. *Folia pleraque racemis floralibus longiora. Corolla calyce duplo longior.*

Habitat in ficcis et aridis locis.

Differt a priore foliis e lata bafi fenfim convergentibus, minusque ferratis. Pedunculis gerentibus flores (ad 24), calyce 15-ftriato. Corollis albis aut fubrubris. Seminibus ferrugineis, ovatis, glabris, fupra medium triquetris.

VARIAT. *Corollis calyce paulo longioribus*, rigido et magis hirfuto caule.

(**) *Serpylla; Pedunculis unifloris.*

734. THYMUS *alpinus.*

Thymus verticillis fexfloris; foliis obtufiufculis, concavis, fubferratis. LINN. *Syft. Nat.* p. 399. *Spec. Plant.* p. 591. n. 5.

Clinopodium foliis ovatis, acutis ferratis; flore folio maiori. HALL. *Hift.* n. 238.

DIAGN. *Verticilli fexflori. Pedunculi calycibus; calyces corolla breviores.*

Habitat in montanis et alpeftribus noftris; non rarus.

Folia ovata, ſupra medium obiter dentata; petiolis villoſis. Pedunculi villoſi, duas lineas longi, Calyces ſtriati, piloſi, plus minus violacei. Corolla rubra; ſegmento medio emarginato.

735. THYMUS *Acinos.*

Thymus floribus verticillatis; pedunculis unifloris; caulibus erectis, ſubramoſis, foliis acutis, ſerratis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 399. *Spec. Plant.* p. 591. n. 4.

DIAGN. *Folia oblonga, acuminata, dura, ſupra medium dentata. Calyx baſi ſubtus ſtrumoſus, ſtriis undecim hiſpidis elevatis lineatus.*

Habitat paſſim in aridis locis. Vidi etiam in Scala Templi in *Inſula Werth* in medio *Lacus Veldenſis.*

Caulis rigidus, ramoſus. Foliorum margines reflexi. Calyces patuli. Corollae galea brevis, rotundata. Labii ſegmentum medium, prope faucem, albidum et villoſum.

736. THYMUS *Serpyllum.*

Thymus foliis ovatis, ad baſin ciliatis. HALL. *Hiſt.* n. 235.

DIAGN. *Folia utrinque punctata: punctis impreſſis.*

VAR. 1. *Foliis ovatis, obtuſis, baſi ciliatis, ſuperne ſubvilloſis.*

Habitat in *Alpibus.*

Calyces violacei; dentium marginibus ciliatis. Corollae rubrae. Stamina exſerta.

— 2. — *ovatis, obtuſiuſculis, glabris, baſi et infra medium ciliatis.*

Habitat in *Vochinenſibus* ſubalpinis.

Altior et erectior priore. Calyces excolores; dentibus ciliatis. Stamina exſerta.

— 3. — *ovatis, obtuſiuſculis, pleriſque minime ciliatis.*

Habitat circa muros.

Anguli caulini villoſuli. Corollae magnae. Stamina exſerta.

VAR-

VAR. 4. *Foliis ovatis, villosis, acuminatis.*
Habitat circa *Quelb.*
Caulis etiam villosus.
— 5. — *ovatis; supremis in capitulum lanuginosum, coadunatis.*
Habitat in apricis.
CYNIPS, summa folia vitiat, convolvit, ova ibidem ponit.
— 6. — *ovatis, basi ciliatis, verticillis 12-floris.*
Habitat in aridis
Stamina exserta; Corollae parvae.
— 7. — *ovatis non ciliatis; verticillis 12-floris.*
Habitat in montanis.
Stamina non exserta. Corollae pallidae.
— 8. — *ovatis, basi ciliatis: verticillis 12-floris; antheris didymis.*
Habitat prope muros.
Stamina extra galeam divergentia. Stylus post nuptias elongatus.
— 9. — *lanceolatis, obtusiusculis, basi ciliatis.*
Habitat in Alpibus.
— 10. — *lanceolatis, acuminatis; caulibus erectis.*
Habitat in collibus *Carnioliae* interioris.
Folia concava, integra, acuminata. Verticilli 6-flori.
— 11. — *lanceolatis, secundis; caulibus repentibus et filiformibus.*
Habitat in Alpibus.
Flores nondum vidi.

Determinatio Linnaeana convenit *Varietatibus* 1 — 8. nec aliis.

244. SATUREIA.

LINN. *Gen. Plant. 626.* MASTICHINA. ADANS. *Fam. Pl. p. 194.*

Differt a THYMO calyce non labiato, nec villis superne clauso; ab HYSSOPO corolla minus ringente et staminibus omnibus rectis; exterioribus galea longioribus.

737. SA-

Tab. 29.

737. Satureia Thymifolia.



Reiz sc. A. V.

737. SATUREIA *Thymifolia.* Tab. 29.

Satureia racemis lateralibus, ſolitariis; foliis ovatis, dentatis. *Fl. Carniol.* p. 460. n. 1.

Satureia Thymifolio. C. BAUH. *Pin.* p. 219.

Satureia Dioſcoridis. MATTHIOL. *Dioſc.* p. 485.

DIAGN. *Folia ovata, rariter dentata. Pedunculi ramoſi; floribus corymboſis. Calyces obtuſe dentati, et 15-ſtriati.*

Habitat in muris, *Idriae.*

Folia ramea anguſtiora et ſubſeſſilia ſunt.

Authores citati de culta planta loquuntur; attamen THYMIFOLIA, et ſpicatus verticillorum habitus in figura MATTHIOLI, noſtram indicant.

738. SATUREIA *Montana.* Tab. 30.

Satureia racemis lateralibus, ſolitariis; foliis lineari-lanceolatis, punctatis, duris. *Fl. Carniol.* p. 461. n. 2.

DIAGN. *Folia lanceolata, integerrima, ſubtus punctata. Calyces 10-ſtriati, acute dentati.*

Habitat copioſa in *Kartſchia*, et circa *Quelb.*

Omnino eſt HYSSOPUS *Gorizienſis.* I. BAUHINI, et SATUREIA *montana* LINN. nam SATUREIAM *pedunculis lateralibus ſolitariis, trifloris, foliis carinatis, punctatis, ciliatis* ZINN. ad *Montanam* LINN. retulit Cl. WILLICH. Sed quare in *Horto Upſalienſ.* confunditur cum SATUREIA *duriore?* An diverſa ab hac ſpecie eſt SATUREIA *Perennis* RIVINI, et SATUREIA *Orientalis tenuior ad ſingulos nodos florifera* MORISONII? Duplex in *Kartſchiae* montibus occurrit varietas; una minor; floribus rubris, magisque aggregatis, alia maior nec non floribus remotioribus ac pallidioribus. Corollae quoque modo maiores ſunt, modo vero minores. Omnes conveniunt radice firma, perenni; Foliis carinatis, duris, punctatis, lanceolatis; Pedunculis 2-5-floris, calycibus non labiatis, inter ſegmenta patula breves villos marginales educentibus; Floreſcentia Semptembri M. Loco natali arido, calcario, montano.

Tab. 29

737. Satureia Thymi



Tab. 29.
, solitariis; foliis ovatis,
. 460. n. 1.
. AUH. *Pin.* p. 219.
THIOL. *Diosc.* p. 485.
ter dentata. Pedunculi
is. Calyces obtuse den-

ffilia sunt.
oquuntur; attamen THY-
cillorum habitus in figu-
m indicant.

ab. 30.
, solitariis; foliis lineari-
ris. *Fl. Carniol.* p. 461. n. 2.
ntegerrima, subtus pun-
acute dentati.
et circa *Quelb.*
ensis. I. BAUHINI, et
. nam SATUREIAM *pe-*
s, trifloris, foliis cari-
ZINN. ad *Montanam*
CH. Sed quare in *Hor-*
m SATUREIA *duriore?*
est SATUREIA *Perennis*
Orientalis tenuior ad sin-
RISONII? Duplex in
t varietas; una minor;
aggregatis, alia maior
is ac pallidioribus. Co-
s sunt, modo vero mi-
radice firma, perenni;
ctatis, lanceolatis; Pe-
bus non labiatis, inter
os marginales educenti-
ori M. Loco natali ari-

Tab. 30.

738. Satureia Montana.



245. MELISSA.

PLIN. TOURN. *I. R. H. p. 193. Tab. 91.*

Calyx labiatus ut in CALAMINTHIS, ſed fauce non clauſa villis. Semina ovata.

739. MELISSA *officinalis.*

Meliſſa racemis axillaribus, verticillatis; pedicellis ſimplicibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 400. *Spec. Plant.* p. 592. n. 1. *Fl. Carniol.* p. 454.

Meliſſa petalis unifloris, folio brevioribus, foliis cordatis, ſerratis. HALL. *Hiſt.* n. 242.

DIAGN. *Ex una baſi prodeunt pedunculi uniflori (ad 5). Calyx quinqueſtriatus.*

Habitat ſpontanea circa *Quelb* et *Tergeſtum.*

Folia ovata, villoſa, dentata. Calycis labium ſuperius breviter tridentatum.

246. ORIGANUM.

TOURN. *I. R. H. Tab. 94.* LINN. *Gen. Plant. 645.*

Flores diſtincti ſquama foliacea ſpicam conſtituunt. Calyx quinquedentatus: fauce clauſa villis.

740. ORIGANUM *vulgare.*

Origanum ſpicis ſubrotundis, paniculatis, conglomeratis etc. LINN. *Syſt. Nat.* p. 399. *Fl. Suec.* 2. 534.

Origanum foliis ovatis, umbellis coloratis; ſtaminibus exſertis. HALL. *Hiſt.* n. 233.

DIAGN. *Folia ſubovata, punctata, obtuſiuſcula. Spicae terminales. Bracteae ovatae, calyci aut corollae concolores.*

Habitat in montanis et ſiccis.

Spicae modo longae et tetragonae, modo ſubrotundae, modo vero oblongae ſunt; hinc omnis definitio huc-uſque data, claudicans. Flores nunc rubri, nunc albi. Semen ovatum, fuſcum.

247. CAS-

247. CASSIDA.

COLUMN. TOURN. *I. R. H. p. 181. Tab. 84.*

Calyx demum clausus, galeae similis.

741. CASSIDA *galericulata.*

Scutellaria foliis cordato-lanceolatis, crenatis; floribus axillaribus. LINN. *Syst. Nat.* p. 403. *Sp. Pl.* p. 599. n. 4. *Fl. Suec.* 2. 538. *Fl. Carniol.* p. 454.

Cassida foliis oblonge cordatis, crenatis, verticillis nudis, bifloris, HALL. *Hist.* n. 280.

DIAGN. *Folia lanceolata, crenata, basi cordata. Flores gemini.*

Habitat secus aquas.

Folia subtus albidiora; ora reflexa, crenata. Calyx petiolo longior. Stam. 2. minora longitudine styli. Antherae cordatae, apice pilosae.

742. CASSIDA *hastifolia.*

Scutellaria foliis integerrimis; inferioribus hastatis, superioribus sagittatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 1106. *Spec. Plant.* p. 599. n. 5. *Fl. Suec.* 2. 539.

DIAGN. *Folia pone angulata.*

Goritia misit P. WULFEN.

Corollae maiores. Folia obtusa, caeterum priori similis.

248. NEPETA.

TRAG. LINN. *Gen. Plant.* 629. GLEDITSCH.

Calycis dentes tres superiores ab inferioribus rectisque remoti. Corollae labii inferioribus lacinia media concava et serrata.

743. NEPETA *Cataria.*

Nepeta floribus spicatis; verticillis subpedicellatis, foliis petiolatis, cordatis, dentato-serratis. LINN. *Syst. Nat.* p. 396. *Spec. Plant.* p. 570. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 514. *Fl. Carniol.* p. 470.

Cataria foliis cordatis, petiolatis; verticillis spicatis. HALL. *Hist.* n. 246.

Cataria. MATTHIOL. *Diosc.* p. 482.

DIAGN.

DIAGN. *Folia cordata; petiolata, ſerrata, incana.*
Habitat in ruderatis.
Flores albi. Labii lacinia media rubris maculis variegata, decem dentibus ad oram inſtructa. Racemulus floralis e qualibet ala.

744. NEPETA *violacea.*
Nepeta verticillis pedunculatis, corymboſis; foliis petiolatis, cordato-oblongis, dentatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 390. *Spec. Plant.* p. 570. n. 3.
Cataria Hiſpanica. I. BAUH. *Hiſt.* III. p. 226.
DIAGN. *Folia cordato-oblonga, dendata, obtuſa; ſuperioribus ſeſſilibus. Verticilli diſſiti, racemoſi; racemis dichotomis.*
Habitat circa *Cramburgum*, *Tergeſtum*, et *Vipaccum*, in aridis et apricis.
Caulis humanae quoque ſtaturae, glaber, tetragonus; angulis caeruleſcentibus. Racemuli alares bis terque dichotomi; nudo flore ſingulae diviſioni interiecto. Calyx hirtus, decemſtriatus, ſubbilabiatus. Corollae galea bifida; ſegmentis rotundatis. Labium punctatum, pallidum. Tubus pone latior, et ferrugineus. Filamenta glabra. Calyx fructifer ovatus; dentibus conniventibus, et amethyſtinis. Semina fuſca, hinc convexa, inde angulata, ad lentem aſpera et alba lineola tranſverſa ad baſin notata.

249. MENTHA.

TOURN. *I. H. R. p. 188. Tab. 89.*

Calycini dentes aequales. Corolla quadrifida; lacinia ſuperiore emarginata.

745. MENTHA *ſpicata.*
Mentha floribus ſpicatis; foliis oblongis, ſerratis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 392. *Spec. Plant.* p. 576. n. 2. *Fl. Carniol.* p. 471. n. 1.
Menthaſtrum. MATTH. *Dioſc.* p. 480.
DIAGN. *Folia oblonga, ſerrata. Flores ſpicati.*
Habitat in udis.
Huc pertinent MENTHAE *Ill.* HALLERI 226-228.

746. MEN-

746. MENTHA *arvensis*.

Mentha floribus verticillatis, foliis ovatis, acutis, serratis; staminibus corollam aequantibus. LINN. *Syst. Nat.* p. 392. *Sp. Pl.* p. 577. n 6. *Fl. Suec.* 2. 516.

Mentha floribus verticillatis, foliis hirsutis, ovato-lanceolatis, verticillis tomentosis, HALL. *Hist.* n. 223.

DIAGN. *Folia ovata, acute serrata. Flores verticillati.*

Habitat in agris.

Species haec a MENTHA *Gentili* LINN. differt non aliter, ac SERPILLA staminibus exsertis, ab illis, quae stamina inclusa gerunt.

747. MENTHA *Pulegium*.

Mentha floribus verticillatis; foliis ovatis, obtusis, subcrenatis; caulibus subteretibus, repentibus; staminibus corolla longioribus. LINN. *Syst. Nat.* p. 392. *Sp. Pl.* p. 577. n. 8. *Fl. Carniol.* p. 471. n. 2.

Mentha caule prostrato; foliis subrotundis, obiter dentatis, staminibus exertis. HALL. *Hist.* n. 221.

Pulegium. MATTH. *Diosc.* p. 475.

DIAGN. *Caules prostrati. Folia subrotunda, obtusa, obsolete dentata. Flores verticillati.*

Habitat in paludosis et inundatis *Agri Labacensis*, et circa *Hipperlabacum*.

Verticilli densi et nudi.

748. MENTHA *aquatica*.

Mentha floribus lateralibus, glomeratis; foliis ovatis, serratis; staminibus corolla longioribus. *Fl. Carniol.* p. 472. n. 3.

Mentha floribus capitatis; foliis ovatis, serratis, petiolatis; staminibus corolla longioribus. LINN. *Syst. Nat.* p. 392. *Sp. Pl.* p. 576. n 3 *Fl. Suec.* 2. 517.

Mentha foliis ovato-lanceolatis; verticillis paucissimis, supremo maximo. HALL. *Hist.* n. 225.

DIAGN. *In verticillis flores adeo multi, ut petioli intra eosdem saepe sepulti sint. Corollae faux villosa.*

Habitat in aquosis.

Calyx subdecagonus. Semina a quaternario numero facile recedentia.

250. VER-

250. VERBENA.

PLIN. MORISON. TOURN. *I. R. H. p. 200. Tab. 94.*

Corolla infundibuliformis, mentacea, curva. Stamina in hac ſpecie quatuor, obſcure didynamia. Stylus apici fructus inſidens. Semina ſtriata, oblonga. Ergo planta coniungens LABIATAS et PERSONATAS, in unam claſſem naturalem.

749. VERBENA *officinalis.*

Verbena tetrandra; ſpicis filiformibus, paniculatis; foliis multifido-laciniatis; caule ſolitario. LINN. *Syſt. Nat.* p. 852. *Spec. Plant.* p. 20. n. 13.

Verbena ſpicis lateralibus, pedunculatis, foliis oppoſitis; caule procumbente. LINN. *Syſt. Nat.* XII. p. 56.

DIAGN. *Flores in longas ſpicas laxe diſpoſiti. Folia inciſa. Caulis rigidus, apud nos erectus.*

Habitat ſecus domos et vias in Pagis et Oppidis.

Folia calycis in acumen demum attenuata, villoſa; ſtylus ut in ANGIOSPERMIIS. Habetur pro ſpecifico in Cephalaea, ſed experimenta non conſentiunt.

ANGIOSPERMIA.

PERSONATAE a VERTICILLATIS diverſae, fructu capſulari, ſtylo terminato, ut in VERBENA. Flora noſtra BONAROTAM MICH. ſuppeditat, quae numero ſtaminum proxima VERBENIS *diandris*, coniungit easdem cum PERSONATIS.

251. BARTSIA.

LINN. *Gen. Plant.* 657. LUDW. GLEDITSCH. ADANS.

Genus dubium; noſtra enim ſpecies habet faciem VERONICAE; calycem RHINANTHI, corollam MELAMPYRI, et fructum PEDICULARIS *Verticillatae*, cuius generis ſemina quoque poſſidet, ut, absque magno errore, pro altera ſpecie PEDICULARIS, cum MORISONIO et TOURNEFORTIO haberi poſſit.

750. BARTSIA *alpina.*

Bartſia foliis oppoſitis, cordatis, obtuſe ſerratis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 405. *Spec. Plant.* p. 602. n. 4. *Fl. Suec.* 2. 541. *Fl. Dan.* Tab. 43. optime.

Staehelinia foliis cordatis, amplexicaulibus, ſerratis, floralibus coloratis. HALL. *Hiſt.* n. 312.

Clinopodium alpinum. PON. *M. Bald.* p. 343.

Clinopodium alpinum, hirſutum. PLUK. *Phyt.* Tab. 163.

DIAGN. *Caulis ſimplex. Flores racemoſi. Folia ſicca, ſeſſilia, oppoſita, cordata, obtuſe ſerrata. Calyx quadrifidus.*

Habitat in *Alpibus Vochinenſibus.*

Caulis ſpithamaeus, durus, villoſus, obtuſe tetragonus. Folia ſubhirſuta, fuſco virore tincta, ex ſiccitate nigricantia. Ex ſummis alis prodeunt flores ſolitarii, ex rubro caeruleì. Pedunculi glabri, ſubcaerulei. Galea villoſa, ſubbiſida, labio longior. Stamina barbata. Capſula acuminata, ſtylo terminata. Semina ſubtrigona, in uno loculo (ad 26).

252. MIMULUS.

PLIN. ADANS. *Famil. Plant. p.* 211.

Cotyla nectarifera, antice baſi germinis adſidens. Galea ſub apice auriculata. Antherae pilis marginalibus connexae. Semina alata.

MIMULUS PLIN. quamvis alii NUMMULUM legant. C. BAUH. *Pin.* p. 163.

751. MIMULUS *Criſta galli.*

Rhinanthus corollarum labio ſuperiore breviore, compreſſo, calyce glabro. *Fl. Carn.* p. 480. Var. (a).

Rhinanthus corollis labio ſuperiore compreſſo, breviore. LINN. *Syſt. Nat.* p. 405. *Sp. Pl.* p. 603. n. 3. *Fl. Suec.* 2. 542. *Fl. Carn.* p. 480. GRON. *Orient.* 187.

Alectorolophus calycibus glabris. HALL. *Hiſt.* n. 313. BOEHM. *Lipſ.* 138.

DIAGN. *Galea auriculis bifidis. Nectarium acuminatum. Calyces glabri.*

Habitat in pratis ſterilioribus.

Folia ſubtus tuberculoſa. Corollae tubus plicatus, decolor.

lor. Galeae auriculae caerulescentes. Stigma obtusum, integrum. Stylus villosus, basi inberbis.

752. MIMULUS *Alectorolophus.*

Rhinanthus corollarum labio superiore breviore, compresso; calyce villoso. *Fl. Carn.* p. 481. Var. (b).

Alectorolophus calycibus hirsutis. HALL. *Hist.* n. 314. BOEHM. *Lips.* 139.

Pedicularis pratensis, lutea, erectior; calyce floris hirsuto. TOURNEF. *Inst.* p. 172.

DIAGN. *Galea auriculis truncatis. Nectarium rotundatum. Calyces villosi.*

Habitat cum priore.

Differentia haec constantissima, et sufficiens, ut propriam speciem constituat.

253. EUPHRASIA.

COLUMN. C. BAUH. TOURN. *I. R. H. p. 147. Tab. 78.*

Antherae bifidae; segmentis aristatis, vel acuminatis. Capsula oblonga, obtusa, bivalvis bilocularis, calyce quadrifido excepta. Semina elliptica, striata, pedicello uncinato instructa, quo septo adfiguntur 2 - 14. in uno loculo.

753. EUPHRASIA *officinalis.*

Euphrasia foliis ovatis, lineatis, argute dentatis. LINN. *Syst. N.* p. 405 *Sp. Pl.* p. 604. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 543. *Fl. Carn.* p. 482. HALL. *Hist.* n. 303. BOEHM *Lips.* 184.

Euphrasia. MATTHIOL. *Diosc.* p. 652.

DIAGN. *Folia sessilia, ovata, dentata; dentibus acutissimis.*

Habitat in pratis.

Stamina non prominent ultra galeam, ut in speciebus sequentibus. Unum par antherarum segmenta in uno latere pilosiora gerit; alterum vero pilos pauciores habet, et segmentum unum aristatum. Capsula emarginata; loculis plerumque dispermiis. Semina rufa.

754. EUPHRASIA *Odontites.*

Euphrasia foliis lineari - lanceolatis, serratis. *Fl. Carn.* p. 483. n. 2.

Odontites, foliis oppositis, lanceolatis; flore purpurascente. SEGUIER. *Veron.* I. p. 269.

Euphrasia foliis linearibus, omnibus serratis. LINN. *Syst. Nat.* p. 405. *Sp. Pl.* p. 406. n. 4. *Fl. Suec.* 2. 544.
Odontites bracteis serratis, hirsutis. HALL. *Hist.* n. 304. BOEHM. *Lips.* 142.

DIAGN. *Folia lanceolata. Flores secundi, rubri. Antherae ferrugineae; lobis omnibus aequaliter acuminatis.*

Habitat secus vias, et in agris.

Maior et ramosior. Antherae semibifidae; segmentis non eodem modo acuminatis, ut in priore. Stylus villosulus, longior. Flores uno versu certius dispositi, ac in E. *officinali.*

755. EUPHRASIA *lutea.*

Euphrasia foliis linearibus, serratis: superioribus integerrimis. LINN. *Syst. Nat.* p. 405, *Spec. Plant.* p. 604. n. 5. KRAM. *Austr.* p. 181.
Odontites bracteis glabris, integerrimis. HALL. *Hist.* n. 305.
Coris Monspessulana. I. BAUH. *Hist.* III. p. 433.

DIAGN. *Folia linearia, villosula. Corollae flavae. Stamina calyce duplo longiora.*

Habitat circa *Goriziam*, in *montanis Idriensibus*, et in colle *Medeae.*

Caulis obtuse tetragonus. Folia non dentata; ea tamen, quae floribus interiacent, ad lentem denticulata sunt. Calyx quadridentatus. Corollae galea ovata et integra, una cum margine labii villosa. Antherae imberbes. Filamenta rubella. Stylus staminibus longior. Capsula supra medium atro-rubra et pilosa, inferius viridis et glabra. Sem. (ad 10), oblonga, rufa.

Quomodo differt EUPHRASIA *Linifolia* LINN.?

254. MELAMPYRUM.

DIOSC. DODON. TOURN. *I. R. H. p. 173. Tab. 78.*

Quadrifidus calyx sustinet corollam longam et bilabiatam; labio super indiviso, et concavo, inferiore vero trifido. Antherae cohaerentes; uno pari latiore. Capsulae locula disperma. Semina magna, teretiuscula, tritici seminibus similia. TOURN. Folia coniugata. HALL.

756. MELAMPYRUM *nemorosum.*

Melampyrum bracteis unifloris coloratis, cordatis; calycibus hirsutis. *Fl. Carniol.* p. 481.

Melampyrum floribus secundis, lateralibus; bracteis dentatis; summis coloratis, sterilibus; calycibus lanatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 406. *Spec. Plant.* p. 695. n. 3. *Fl. Suec.* 2. 547.

Melampyrum foliis ovato-lanceolatis, floralibus hamatis, acute dentatis, patulis; calycibus hirsutis. HALL. *Hist.* n. 309.

Melampyro affinis etc. I. BAUH. *Hist.* III. p. 440.

DIAGN. *Bases foliorum et bracteae laciniatae, coloratae, colorem sensim exuentes.*

Habitat circa *Goriziam, Cramburgum, Hochdedroutstza etc.*

Folia lanceolata. Calycini dentes aequales. Corollae rubrae, ad basin barbae flavescentes.

757. MELAMPYRUM *cristatum.*

Melampyrum spicis quadrangularibus; bracteis cordatis, compactis, denticulatis imbricatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 406. *Spec. Pl.* p. 605. n. 1. *Fl. Suec.* 2. 545.

Melampyrum foliis integerrimis; floribus spicatis; bracteis duplicatis, cristatis, imbricatis. HALL. *Hist.* n. 311.

DIAGN. *Bracteae conduplicatae; apicibus recurvis; marginibus tenuiter incisis, in quatuor series dispositae spicam tetragonam faciunt.*

Habitat *Vipacci*, et *Tergesti.*

Cal. solitarius, sessilis, 4 dentatus; segmentis 2. superioribus longioribus. Corolla rubra; labio et galeae margine flavo, fauce clausa. Stamina duo longiora, e basi barbae; breviora e basi galeae. Stylus simplex, extorsum crassior, apice uncinato. Bractea rubra, recurva, conduplicata, dentata, e cuius sinu calix. Germen glabrum, virens, ovale, acutum, compressum modice.

758. MELAMPYRUM *pratense.*

Melampyrum floribus secundis lateralibus; foliorum coiugationibus remotis, corollis clausis. LINN. *Syst. Nat.* p. 406. *Sp. Pl.* p. 605. n. 4. *Fl. Suec.* 2. 548.

Melampyrum foliis imis integerrimis, mediis dentatis, floralibus haſtatis. HALL. *Hiſt.* n. 308.

DIAGN. *Corollae ſecundae, clauſae. Bracteae baſi dentatae; dente uno maiore.*

Habitat in ſylveſtribus, non rarum.

Caulis ramoſus; ramis diffuſis, longis, quandoque caulem deprimentibus. Folia lanceolata, aut anguſtiora.

759. MELAMPYRUM *ſylvaticum.*

Melampyrum floribus ſecundis lateralibus; foliorum coniugationibus remotis; corollis hiantibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 406. *Sp. Pl.* p. 605. n. 5. *Fl. Suec.* 2. 549.

Melampyrum foliis integerrimis; floribus hiantibus. HALL. *Hiſt.* n. 307.

DIAGN. *Folia ovata, integerrima. Corollae hiantes.*

Habitat ad ſepes.

Calyx ſubſeſſilis. Corolla flava, ſubclauſa. Folia ſumma baſi dentata, violacea.

255. SQUAMARIA.

LONIC. RIVIN. HALL. *Enum. p. 611.*

Calyx ſemiquadrifidus. Corollae labium ſuperius indiviſum. Capſula unilocularis, polyſperma. Semina rotunda, duabus placentis adfixa.

760. SQUAMARIA *Orobanche.*

Lathraea caule ſimpliciſſimo; corollis pendulis; labio inferiore trifido. LINN. *Syſt. Nat.* p. 406. *Spec. Plant.* p. 606. n. 4. *Fl. Suec.* 2. 550.

Squamaria. RIVIN. HALL. *Hiſt.* n. 297.

Dentaria maior. MATTH. *Dioſc.* p. 621.

DIAGN. *Radix alba ſquamoſa. Scapus aphyllus, ſimplex. Corollae carneae, pendulae; labio infer. Albo et trifido.*

Habitat in ſylveſtribus, umbroſis locis, circa *Vipaccum*, et in *Carniolia* inferiore.

256. PEDICULARIS.

TOURN. *I. H. R. p. 171. Tab. 77.*

Corollae galea roſtriformis ex apice ſtylum emittens, faux patula, labium rotunde trifidum; lacinia

Tab. 31.

761. Pedicularis Acaulis.



lacinia media minore. Capſula modice compreſſa, apice ſaepius obliqua, anguloſa aut ſubrotunda, et tunc ſemina tunicata continens. Generis Illuſtrator HALLERUS.

(*) *Calycibus criſtatis.*

761. PEDICULARIS *Acaulis.* Tab. 31.

Pedicularis alpina, acaulis, floro magno. SEGUIER. *Veron. Suppl.* p. 127.

DIAGN. *Pedunculi radicales longitudine calycis.*

Habitat in Alpibus *Tolmienſibus*, circa *Ottaleſch.* Maio florens.

Radix fuſca fibroſa, perpendicularis, perennis. Folia radicalia, duas et tres uncias longa, ſemiunciam fere lata, pinnata; pinnis pinnatifidis: ſegmentis dentatis; petiolis ſemicylindricis. E radice prodeunt pedunculi (4-6), villoſuli, quatuor lineas longi, ſimplices, calyce non longiores. Calyx pentagonus et quinquefidus; dentibus foliolo terminatis. Corolla pallide rubra, fere uncialis. Galea conduplicata, obtuſa; marginibus villoſis. Labium fere aequaliter trifidum; ſegmentis plica in faucem deſcendente diſtinctis. Filamenta infra medium marginibus repando-rugoſis et membranaceis inſtructa. Antherae flavae. Stylus longus, apice dilatatus. Stigma rotundatum, e galea prominens. Germen ſeſſile, glabrum, viride, ad baſin craſſius. Capſulam nondum vidi.

762. PEDICULARIS *paluſtris.*

Pedicularis caule ramoſo, foliis pinnatis; pinnis pinnatis; calyce bifido. HALL. *Hiſt.* n. 320. BOEHM. *Lipſ.* 136. *Fl. Carniol.* p. 480. n. 2.

Pedicularis caule ramoſo; calycibus calloſo-punctatis; corollis labio obliquis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 407. *Spec. Plant.* p. 607. n. 1.

DIAGN. *Caulis infra medium ramoſus, angulatus. Calyx bifidus, rubens, dein colorem exuens.*

Habitat in pratis paludoſis, *Hipperlabacum* inter et *Tributariam* viae novae *Domum.*

Planta pedalis. Flores purpurei, breviter pedicellati. Calycina ſegmenta adplicantur latere tubi corollae. Ca-

psula nitens, compressa, acuminata, apice deflexa, et unilocularis; sutura superiore acutiore. Loculum unm octo, aliud duplo plura semina continet. Septum valvis contrarium. Semina ovata, acuminata.

763. PEDICULARIS *tuberosa*.

Pedicularis caule simplici; calycibus crenatis; corollis galea rostrato-adunca. LINN. *Syst. Nat.* p. 408. *Sp. Plant.* p. 610. n. 14. *Fl. Carniol.* p. 480. n. 1.

Pedicularis caule simplici, floribus spicatis, rostratis; calycibus glabris. HALL. *Hist.* n. 323. Tab. X.

DIAGN. *Corollae ochroleucae galea nitidula, saturatior, longe rostrata, ad laevum latus, flectitur et incumbit segmento medio labii inferioris.*

Habitat in Alpibus *Vochinensibus* et *Tolmiensibus*.

Radicem bulbosam non invenio. Folia radicalia pinnata: pinnis alternis, utrinque (17), pinnatifidis; laciniis dentatis et margines deflectentibus. Scapus spithamaeus, simplex, foliosus; foliis (7-8), e quorum singula basi decurrunt per caulem duae lineae elevatae. Flores in densam spicam dispositi. Galeae rostrum truncatum, sub calyce quolibet bractea multifida; laciniis incisis. Pedunculus duas lineas vix longus. Calyx glaber. Filamenta duo supra medium barbata, alia imberbia. Antherae flavae.

764. PEDICULARIS *rostrata*.

Pedicularis caule declinato subramoso, corollis galea rostrato-acuminatis, calycibus cristatis, subhirsutis. LINN. *Syst. Nat.* p. 407. *Spec. Pl.* p. 607. n. 3.

Pedicularis caule procumbente ramoso; floribus rostratis, sparsis. HALL. *Hist.* n. 322. Tab. VIII. fig. 3.

DIAGN. *Corollae purpureae galea rostrata; rostro sinistrorsum flexo.*

Habitat in Alpibus, non rara.

Caulem subramosum nondum vidi. Folia alterna, pinnata; pinnis pinnatifidis. Racemus laxior ac in priore.

(**) *Calycinis dentibus nullo ornamento foliaceo terminatis.*

765. PEDICULARIS *comosa*.

Pedicularis caule simplici, spica foliosa, corollis galea obtu-

obtusissimis, integris; calycibus quinquedentatis. IACQUIN. *Austr.* p. 112. Obs. 51.

Pedicularis caule simplici; spica foliosa; corollis galea acuta, emarginata, calycibus quinquedentatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 407. *Spec. Pl.* p. 609. n. 13. sed quare galea acuta dicitur, cum tamen obtusam ostendat HALLERI figura, et descriptio SEGUIERII *Veron. Suppl.* p. 124. dum ait —— *spica densa floribus ochroleucis, quorum galea valde obtusa est.*

Pedicularis spica foliosa. HALL. *Hist.* n. 317. Tab. IX. f. 1.

DIAGN. *Longa inter flores folia comosam spicam constituunt. Calyces pentagoni glabri; Corollae ochroleucae, tubo duplo breviores.*

Inveni supra *Schenoschetz*, in *Monte Gora.*

Calycini dentes breves. Corollae tubus interne villosus. Filamenta, sub antheris, villosa, basi attenuata. Receptaculum latum, sustinens germen viride, compressum, pyriforme.

766. PEDICULARIS *verticillata.*

Pedicularis caule simplici; foliis quaternis. LINN. *Syst. Nat.* p. 407. *Spec. Plant.* p. 608. n. 5.

Pedicularis foliis pinnatis; quaternis; floribus purpureis, spicatis. HALL. *Hist.* n. 319. Tab. VIII. fig. 2.

DIAGN. *Folia quaterna. Calyx ovatus, inflatus, 10-striatus; striis supra medium villosis et verrucosis.*

Habitat in Alpibus nostris, non rara.

Folia pinnata; pinnis ovatis, obtusis, dentatis, sessilibus; petiolis canaliculatis. Calyx breviter quinquedentatus; dentibus superioribus maioribus. Galea ad apicem latior quam in medio. Antherae fuliginosae. Galea obtusa, medio labii loco perpendicularis. Capsula apice unilocularis. Receptaculum seminum in uno loculo maiori parte degens. Semina rufa, oblonga, rugulosa, (10).

257. ANTIRRHINUM.

LINN. *Gen. Plant.* 668.

Calyx quinquefolius irregularis. Corollae labium superius bifidum. Stamina in imo flore latentia. Capsula varie dehiscens.

(*) *Calcarata.*

LINARIA. TOURN. ADANS.

767. ANTIRRHINUM *alpinum.*

Antirrhinum racemis terminalibus; foliis verticillatis; caule diffuso. *Fl. Carniol.* p. 475. n. 1.

Antirrhinum foliis quaternis, lineari-lanceolatis, glaucis; caule diffuso; floribus racemosis; calcari recto. LINN. *Syst. Nat.* p. 410. *Spec. Pl.* p. 615. n. 16. KRAM. *Austr.* p. 184. n. 2. IACQUIN. *Austr.* p. 111.

Antirrhinum caule procumbente, breviter spicato; foliis verticillatis. HALL. *Hist.* n. 338.

Linaria stiriaca. CLUS. *Hist.* 3. p. 322.

DIAGN. *Folia quaterna, glauco-viridia, linearia. Flores in summis caulibus racemosi, corollae rubrae mentum aurantium, calcar subulatum acuminatum longitudine galeae.*

Habitat in ruinis Alpium, unde semina a nivibus et aquis abrepta, quandoque in planitiem deferuntur, et germinant circa torrentes.

Radix multicaulis, debilis, saepe non sufficit sustinendis caulibus, qui basi procumbunt. Elegans densusque florum racemus caulem singulum terminat, quorum unita gravitate planta saepe deprimitur. Lineae duae, mento concolores, parallelae, in fauce corollae, quibus stamina maiora incumbunt. Antherae cohaerentes, luteo polline plenae.

768. ANTIRRHINUM *Linaria.*

Anthirrhinum racemis terminalibus; floribus imbricatis, foliis linearibus confertis. *Fl. Carn.* p. 475. n. 2.

Antirrhinum foliis linearibus, adscendentibus, congestis, caule erecto, spicato. HALL. *Hist.* n. 336. BOEHM. *Lips.* 143.

Antirrhinum foliis lanceolato linearibus, confertis, caule erecto; spicis terminalibus, sessilibus, floribus imbricatis. LINN. *Syst. Nat.* p. 411. *Spec. Plant.* p. 616. n. 21. *Fl. Suec.* 2. 557.

DIAGN. *Folia angusta, longa, multa. Flores flavi in summis ramis imbricati, spicati.*

Habitat in cultis, et incultis.

769. AN-

769. ANTIRRHINUM *minus.*

Antirrhinum floribus solitariis; foliis sublinearibus, alternis, obtusis. *Fl. Carniol.* p. 476. n. 3.

Antirrhinum foliis plerisque alternis, lanceolatis, obtusis; caule ramosissimo diffuso. LINN. *Syst. Nat.* p. 411. *Spec. Plant.* p. 617. n. 24. *Fl. Suec.* 2. 558.

Antirrhinum viscidum, foliis inferioribus coniugatis, ellipticis, obtusis, hirsutis, calcare dimidii floris longitudine. HALL. *Hist.* n. 335.

Antirrhinum III. MATTHIOL. *Diosc.* p. 742.

DIAGN. *Viscidulum, ramosissimum, villosum; foliis lanceolatis et calycibus obtusis.*

Habitat in siccis et arenosis.

Capsula ovata, apice dehiscens; loculis trivalvibus; valva media maiore.

770. ANTIRRHINUM *Cymballaria.*

Antirrhinum floribus solitariis, foliis quinquelobis, alternis, cordatis. *Fl. Carniol.* p. 476. n. 4.

Antirrhinum foliis cordatis, quinquelobis, alternis; caulibus procumbentibus. LINN. *Syst. Nat.* p. 409. *Spec. Plant.* p. 612. n. 2.

Antirrhinum caule repente; foliis reniformibus, quinque lobatis. HALL. *Hist.* n. 339.

Cymballaria MATTH. *Diosc.* p. 706.

DIAGN. *E muris propendens planta foliis alternis, quinquelobis, basi cordatis; pedunculis alaribus solitariis.*

Habitat *Vipacci, tergesti, Goriziae,* &c.

Foliorum inferiorum lobi obtusiores. Labii super segmenta subtus lineam fuscam habent, inferioris labii mentum flavo-croceum. Calcar calyce non longius. Capsula subrotunda. Semina ferruginea, in uno loculo (ad 9).

Variat corollis albidis, mento sine macula crocea, seminibus albis (15) in uno loculo.

771. ANTIRRHINUM *spurium.*

Antirrhinum foliis ovatis, alternis; caulibus procumbentibus. LINN. *Syst. Nat.* p. 409. *Sp. Pl.* p. 613 n. 4.

Antirrhinum caule probumbente foliis villosis, ovatis, imis coniugatis, superioribus alternis. HALL. *Hist.* n. 341.

DIAGN.

DIAGN. *Caulis proſtratus. Folia ovata. Flores ſolitarii.*
Habitat in arvis.
Facies VERONICAE *Hederifoliae.* Superficies villoſa. Folia ima oppoſita. Calcar longitudine labii. Stylus baſi ruber. Semina in uno loculo (ad 10).

772. ANTIRRHINUM *Elatine.*
Antirrhinum foliis haſtatis, alternis; caulibus procumbentibus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 409. *Sp. Pl.* p. 612. n. 3.
Antirrhinum caule procumbente; foliis haſtatis, imis coniugatis, ſuperioribus alternis. HALL. *Hiſt.* n. 340.
DIAGN. *Habitus prioris, ſed folia haſtata.*
Habitat in arvis *Gorizienſibus* et *Tergeſtinis.*
Folia caulina ovata, dentata, ad ramos integra et ſubhaſtata. Differt ab ANTIRRH. *ſpurio* ut SCUTELLARIA *Haſtifolia* a *Galericulata.*

(**) *Inermia.*

ANTIRRHINVM. TOURN. ADANS.

773. ANTIRRHINUM *maius.*
Antirrhinum corollis ecaudatis; floribus ſpicatis, calycibus rotundatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 411. *Spec. Plant.* p. 617. n. 25.
Antirrhinum foliis ellipticis, obtuſis, floribus ſpicatis, calycibus obtuſis, calcare breviſſimo. HALL. *Hiſt.* n. 333.
Antirrhinum I? II. MATTH. *Dioſc.* p. 742.
DIAGN. *Calycina folia ovata. Flores ſpicati, ſpecioſi.*
Habitat *Goriziae*, ſuper muros *horti Capucinorum.*
Grandiflorum et bienne. Capſula lateraliter feneſtratim dehiſcens. Semina nigra, anguloſa et aſpera.

774. ANTIRRHINUM *orontium.*
Antirrhinum corollis ecaudatis; floribus ſubſpicatis; calycibus corolla longioribus. LINN. *Syſt. Nat.* p. 411. *Spec. Plant.* p. 617. n. 26.
Antirrhinum foliis ellipticis, obtuſis, floribus ſparſis; calycibus ſubulatis, longiſſimis; calcare breviſſimo. HALL. *Hiſt.* n. 334.
Antirrhinum anguſtifolium, ſylv. I. BAUHIN. *Hiſt.* III. p. 464.

DIAGN.

DIAGN. *Flores remoti, laterales. Calyces lineares, corolla longiores.*

Gorizia misit. P. WULFEN, et Ego *Duini* reperi, nec non in agris circa *S. Martinum. Cranburgi.*

Folia linearia, deflexa. Calycina folia omnia flore longiora, inaequalia; medio longissimo. Flores non sessiles, sed pedunculati: pedunculis fructu brevioribus. Corolla rubra, mutica. Germen villosum; apice tuberibus tribus. Stylus capsula brevior, pedunculo longior.

258. SCROPHULARIA.

BRUNFELS. GESN. TOURN. *I. R. H. p. 166. Tab. 74.*

Calyx quinquefidus subhaemisphaericus. Corollae tubus subrotundus. Filamenta explicanda dispensatis nuptiis. Scutella nectarifera sustinens germen. Capsula bivalvis, bilocularis, sed in medio loco septi est receptaculum crassum. Valva singula marginem inflectit, eaque flexura septum constituit, ut in VERBASCO.

775. SCROPHULARIA *nodosa.*

Scrophularia foliis cordatis, transversis; caule obtusangulo. LINN. *Syst. Nat.* p. 413. *Spec. Plant.* p. 619. n. 2. *Fl. Suec.* 2. 560. *Fl. Carniol.* p. 477. n. 1.

Scrophularia caule quadrangulari, paniculato, foliis cordato oblongis. HALL. *Hist.* n. 326.

Scrophularia MATTH. *Diosc.* p. 709.

DIAGN. *Folia basi cordata; segmentis subtruncatis. Racemi florales superiores alterni, dichotomi.*

Habitat ad vias et hortorum reiectanea.

Calycina segmenta rotundata, ad lentem denticulata. Corollae rictus subtetragonus. Filamenta interiora basi incurva. Receptaculum rubellum, utrinque elevat dentem et adplicat sulco germinis. E basi nectarii nascitur ligula, adnata tubo corollae et demum divergens in laminam truncatam crenulatam, sub labio superiore positam. Capsula ad septum ita inflexa, ut duae distinctae videantur.

776. SCROPHULARIA *aquatica.*

Scrophularia foliis cordatis, obtusis, petiolatis, decurren-

rentibus; caule membranis angulato; racemis terminalibus. LINN. *Syst. Nat.* p. 413. *Sp. Pl.* p. 620. n. 3.

Scrophularia caule quadrangulo alato, paniculato; foliis ovato lanceolatis. HALL. *Hist.* n. 325.

DIAGN. *Caulis quadratus; angulis alatis. Folia cordata.*

Habitat in aquosis.

Folia sub racemis lanceolata. Calyces non dentati. Pedunculi angulati.

777. SCROPHULARIA *Auriculata.* Tab. 32.

Scrophularia foliis cordatis, subtus tomentosis, oblongis, basi appendiculatis; racemis terminalibus. LINN. *Syst. Nat.* p. 413?

Scrophularia aquatica montana, mollior. BARRELLIER. Tab. 274.

DIAGN. *Folia cordata, dentata, sub racemis lanceolata. Calycina segmenta ovata; oris ferrugineis.*

Inveni in *Alpibus Vochinensibus.*

Radix multicaulis. Caules simplices cubitales, tetragoni, villosuli erecti. Folia ima opposita, petiolis propriis triplo longiora. Racemi pauciflori. Pedunculi villosi villis capitatis. Corollae flavae, labium unum bifidum, alterum trifidum: segmento medio haemisphaerico et inflexo. Filamenta recta, plana, glabra. Capsula ad basin duas lineas lata, glabra. Semina in uno loculo (ad 70).

Specimina mea omnino conveniunt cum icone BARELLIERII, etsi folia longiora et acutiora possideat. Hanc ipsam Plantam vidi in Herbario Cl. IACQUINII, quam *Vir. Cl.* cum icone mea collatam, eandem esse iudicavit. An vero sit SCROPH. *auriculata* LINNAEI, tuto dicere non possum. Linnaeana enim planta habet caules non pilosos, ramosos. Folia subtus tomentosa, fere ternata, et corollas purpureas, quae notae desunt in mea planta.

778. SCROPHULARIA *canina.*

Scrophularia foliis pinnatis; caule paniculato. *Fl. Carniol.* p. 478. n. 4.

Scrophularia foliis pinnatis; racemo terminali, nudo; pedunculis bifidis. LINN. *Syst. Nat.* p. 414. *Spec. Plant.* p. 621. n. 9.

Scro-

Tab. 32.

177. Scrophularia Auriculata.



Scrophularia foliis pinnatis; pinnis lobatis, circumserratis, caule paniculato. HALL. *Hist.* n. 328.

DIAGN. *Folia pinnata; pinnae pinnatifidae. Calycis margo albicans.*

Habitat passim ad vias.

Racemi alterni, trifidi; flore ramis interiecto. Corolla obscure rubra; segmentorum marginibus albidis. Stylus deflexus, teres, attenuatus, albidus, glaber. Germen pyriforme. Semina in una capsula (ad 30) nigra, rugosa, subtetragona.

259. DIGITALIS.

GESN. C. BAUH. TOURN. *I. R. H. p. 165. Tab. 73.*

Corolla campanulata, ventricosa, quinquefida. Filamenta longiora basi incurva, adfinitatem cum SCROPHULARIA demonstrant. Antherae obliquae, obtusae, basi semibifidae. His addit stamen quintum sterile ADANS.

779. DIGITALIS *lutea.*

Digitalis calycinis foliolis lanceolatis; corollis acutis; labio superiore bifido. LINN. *Syst. Nat.* p. 414. *Spec. Plant.* p. 622. n. 2. *Fl. Carniol.* p. 478.

Digitalis foliis calycinis lanceolatis, galea bifida; faucibus immaculatis. HALL *Hist.* n. 332.

DIAGN. *Flores lutei, secundi; segmentis acuminatis.*

Habitat passim in montibus nostris, initio M. Iulii florens.

Folia lanceolata, semipedalia, nervosa, sessilia; nervis subtus villosis. Calycinum folium superius brevius. Calyx, stylus, germen, capitatis villis pubescunt.

780. DIGITALIS *purpurea.* LINN. *Syst. Nat.* p. 414. In *Monte sancto* P. WULFEN.

781. DIGITALIS *ferruginea* LINN. *Syst. Nat.* p. 414. In *Istria Ill.* a MYGIND. Mihi utraque adhuc ignota.

260. OROBANCHE.

DIOSC. CLUS. TOURN. *I. R. H. p. 175. Tab. 81.*

Calyx bifidus. Antherae cohaerentes, loculis acumine terminatis. Stigma obcordatum tuberculum flavum, corollam inter et basin singuli sta-

ſtaminis. Capſula unilocularis. Ill. HALL. ponit calycem quadrifidum, tubam proboſcidi ſimilem. Receptacula ſeminum bina.

782. OROBANCHE *maior*.

Orobanche caule ſimpliciſſimo, pubeſcente; ſtaminibus ſubereſtis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 422.

Orobanche caule ſimplici; ſtipula unica; calyce quadrifido. HALL. *Hiſt.* n. 295.

Orobanche. MATTH. *Dioſc.* p. 379.

DIAGN. *Scapus ſimplex, carnoſus, floribus concolor.*

Habitat in pratis.

Galeae et labii laciniae dentatae.

OROBANCHE, LATHRAEA, MONOTROPA, NIDUS AVIS, facie conveniunt.

261. VITEX.

TRAG. TOURN. *I. R. H. p. 603. Tab. 373.*

Corolla labiata $\frac{2}{3}$. Stigmata duo. Bacca globoſa, quadrilocularis; loculis monoſpermis.

Obſcura generis adfinitas; infloreſcentia et corolla VERTICILLATARUM; fructus et filamenta inaequalia, ut in DAPHNE. Folia lanceolata, et vires medicae SALICIS. Cl. ADANS. VERBENIS adnumerat, ſed, meo iudicio, planta haec, una cum *Avicennia* LINN. alteri familiae adiungi poſſet.

783. VITEX *Agnus caſtus*.

Vitex foliis digitatis, ſerratis; ſpicis verticillatis. LINN. *Syſt. Nat.* p. 426. *Spec. Plant.* p. 938. n. 1.

Agnus folio non ſerrato. I. BAUH. *Hiſt.* I. p. 205.

Vitex MATTHIOL. *Dioſc.* p. 155. IONSTON. *Dendr.* L. 5. P. VI. Tab. 73. GRONOV. *Orient.* 191.

DIAGN. *Folia quinata, lanceolata. Capitula floralia verticillata.*

Habitat circa *Tergeſtum* et in *Iſtria*.

Petiolus unus ſuſtinet folia quinque, ſuperne fuſceſcentia, ſubtus tomentoſa. Calyces tomentoſi. Stylus ſtaminibus et corolla longior. Stigmata bina, divaricata.